Vita christi saluatoris nostri iuxta seriem euangelistarū cum multa erudi

tione sanctaqꝫ doctrina diligēter ac succinte collecta a religiosissimo viro ludolpho laudatissimi ordinis carthusientium. In cenobio argētinensi professo. Nuper cum summa castigatione annotationibus ac etiam quotationibus. Impressa est.



Felici moni. neta die felicia Felix
Pressit: z hec vicij quāt retinēt venihil

Carmen ad studiosos lectores.

Qui studii curas: et vere tempora fame.
Altaqz qui proprio regna labore cupis
Multa licet pateat tanti tibi semita voti.
Ac precor incedas que potiora daret.
Sunt tibi perplexe numerosa volumina legis
Verbaqz multiloqui litigiosa fori.
Sunt quoqz verbosi certamina vana sophiste.
Est tibi cum modulis musica leta suis.
Est phylice presens patet egri cura gementis
Ipsa tibi studium sydera celsa ferunt.
Est tibi velata latitans sub nube poesis.
Maxima que veri damna laboris habet
Quid dirce: qd. Cirra iuvat quid glia daphnes:
Ficta quid aonii. stagna liquoris habent.
Hec bona sunt. (fateor) sanctos digesta per vlus
At michi terrenum: letiferumqz sonant.
Qui cupis ergo pios studii tolerare labores
Et fausto summos claudere fine dies.
Suscipe tā sanctuz pedibus manibusqz volumē
Hicqz tuus vigilet nocte dieqz labor.
Hunc tibi norma iubet vite studiosa beate.
Hic sunt supremi gesta relata dei.
Quare age muriceis tarum postpone ligustris
Vanaqz diuinis scripta voluminibus

Prologus in vitam christi

Prologus Ludolfi carthusiēsis viri deuotissimi atqꝫ doctissimi in librum qui inscribitur vita christi.

FUndamentum aliud nemo pōt ponere vt ait apostolus preter id qđ positum est: quod est christus ihesus. Cum dicat augusti. q̄ deus est res summe sufficiēs et homo est res summe deficiens. ⁊ q̄ tale bonū deus est vt nemini eum deserenti bene sit. Jdcirco quicunqꝫ ruinam defectuum suorum euadere et spiritu reparari desiderat necesse est ei vt a fundamēto predicto non recedat. quia in eo omnimoda remedia suis necessitatibus inueniet ¶ Primo itaqꝫ peccator cupiens peccatorū suorum sarcinam deponere et ad requiem anime peruenire: audiat deum peccatores inuitātem ad veniam et dicentē. ¶ Venite ad me omnes qui laboratis scilicet labore viciorum: et onerati estis scilicꝫ sarcina peccatorum. et ego reficiam vos scilicet sanando ac refouendo et inuenietis requiem animabus vestris et hic et in futuro Audiat ergo egrotus pium et sollicitum medicum et veniat ad ipsum per profundam contritionem ac sollicitam confessionem ⁊ studiosum propositum semper declinandi a malo et faciendi bonum. ¶ Secundo peccator: sed iam in christo fidelis effectus: tanq̄ ipsi per penitentiā reconciliatus studeat diligentissime medico suo adherere et suam familiaritatē acquirere: eius sanctissimam vitā recogitando omni qua poterit deuotione. ¶ Caueat tamen, puide ne cursorie ipsam vitam legendo transeat: sed seriatim aliquid de ea per diem accipiat: in quo sabbatum delicatum pie meditationis christo quotidie celebrando ac cogitationes ⁊ affectōes: orationes et laudes totumqꝫ opus diei ad illud reducendo in ipso delectetur a tumultu exteriorum et mundanorū impedimentorum requiescere et suauiter obdormire. et ad illud vbicunqꝫ fuerit velut ad certum et pium refugium contra viciosas humane infirmitatis varietates cōtinue dei famulos impugnantes sepe recurrere. Sepius tamen recurrat ad precipua christi memorialia: videlicet ad incarnationem: natiuitatem: circūcisionem: apparitionem: presentatōem in templo: passionem: resurrectionem: ascensionem: spiritussancti effusionem aduentum ad iudiciū. causa specialis recordationis et exercitationis ac spiritualis recordationis ac cōsolationis. Sic etiam ipsam vitā christi legat vt mores eius, pposse imitari studeat. Parū enim prodest si legerit: nisi ⁊ imitatus fuerit vn de Bernar. Quid tibi, pdest pium saluatoris nomē lectitare in libris nisi habere studeas pietatem in moribus. vnde et. Criso. Qui legens de deo vult inuenire deum: festinet viuere digne deo. ⁊ ipsa conuersatio bona sit quasi lampas luminis ante oculos cordis eius viam veritatis aperiens ¶ Jsta vita in summo desiderio debet esse peccatori propter multa. ¶ Primo propter remissionē peccatorum. Cum enim fecerit de se iudicium se per confessionem accusando per iusticiam penitentiā voluntariam assumendo: iam sollicite ambulans cum deo suo predicto modo meditando purgatur non modicum a sordibus peccatorū. Deus enim cui adheret ignis consumens est: purgationem peccatorum faciens. ¶ Secundo propter sui illuminationē. Jlle enim cui assistit lux ē in tenebris lucēs cuius lumine illustratus docetur ordinate disponere vitam suam ad christum ⁊ celestia: ad seipsum ac proximum ⁊ terrestria ¶ Tertio propter gratiam lachrimarū valde necessariam peccatori in hac valle miserie: quam christus qui est fons ortorū ⁊ puteus aquarum viuentium consueuit peccatoribus sibi adherē tibus dare ¶ Quarto propter reparationē lapsuum quotidianorū de quibus semper releuat dominus sibi adherentes. Juxta illud. Fac serpentem eneum ⁊ pone eum pro signo. qui percussus aspexerit eum viuet. ¶ Quinto propter dulcem ⁊ desiderabilē degustationem quam in se habet. Juxta illud Gustate et videte quoniam suauis est dominus ¶ Sexto propter cognitionem paterne maiestatis que per ipsum solum haberi potest Juxta illud. Nemo nouit patrem nisi filius ⁊ cui filius voluerit ¶ Septimo propter securum exitum ab hac vita periculosa fidelis namqꝫ peccator qui modo quotidie suscipit christum in hospitio cordis sui et lectulum floridum per suaues meditationes eidē preparando: econuerso post mortem requiretur et suscipietur a christo vt sicut consueuit et concupiuit semper et ineternum sit cum ipso. ¶ Hec vita est vita bona ⁊ irrigua peccatores sibi adherentes mūdans ⁊ renouans et eos ciues sanctorum et domesticos dei faciens. Est amabilis et dulcis ad conseruandum nō enim habꝫ amaritudinem conuersatio illius nec tedium conuictus ipsius: sed leticiam ⁊ gaudium. Est deliciosa ⁊ suauis: cetera que hanc non sapiunt fastidiens exercitia cum aliquamdiu pio corde fuerit frequentata est pascēs ⁊ reficiēs nam secundum ambro. Qui domicilio christū recipit interno: maximis delectationibus exuberantius pascitur voluptatum. Est consolatoria solitario ⁊ quidē optimus comes iugis iocūditatis solacijsqꝫ ⁊ confortationis ac turris fortitudinis a facie inimici et a tribulatione et temptatione peccatoris ¶ Hec est vita plana et facilis ad contemplandum creatorem de qua nullus excusare se potest sicut de contemplatione summe maiestatis ad quam nemo raptim potest pertingere nisi proficiendo per istam vitam nostri redemptoris ¶ Hanc quicunqꝫ incipientes et paruuli quicunqꝫ proficientes et perfecti possunt habere: ⁊ in ea inuenire bonum nidum sibi vbi tā q̄ turtures reponant et abscondant casti amoris pullos quisqꝫ pro sua capacitate. Hec vita multum reddit sanctos dei fauorabiles pios et benignos cultoribus suis propter ipsum qui nobis cum illis commune est gaudiū: vbi gratia. Nunquid beata virgo mater misericordie pietatis et gratie poterit te despicere vel oculos suos a te auertere q̄uis sis peccator: quando non solū semel in die viderit: sed et frequenter filium suum quem super omnia diligit in brachijs tuis ⁊ inter vbera tua commorantem. Nunquid poterit te cum filio suo quem portas deserere quando viderit te predicto modo filium suum tam sollicite per singula comitantem. et eidem pietatis officio deuotionis ministerium per dies singulos exibentem. Nullo modo Sic et ceteri sancti libentissime respiciunt illos cum quibus deus placatus habitare dignatur cum ista vita faciat cultores suos consortes illorum qua est ⁊ vita ipsorum ¶ Plane hec vita est vita b. matris christi ipsi sedule ministrantis in annis pluribus et famulantis. Hec est vita apostolorum christo familiariter adherentium ⁊ cum eo fideliter perseuerantium Hec est vita ciuium supernorū christo fruentium et eius opera mirabilia admirantium et sibi reuerenter assistentium in eternum. Hec vita est optima pars scilꝫ sedere ad pedes christi et audire verbum eius. Unde merito a possessore suo ipsa ꝫ modo per gratiam colente non auferetur: q̄ ipsa est retributio illa que seruo fideli et prudenti promittitur. et hic incipiens in eternitate perficietur. Hanc vitam nulla lingua laudare sufficit adeo bona est et sancta ⁊ super omnes vitas dignissima: cum sit initium cuiuslibet altioris contemplationis ac vite angelice ⁊ eterne que speratur in patria. ¶ An parum est tibi continue cum christo esse in quem desiderant angeli semper prospicere. Si vis ineternum regnare cū christo: incipe regnare modo ⁊ noli deserere eum cui seruire regnare est. Appropinqua ergo ad ipsum pio corde vt descendenti ꝓ de sinu patris in vterum virginis quasi alter testis cū angelo sancte cōceptionis

Augusti.

Bernardus. Crisostomus.

Ambrosius

onis existas in pura fide et congratulare virgini matri sic propter te secundate Adesto eius natiuitati et circūcisio- ni quasi bonus nutricius cum ioseph. Uade cum magis in bethleem: et adora cum eis paruulum regem. Adiuua cum parentibus portare puerū et presentare in templū. Comitare cum apostolis pium pastorem gloriosa mira cula facientem. Adesto morienti cum b. matre eius et io hanne ad compatiendū et condolendum sibi. et quadaꝫ pia curiositate palpando tracta singula vulnera saluato ris tui propter te sic mortui. Quere resurgentem cū Ma ria magda. donec merearis inuenire. Admirare in celum ascendenteꝫ quasi inter discipulos in monte oliueti exi- stens. Sede cum apostolis in conclaui et abscondere ab exterioribus singulis vt virtute spiritussancti ex alto in- dui merearis. Et si pro ac humili et deuoto corde sic euꝫ modico tēpore fueris ꝓsecut⁹ in terris ipse te subleuabit ad se sedentem in dextra dei patris in celis scđm ꝙ pro- misit fideli peccatori sibi adherenti dicens. qui michi mi nistrat me sequatur etc. ¶ Quicunqꝫ ergo fidelis peccator hanc vitā amabiliter amplexatus fuerit non dubitet quī christus eum in filium adoptauerit vnde scriptum est in

Bernardus. prouer. Ego diligentes me diligo. vnde et bern. Qui nō placet deo: non potest illi placere deus nāꝫ cui placet de us deo displicere non potest. caueat tamen prudenter fi delis peccator vt nunqꝫ in quocunqꝫ statu fuerit confidē tiam in meritis suis habeat: sed tanqꝫ mendicus pauper culus omnino nudissimus ad elemosinam dominicā mē dicandam semper vacuus accedat. hec autem faciat non quasi ex humilitate ficta merita sua abscondens sed cer tissime sciens ꝙ non iustificabitur in conspectu dei omis viuens. Etiam solius cogitationis nostre nō possumus rationē reddere si ipse voluerit nobiscū in iudiciuꝫ intra re. Isto aūt modo ꝙtuncunqꝫ se ingerat: cum pio tamē timore et reuerentia ad bonum dominum peccatores vo cantem presumptuosus nō reputabitur. sicut pauperes seculi quanto nudiores sunt. cuꝫ se non tanqꝫ dignos: sed tanqꝫ miseriores ꝑplus ingerunt ad elemosinam diuitis Mendicandam presumptuosi vel superbi non dicuntur sed a benignis diuitibus misericordius respiciuntur.

Bernardus. ¶ Hanc vitā b. bern. plurimū ꝯfrequentauit: qui fascicu- lum mirre id ē cumulum amaritudinis ex vita et labori bus christi colligens: et inter vbera sua i. affectiones su- as collocans sic ait. Tu quoqꝫ si sapis imitaberis spon se prudentiam atqꝫ mirre taꝫ carū fasciculū de principa li tui pectoris: nec ad horam patieris auelli et amara il- la omnia que pro te pertulit semp in memoria retinēs et assidua meditatione reuoluens: quo possis dicere et tu. fasciculus mirre dilectus meus michi inter vbera mea commorabitur. Et ego fratres ab ineunte mea conuer- satione pro aceruo meritoruꝫ quem michi deesse sciebaꝫ hunc michi fasciculum colligare et inter vbera mea collo care curaui: collectum ex omnibus anxietatibus et ama ritudinibus dn̄i mei. Primum scꝫ infantilium illarū ne- cessitatum: deinde laborum quos pertulit in predicādo. fatigationem in discurrendo vigiliarū in orando tēpta tionū in ieiunando lachrimarū in cōpatiendo insidiarū in colloquendo. postremo periculorū in falsis fratribus conuiciorum sputorū. colaphoꝝ. subsanationū exprobra tionū: clauoꝝ horūqꝫ similiū q̄ in salutem nostri gene- ris silua euāgelica copiosissime noscitur protulisse. Ubi sane inter tot odorifere mirre hui⁹ ramusculos minime preter mittēdā putaui etiam illā mirrā qua in cruce po- tatus est: sed neqꝫ illaꝫ qua vnctus est in sepultura. Qua rum in prima applicuit sibi amaritudinem meorum pec catorum In secunda futuram corruptionem mei corpo ris dedicauit. Memoriā abundantie suauitatis horum eructabo quo ad vixero. In eternum non obliuiscar mi- serationes istas: quia in ipsis iustificatus sum. Hec me- ditari dixi sapientiam in his iusticie perfectionem michi cōstitui in his plenitudinem scientie in his diuitias salu

tis in his copias meritoꝝ. Ex his michi interdū potus salutaris amaritudinis. ex his rursuꝫ suauis vnctio con- solationis Hec me erigūt in aduersis in prosperis repri munt et inter leta tristiaqꝫ vite presentis via regia ince- denti tutū prebent vtrobiqꝫ ducatū: hinc inde mala im minentia ꝓpulsando Hec michi conciliāt mūdi iudiceꝫ dū tremenda potestatibus mitem humilemqꝫ figurant dū nō solum placabilem: sed et amicabilem representat eum q̄ in accessibilis est principibus terribilisqꝫ apud re ges. Preterea hoc michi in ore freq̄nter sicut vos scitis Hec in corde semꝑ sicut scuit deus. hec stilo meo admo duꝫ familiaria sicut apparet. Hec mea sublimior interiꝫ philosophia: scire ihesuꝫ et hūc crucifixū hūc et vos dile- ctissimi tā dilectū fasciculū colligite vobis. Memētote q̄ accepit eum simeon in vlnis. maria gestauit in vtero. fouit in gremio spōsa sibi iter vbera collocauit. Arbitror ioseph sup genua illū freq̄nter arrisisse Hi omnes ante se eum habuerūt et nullus retro. exēplis igitur sint vobis vt et vos similiter faciatis. Si enī ante oculos habueritis quem portatis pro certo videntes angustias domini: le uius et vestras portabitis. hec ber. Sed q̄ ista multi mini me cogitāt statim fatigati sunt. q̄ si ista cogitarēt: nō ita cito de bono opere fatigati essent. ¶ Hāc etiā vitā beata cecilia virgo legit habuisse. Nā inter alia virtutū et lau- duꝫ preconia de ea scribit ꝙ euangeliū christi abscōditū semper in pectore portabat qđ sic intelligi videt ꝙ ipsa de vita dn̄i ihesu in euangelio tradita quedā deuotiora sibi preelegerat in q̄bus die ac nocte corde puro et inte- gro. attentione ꝑcipua et feruēti meditabat. et cōpleta circulatiōe iterū repetens ac dulci et suaui gustu ruminans ea in archano pectoris sui prudenti consilio collocarat. ¶ Simile tibi suadeo faciendū. ¶ Super omnia nāqꝫ spi ritualis exercitij studia hoc magis necessariū credo ma gisqꝫ ꝓficuū et ꝙ ad celsiorē possit ꝓducere gradū. Nusqꝫ enī inuenies vbi sic doceri possis cōtra vana blandimēta et caduca. cōtra tribulatiōes et aduersa. cōtra hostiū tēpta mēta et vicia sicut in vita dn̄i ihesu q̄ fuit absqꝫ oī defectu perfectissima. Ex freq̄nti enī et assidua meditatione vite ipsius adducit aīa in eius amorē ac cōfidentiā et familia ritatē ita ꝙ stabilitur cōtra vana et caduca vt ea vilipēdat et contēnat. Ut patet in predicta b. cecilia que ita cor suū de vita christi repleuerat ꝙ in ipsaꝫ vana intrare nō pote rant. Unū in pōpa nuptiaꝝ vbi tot vana geruntur exultens cantātibus organis ipsi stabili corde soli dn̄o decātabat dicēs. Fiat dn̄e cor meū immaculatū vt nō cōfundar. Forti ficat quoqꝫ cōtra tribulatiōes et aduersa vt ea minus ti meat et sentiat. vt pꝫ in martiribus vnde ber. Idcirco de nique audit colūba mea in foraminibus petre ꝙ in christi vulneribus tota deuotione versetur et iugi meditatione demoretur in illis. Inde martiri tollerantia: inde illi fidu cia magna apud altissimum. Uult benignus dux deuoti militis vultum et oculos in sua sustolli vulnera vt illi⁹ ex hoc animū erigat et exēplo sui reddat ad tollerādum fortio rem. Enīuero nō sentiat sua dū illius vulnera intuebitur Stat martir tripudians et triūphans toto licꝫ lacerato cor pore et rimante latera ferro nec modo fortiter: sed hila- riter sacrū e carne sua circūspicit ebullire cruorē. Ubi er- go tūc aīa martiris nēpe in tuto nempe in petra nempe in visceribus ihesu vulneribus nimirū patentibus ad in introeundū. Si eni in suis esset visceribus scrutās ea fer rum ꝑfecto sentiret dolorē nō ferret. succūberet et nega ret. Nunc aūt in petra habitās. quid mirū si in modū pe tre duruerit Sed neqꝫ mirum si exul a corpore dolores nō sentiat corporis. neqꝫ hoc facit stupor sed amor sub- mittitur cū sensus. nō amittit. nec deest dolor sꝫ cōtemni tur. Ergo ex petra martiris fortitudo hec bern. ¶ Inde quoqꝫ est ꝙ multi cōfessores et etiā alij in laboribus et tri bulationibus et infirmitatibus suis non soluꝫ patientes sed et hilares fuisse et esse reperiuntur. quia ex deuota me ditatione vite et passionis xpi eorum aīe non in eorum

Bernardus. (margin, beside "Idcirco deniq[ue]")

Bernardus (margin, beside "Inde quoq[ue]")

corporibus et visceribus sed christi fuisse et esse videtur Instruitur contra hostiū temptamenta et vicia. vt in faciendis et obmittendis errare aut falli non valeat cū ibi perfectionē oīm virtutum reperiat. Nam paupertatis humilitatis caritatis mansuetudinis. obediencie. paciencie ceterarūq3 virtutū exempla et doctrinam nusq3 sic inuenies. sicut in vita domini virtutum. Quicquid enim virtutum in ecclesia habetur ab ipso christo per exēpla operum illius trahitur. vnde bernardus. Quid vobis cū virtutibus qui dei virtutē christū ignoratis Vbi nam queso vera prudentia nisi in christi doctrina. vbi vera iusticia nisi de xpī misericordia. vbi vera tpantia nisi in xpī vita. vbi vera fortitudo nisi in christi passione. Soli igitur q̄ eius doctrina imbuti sunt prudētes dicēdi sunt. soli iusti q̄ de eius misericordia veniā petōz cōsecuti sunt. soli tpantes q̄ eius vitā imitari studēt soli fortes q̄ eius sapiētie patientie documenta fortiter in aduersis tenent. ¶ Incassum ꝑinde qs laborat in acq̄sitiōe virtutum si aliūde eas sperandas putat q̄3 a dño virtutum cuius doctrina seminarium prudētie cuius mia opus iusticie. cuius vita speculū tpantie cuius mors insigne est fortitudinis vnde et Grego. Quid est q dilectum suū sponsa non mirram: sed fasciculum mirre nominat nisi q dum sancta mens xpī vitā ex omni parte considerat contra omnia vicia ex eius imitatione virtutes repugnantes congregat. ex quibus sibi fasciculum aptat. quo carnis sue sempiternam putredinē abstergat. vnde etiam augustinus Cum omnibus modis medeatur animis deus pro temporum opportunitatibus que mira sapientia eius ordinantur nullo modo beneficientius consuluit generi humano q̄3 cum ipsa dei sapientia i. filius vnicus consubstantialis patri et coeternus totum hominem suscipere dignatus est. et verbum caro factum est et habitauit in nobis. Satellites voluptatum diuicias perniciose ppl'i appetebāt pauper esse voluit Honoribus et imperijs inhiabant rex fieri noluit Carnales filios magnum bonū putabant tale coniugium prolēq3 contempsit Contumelias superbissime horrebant omne genus cōtumeliarū sustinuit Iniurias intollerabiles eē arbitrabant q̄ maior iniuria est q̄3 iustū innocētemq3 dāpnari Dolores corporis execrabantur flagellatus atq3 cruciatus est. Mori metuebant morte mulctatus est. Ignominiosissimum mortis genus crucem putabant crucifixus est. Oīa que habere cupientes non vitabamus carēdo vile fecit. Omnia que vitare cupientes ab studio deuiabamus percipiendo deiecit. Non enim vllū peccatū committi potest nisi dum appetuntur ea que ille cōtempsit aut fugiuntur que ille sustinuit. Tota itaq3 vita eius in terris per hominem quē suscipere dignatus est disciplina morū fuit. Et iterum. Concedamus nō apparere nunc hoīes dignos imitatione quisquis hec putas: mente deum intuere. qui homo factus ē vt hoīez viuere doceret. Recordare quid sit illud quod Jo ait: qui se dicit in xpo manere. debet quēadmodum ille ambulauit et ipse ambulare. et ita nec derit tibi quem sequeris. Quia omīs xpī actio est nostra instructio: Item alibi habemus de passione domini Exemplū enim dedi vobis. et vt ita faciatis. vnde beda. Qui dicit se in christo manere debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare. quod est non ambire terrena non caduca lucra sectari fugere honores omnē mūdi ꝯtēptum pro celesti gloria amplecti libenter cunctis ꝓdesse iniurias nulli inferre. et sibi illatas pacienter sufferre sed et inferentibus a domino veniam postulare nunq̄3 suam sed ꝯditoris gloriā ꝗ querere. et quos secū valet ad superna erigere Hec et hmōi gerere ē vestigia xpī seq̄ hec beda ¶ Xpī itaq3 vestigia sequi debemus. q2 (vt ait ambrosius) in agnitione xpī oēm salutē et sapiām habemus. Et iterum. Oīa habemus in xpo. et oīa nobis xpo. Si vulnerum curatorem desideras medicus est si febribus estuas fons est si grauaris iniquitate iusticia est si indiges auxilio. virtus est. si mortem times vita est si tenebras fugis: lux est si celum desideras: via est si cibum queris: alimentum est hec ambrosius. Et ideo bene per quendam sapientem dr̄. Hoc est nescire: sine christo plurima scire. Si christum bene scis: satis est si cetera nescis. Vtinam sapientes huius mundi hoc saperent et intelligerent: et scientiam suam in hanc commutarent. Qui ergo christum sequitur errare vel falli non pōt ad cuius virtutes imitādas et adipiscendas ex frequenti meditatione vite ipsius cor accendit et animatur ac diuina virtute illuminatur adeo vt plures fuerūt illitterati et simplices q̄ magna et profunda dei inde cognouerunt q2 ibi inuenitur vnctio que paulatim purificans aīam et eleuans docet de oībus. In oībus itaq3 virtutibus et bonis moribus semꝑ prepone tibi illud clarissimum speculum et totius sanctitatis exēplar scz vitā et mores filij dei dn̄i nostri ihesu xpī. q̄ ad hoc de celo nobis missus est: vt preiret nos in via virtutū legez vite ac discipline suo nobis daret exēplo et erudiret nos sicut semetipsum. et sicut ad imaginē eius naturaliter creati sumus: ita ad morū eius silitudinē ꝑ imitationē virtutū ꝓ nostra possibilitate reformemur. q̄ eius imaginem in nobis per peccatum fedauimus. Quantū aūt quisq3 se ei in virtutum imitatione conformare studuerit: tm̄ ei in patria in glorie claritate propinquior et similior erit. Percurre ergo singulas quasq3 etates christi virtutesq3 eius per singulas sicut fidelis discipulus ꝓposse studeas imitari ¶ In labore etiā exterioris et interioris recordare laborū et aduersitatū christi. Et qñcunq3 in aliquo grauaris: statim ad ipm piū patrē pauperū tanq̄3 paruulus ad matris gremiū curre totū illi reuela totū cōmitte totum in ipsum iacta et ꝓijce et ipse ꝓculdubio tēpestatem sedabit et releuabit te. Non solū aūt vigilans dño ihesu intēdas: sed et cū corpus strato recolligis et caput reclinatorio imponis sit tibi quasi cum b. iohāne sup pectus ihesu recūbens sicq3 recumbēs super pectus ihesu suge vbera eius et in pace in idipsum dormies et requiesces. Et vniuersaliter in omnibus dictis et factis tuis q̄si ad exemplar respicias in ihesum. incedens et stans sedens et iacens comedens et bibens: loquens et tacens solus et cū alijs. ex hoc enim magis eū diliges et familiaritatis eius gratiam et fiduciam maiorem assequeris: et in omni virtute perfectior eris. Et hec sit sapientia tua et studiū tuum semper de ihesu aliqua cogitare vnde prouoceris ad imitandum vel afficiaris ad amandū ipsum Talia enim meditando et tēpus vtiliter expendes dū occuparis in bonis studijs et diuinis circa dñm ihesum. et mores tuos emendabis ad formam vite ipsius: dū in oībus agendis semꝑ ad ipm respicis oīs perfectionis speculū et exēplū Et q̄tomagis has frequentaueris meditatiōes: tāto magis eas tibi reddes familiares et facilius tibi occurrēt et iocūdius te reficient. ¶ Vidisti ergo ad quē excelsum gradū meditationes vite xpī te ꝑducūt. nūc i ipsas meditationes te aliqualiter introducere tēptabo nō omīa q̄ in euangelio scripta sunt pertractando: sed q̄dā deuotiora ex his eligendo. Nec credas q oīa que christū dixisse vel fecisse meditari possumus scripta sint: sed ad maiorē impressionē ea tibi sic narrabo ꝓut contigerūt vel contigisse pie credi possunt scz3 quasdam imaginatiuas representatiōes q̄s animus diuersimode percipit. Naz circa diuinā scripturam meditari intelligere et exponere multifarie possumus prout credimus expedire dūmō nō sit contra veritatē vite vel iusticie aut doctrine i. non sit contra fidem vel bonos mores. Quicunq3 vero asserit de deo aliquid qđ nō est sibi certū vel ꝑ naturalē rōnem vel synderesim vel per fidē. vel per sacrā scripturā presumit et peccat. Cum ergo me narrantem inuenies ita dixit vel fecit dñs ihesus seu alij q̄ introducūtur si id per scripturā probari non possit: non aliter accipias q̄3 deuota meditatio exigit. Hoc est perinde accipe ac si dicerem. meditor q ita dixerit vel fecerit bonus ihūs et sic de similibus. Tu autem si ex his fructum sumere cupis: toto mentis affectu

Bernardus. Gregori. Augusti. Beda. Ambro.

diligenter delectabiliter et morose omnibus alijs curis et sollicitudinibus tunc obmissis: ita presentem te exhibeas his que per dominum ihesum dicta vel facta sunt: et ex his que narrantur ac si tuis auribus audires et oculis videres: que suauissima sunt ex desiderio cogitanti: et multomagis gustanti. Et licet quamuis multa ex his tanquam in preterito facta narrantur tu tamen omnia tanquam in presenti fierent mediteris: quia ex hoc maiorem sine dubio suauitatem gustabis. Lege ergo que facta sunt tanquam fiant: pone ante oculos gesta preterita tanquam presentia: et sic omnia magis sapida senties et iocunda. ¶ Unde et quandoque annotaui loca in quibus hec vel illa sunt facta: quia multum valet homini cum audit euangelium legi: et hoc vel hoc factum tali loco gestum cum rem gestam scit et loci situm. Ad terram enim sanctam quam vniuerse christi ecclesie nocte dieque sociate non desinunt quam bonus ille ihesus inhabitando et verbo vel doctrine illuminando illuminatam suo sacratissimo sanguine consecrauit delectabile est aspirare sed delectabilius eam oculis corporis intueri et mentis intellectu reuoluere quod in locis singulis in ea nostram salutem dominus operatus sit. Quis enim enarrare sufficit quot deuoti discurrentes per loca singula in spiritu vehementi osculantur terram: amplectuntur loca in quibus dulcem iesum vel stetisse vel sedisse vel aliquid egisse audierunt: nunc tundunt pectus: nunc fletus nunc gemitus nunc suspiria emittentes gestu corporeo devotionis cum foris ostendunt: et absque dubio intus habent in lacrimas prouocant plerumque etiam saracenos. Quid dicam de patriarchis iacob ioseph et fratribus eius: qui quia viui in terra illa esse non potuerunt: elegerunt in ea mortui sepulturam. Quid plura: tarditas ingemiscenda est christianorum nostri temporis qui tot exempla habentes tardi sunt de manibus inimicorum eruere terram quam consecrauit sanguine suo iesus christus. ¶ Et nota pro regula generali quod vbicunque in sequentibus meditationes singulares non inueneris: sufficit tibi quod que per dominum iesum dicta vel gesta ante mentis oculos ponas et cum eo conuerseris ac familiaris ei fias. Nam in hoc videtur haberi maior dulcedo et deuotio efficacior et quasi totus fructus harum meditationum consistere vt vbique et semper intuearis eum deuote in actu suo et moribus: vt quando stat cum discipulis suis: quando cum peccatoribus: quando loquitur et quando predicat quando vadit et quando sedet quando dormit et quando vigilat: quando comedit et quando alijs ministrat quando sanat egrotos et quando alia miracula facit describens tibi in corde tuo mores eius et actus: quam humiliter se habuit inter homines quam benigne inter discipulos quam misericors fuit super pauperes quibus se similem per omnia fecerat: et quasi familia eius specialis videbatur quod nullum spreuit vel horruit etiam si leprosus esset: quod diuitibus non adulabatur: quam liber fuit a curis mundi nec anxius pro corporis necessitatibus: quam patiens ad contumelias: quam mitis in responsis non enim studuit se verbo mordaci et amaro vindicare: sed blando et humili responso alterius maliciam sanare: quam compositus in omnibus gestibus suis fuit: quam sollicitus de animarum salute quarum etiam amore dignatus est mori quod seipsum prebuit exemplum omnis boni: quam compatiens afflictis fuit quod infirmorum imperfectioni condescendit quod peccatores non spreuit quam clementer penitentes suscepit: quam obediens fuit parentibus quam promptus in ministrando omnibus vnde ipse ait Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Quod omnem iactantiam et omnem singularitatis ostentationem declinauit: quod omne scandalum cauit quam modeste in edendo et bibendo se habuit quam verecundus visus fuit quam studiosus ad orationem quam sobrius ad vigilias: quam patiens laboris et penurie: et quam placidus in omnibus fuit. ¶ Et similiter secundum hunc modum in omnibus dictis et factis que de christo legeris vel audieris meditare mores et gestus suos qualiter ipse in omnibus se habuerit vel habere potuerit secundum tuam estimationem quia in omnibus semper optimo et perfectissimo modo se gerebat qui in omnibus semper optimus et perfectissimus est. Erat enim aspectu dulcis colloquio suauis: et omni conuersatione benignus. Et maxime contemplare faciem eius si potes eam imaginari: quod supra omne videtur difficilius sed forte reficeret iocundius. Et istud sit tibi pro doctrina et recursu omnium que sequuntur: vt vbicunque dictum vel factum narrabitur si aliter singulares meditationes non fuerint expresse vel etiam iste generales fuerint obmisse recurras ad hunc locum et sufficit tibi quod hic generaliter dictum est. ¶ Ut autem christi faciem et formam seu figuram eius totam: et ex his actus seu mores suos et gestus melius valeas meditari quedam de his alibi scripta hic inserere vtile iudicaui. Legitur enim in libris annalibus apud romanos existentibus quod iesus christus qui dictus fuit a gentibus propheta veritatis: stature fuit procere mediocris et spectabilis. Uultum habens venerabilem: quem possent intuentes et diligere et formidare. Capillos habens ad modum nucis auellane permature fere vsque ad aures: ab auribus cincinnos crispos aliquantulum ceruleos ab humeris ventilantes discrimen habens in medio capitis iuxta morem nazarenorum. Frontem planam et serenissimam cum facie sine ruga et sine macula: quam rubor moderatus venustauit. Nasi prorsus et oris nulla fuit reprehensio. Barbam habens copiosam et impuberem capillis concolorem non longam: sed in mento bifurcatam. Aspectum simplicem et maturum oculis glaucis varijs et claris existentibus. In increpatione erat terribilis in ammonitione blandus et amabilis: hilaris seruata grauitate. Aliquando fleuit sed nunquam risit. In statura corporis propagatus et rectus. Manus et brachia visui delectabilia. In colloquio grauis: rationabilis: rarus et modestus. Et ideo merito secundum prophetam dicitur speciosus forma pre filijs hominum. Hec vbi supra. ¶ Inter omnes ergo scripturas precipue euangelium quod secundum augustinum inter omnes diuinas auctoritates que sacris litteris continentur merito precellit studeas pre manibus semper habere et in corde tuo iugiter circumferre: quia hoc te de vita et moribus domini nostri iesu christi et de omnibus ad salutem necessarijs poterit clarius edocere. Nam secundum Crisostomum in euangelio totius perfectionis nature rationalis summa continetur. Et secundum hieronymum euangelia legis impletio sunt: et in his precepta et exempla viuendi plenissime sunt digesta. vbi supra. Oportuerat quidem nihil nos indigere auxilio litterarum sed tam mundam in omnibus exhibere vitam vt illorum vite gratia spiritus sancti vteremur: et sicut attramento pagine: ita corda nostra inscriberentur a spiritu. Quia vero hanc a nobis exclusimus gratiam agere: vel secundas diuitias expectamus et intendamus his que scripta sunt. Non enim propterea date sunt scripture vt in libris eas habeamus solum: sed vt in cordibus conglutinemus eas. Sicenim in domibus vbicunque fuerit euangelium positum non audebat accedere dyabolus: multomagis animam intelligentiam habentem talem et circumferentem non tanget vnquam neque superueniet eidem non neque peccati natura. Sanctifica igitur animam: sanctifica corpus tuum hoc in lingua et corde semper habens. Si enim turpiloquium sordidat et demones vocat manifestum est quod spiritualis lectio sanctificat et spiritus sancti euellit gratiam. ¶ Attendamus igitur dilecti scripturis: et si nullum aliud euangelijs saltem circumstudiosa nobis fiant: et hec pre manibus habeamus. Confestim enim expandens librum si permanseris vsque ad finem omnia respues mundana: omnia deridebis que hic sunt. Et si diues fueris nihil reputabis diuitias: et si inops fueris non confunderis in opia. Non rapies: non auarus eris: sed concupitor eris magis inopie et despicies diuitias. Si vero hoc fiet omnia exterminabis mala. Multa alia est lucrari que non est nunc secundum partem dicere. Sciunt autem qui experientiam susceperunt. Et iterum Quid igitur vnquam euangelijs equale fiet. Utique deus conuersatur in terris: homo ascendit in celum et facta est omnium vna permixtio angeli cum hominibus chorum faciebant homines angelis concalebant et alijs celestibus supernisque virtutibus. Et erat videre antiquum prelium repen

Crisostomus.

sum. demones fugientes. mortem peremptā. paradisum apertū. maledictōem remotā. pctm̄ de medio sublatum. errorem expulsum. veritatem reuersam. pctatis sermonem vbiqꝫ seminatū ⁊ vegetatū. celestez conuersationez in terre regione plantataꝫ. supernas virtutes familiarit nobiscum loquentes. ⁊ ad terras sepe angelos ventitantes. ex hisqꝫ omnibus spem firmari certissimā futurorꝫ. Propterea igitur euangeliū ista vocat historia. quasi s. oīa alia verba inania doceātur. quibus solent pn̄tia promitti. Que vero piscatorū annunciata sunt verbis. proprie ac vere euāgelia nominātur. qꝛ cū omni nobis facilitate donata sunt. Nō enī laboribus nostris atqꝫ sudoribus nō doloribus ⁊ erūnis. sed p dei tm̄mō in nos caritatem tam grandia hec promissa suscepimus hec Crisosto. Vñ ⁊ aug. Euāgeliū nomen latine interpretatur bonus nūcius vel bona annūciatio. qđ quidem cum aliquid bonum annūciat sp dici pōt. proprie tn̄ hoc vocabulū obtinuit annunciatio saluatoris. Narratores quippe originis factoꝝ dictorūqꝫ passionis dn̄i nostri iesu christi proprie dicti sunt euangeliste. ¶ Sed anteq̄ ad euangelij historiam accedamus scias q̄ quedā per euāgelistas salubriter directione spūssancti. aliquando anticipando vel preoccupādo que post dicenda erāt. aliqñ rememorādo vel recordando que obmiserāt ⁊ aliqñ recapitulando vel repetendo que dicta fuerant. posita sunt que q̄uis aliter conscribi non deberent. q̄ per eos summe vtiliter sunt dictata. qꝛ scdm̄ aug. probabile est q̄ vnusquisqꝫ euangelistarū eo se ordine credidit debuisse narrare. quo deus voluit eius recordationi suggerere ne tn̄ turbari possit deuotio paruuloꝝ locis debitis quodā ordine alio prout res gesta vel dicendi congruentia exigere videbatur. in sequentibus per ordinem situant. Non tn̄ affirmo q̄ hic sit verus ac certus ⁊ debitus rei geste ordo descriptus oꝛ talis vix ab aliquo reperitur expressus. In ipso aūt euāgelio reperies verbi incarnati historiam mandata ⁊ promissa in quibus habes viā. veritatē ⁊ vitā. Xpi igitur exemplo nosce quia bn̄ viuere possis. preceptis bn̄ viuere scias promissis bene viuere velis. His itaqꝫ tribus tria pulsare necesse est s. impotentiā ignorantiam negligentiam. Ignorās enī ignorabit. Negligens vero nescit. necq̄ simulator impotentie nichilominus eijcietur. Expgiscere ergo aīa christo deuota. singula omīs aīa xpiana et singula que de xpo ihesu dicūtur diligenter discute. considera attente. morose pertracta. ⁊ dn̄i tui imitare vestigia ille propter te de celesti sede descendit ad terrena tu propter te fuge terrena. appete celestia. Si dulcis est mūdus dulcior est christus. Si amarus est mundus: oīa propter te sustinuit christus. Surge ⁊ ambula. noli pigrescere in via ne locum perdas in patria.

Finit prologus.

¶ Sequitur oratio eiusdem in librum vite christi ihesu.

D

Omine iesu xp̄e fili dei viui. concede michi fragili ⁊ misero peccatori vitam ⁊ mores tuos pre oculis cordis semper habere. ⁊ p mea possibilitate imitari facqꝫ me in ipsis proficere ⁊ crescere in virum perfectum ⁊ in templum sanctū in domino. Illustra queso cor meum lumine gratie tue. que me iugiter preueniat ⁊ sequatur: vt te ductorem in omnibus vijs meis habēs cuncta que tibi placent implere ⁊ que tibi displicent vitare possim. Dirige obsecro cogitationes sermones ⁊ actiones meas in lege tua. ⁊ in preceptis atqꝫ cōsilijs tuis o altissime vt in oībus voluntatē tuam faciens hic ⁊ in eternum per te merear saluus esse. Amen.

¶ Opus preclarum atqꝫ insigne cuius titulus extat vita christi a magne litterature deuotionisqꝫ permaxime viro Rudolpho sacri cartusiensium ordinis elaborantissime editum: non quidem ab apocriphis de infantia saluatoris extractum: sed ex serie sacri euangelij sacrorūqꝫ doctorū sancte ecclesie ex toto colectū. Incipit feliciter

De diuina et eterna christi generatione.

E plenitudine itaqꝫ euangelij viui fōtis boni quod vsqꝫ ad hoc tempus gratie dominus iesus seruauit quasdam guttas haurire cupientes. sumamus initium a diuina eius generatiōe. de qua euāge. Johannes specialiter loquitur. qꝛ omnia ad hoc inducit vt diuinitas verbi manifestetur et maxime contra quosdam hereticos. dicentes christū purū hoīem esse ⁊ per cōsequēs propter tēporalē natiuitatem nec sp̄ nec añ mariā fuisse. Et ideo de eternitate verbi incipit ostendens diuinam xp̄i naturam in qua eternaliter precessit mariā. Et ponit quinqꝫ de diuinis psonis. que per ordinem tanguntur in subscriptis. ¶ Primo declarat filij a patre eternam generationem: dicens (In principio erat verbum) id est in ipso deo: qui ab omnibus supponitur primum principium necessario est verbū proprie dictum tanq̄ in ipso cuius est. Ac si diceret filius erat in patre. patri. s. coeternus non in maria incepit esse. sed in principio. i. in patre qui est principium sine principio. ⁊ filius qui est principium de principio. Dicit autem verbum dei filium. quia iesus christus dn̄s noster quemadmodum dicitur filius dei. sic dicitur verbum dei sic ⁊ virtus ⁊ sapientia dei. vnum. enim idēqꝫ significant vnū idemqꝫ sunt. filius verbum. virtus ⁊ sapientia. Sed ait verbū: nō filius. qꝛ hoc nomen verbū magis ad ppositum facit q̄ filius. Vbi sciendum. q̄ vox significatiua dr̄ verbum sed hoc est tantummodo large ⁊ denominatiue inquantum significat interiorem mentis conceptū sicut vrina dr̄ sana inquantū est sanitatis indicatiua. et ideo sicut illud proprie dr̄ sanitas qđ per vrinam designatur. ita illud proprie dr̄ verbū qđ per vocē significatur. Hoc aūt est interior mentis conceptus. qꝛ voces sunt note et signa passionū que sunt in anima. ⁊ ita cōceptus mentis interior etiā anteq̄ per vocē designetur proprie verbū dr̄. Cū ergo hoc nomen verbū significet vocē vocalem ⁊ qđ exit ab ore significet etiā mentale quod a mente gignit. nec ab ea recedit cū emittitur. s. verbū conceptum scdm̄ vltimā acceptionem hic sumitur vt p ipsum filius intelligatur. q̄ppe qꝛ a patre procedit p eternā natiuitatem ac cū eo ⁊ in eo permanet per essentie vnitatē sicut cogitatio seu conceptio mentis que ex mēte nata est cū ipsa permanet. ⁊ ideo maluit dicere verbū q̄ filius. Cum igitur in ipso deo proprie ⁊ pfecte sit verbū. ve i bsi autem de sua rōne dicit q̄ procedens ab eo cuius est verbum sicut conceptus a concipiēte ⁊ est verbū ⁊ filius similiter sequitur q̄ ibi sit generatio filij a patre ex quo est ibi processio verbi a dicente. Item potius describit filium dei sub noīe verbi q̄ sub noīe filij: qꝛ filius solū dicit cōparationē ad patrē verbū vero dicit cōparationē nō solū ad dicentē sed etiā ad id qđ per verbū dr̄ nec non ad vocem quam induit. ⁊ ad doctrinam que mediante verbo in altero efficitur. Quia igitur dei filius debet hic describi nō tm̄ i cōparatiōe ad patrē a quo procedit sed etiā ad creaturas quas fecit ⁊ ad carnem quā induit. ⁊ documenta que prebuit cōgruissime ⁊ decētissime sub noīe verbi describitur qꝛ nomen illud ad omīa supradicta respicit nec posset sub celo ita nomen conueniens inueniri. ¶ Scdo

Crisostomus.

Augusti.

Johānis pmo

declarat patris et filij personalē distinctionē. dicens (et verbū erat apud deū) Hoc nomē deus in hac clausula ē personale. vt verbū erat apud deū. i. apud deū prem. sp enim in pre filius. sp in filio pr. Unū hec prepositio apud que est trāsitiua personarū et distinctiua. distātiā distincti onis personalis designat nō essentie. Nulla enim res dr̄ proprie esse apud semetipsam. sicut nec aliquis est in seip so. et ideo inter verbū et principium apud qd̄ est verbum. est personalis distinctio. Nō enī. verbū pcedit a pre per actionē transeuntē extra sed manentē intra. et ideo verbū manet intra illud cuius est verbū tn̄ ab eo distinctum di stinctione personali. vt iam dictū est. qr verbū erat apud deum vt alius apud aliū ¶ Tertio declarat patris et filij consubstantialitatē siue sube vnitatem. dicens (Et deus erat verbū) ita q̄ ly deus ponitur a pte predicati dicēdo verbū est de⁹ nōia enim et verba trāsposita idē significāt Hoc nomen deus in hac clausula est essentiale vt verbuz est deus. i. natura est substātia diuina. ne dicat̄ esse cū deo et nō deus. Nihil enī in deo est qd̄ de⁹ nō sit qr totus idez est et substātialiter idē. Quāuis ergo verbū sit apud deuz nō tn̄ est aliquid extranee nature sicut est verbū nr̄m sed est nature diuine que indiuisibilis est et nō multiplicabilis qr nullo mō pōt esse nisi vna et simplicissima et ideo verbū et principiū a quo est sūt idem penitus in natura q̄uis vt dictū est distinguantur in persona. Et sic in ista clausu la implicantur oēs tres persone pater in hoc noīe deus filius in nomīe verbi sp̄ussanctus in prepositione apud. Quarto declarat patris et filij coeternitatem dicens. (Hoc erat in principio apud deū) Hoc .i. verbuz de quo locutus fuerat est apud deū patrē a principio eternita tis. i. añ secula est eternaliter. q. d. Hoc dei verbū nunq̄ a deo pre extitit separatū Nūq̄z enī pr̄ sine filio fuit. nūq̄ sine verbo nunq̄ sine virtute nunq̄ sine sapiētia esse po tuit. Prem enī dicim⁹ qr filiū hz. cū hoc sit prem esse qd̄ filiū hr̄e. Et qr pr̄ qui verbū dicit et concipit est ab eterno ergo verbū qd̄ gignit dicēdo vt vere dicat̄ verbū in prici pio nō tpis quo dictū est in principio creauit de⁹ celū et terrā sed in pricipio eternitatis. de q̄ dr̄ tecū principiū in die virtutis tue in splēdoribus sctōꝝ. ex vtero. i. sba mea añ luciferum. i. añ mundi creationē genui te. Unde q̄n dr̄. Ego hodie genui te intelligitur de die eternitatis q̄ om nem diē cōplectit̄. Et sic accipit̄ hic nomen principij ali ter q̄z supra qr ibi accipit̄ pro pre hic p eternitate. Quali ter aūt verbū ipse pr̄ genuit. qr solui nō pōt q̄ri nō debet Diuina enim generatio est oīno inenarrabilis de qua dr̄. Generatōez eius quis enarrabit. Quia et si dr̄ filius a pre genitus tn̄ qualiter nec propheta nouit nec āgelus [Moraliter.] Mo raliter docemur ex premissis. q̄ principiū oīs nr̄e intētio nis dz esse deus. qr in principio erat verbū et ei⁹ erat ver bum. Iterum si vis scire de oī actione tua interiori et exte riori. vtrum sit diuina et vtrū deus ipsam operetur in te et per ipsum sit facta vide si finis intentionis tue sit deus. Qd̄ si sit. ita actio tua est diuina. et principiū et finis idem scz deus ¶ Postq̄ ergo euāgelista declarauit ipsius ver bi esse seu generari. cōsr̄ declarat suū agere seu operari et declarat sic. Quinto patris et filij indiuisam operationē dicens (Oīa per ipsum facta sunt) .i. q̄cūq̄z a patre facta sunt (et sine ipso factū est nichil) .i. a pre siue visibile quid siue intelligibile. Siquidē omīa in sapiā fecit deus et sine sapientia nichil fecit. Creature enim pducūtur a deo si cut artificiata p artificē. Oīz enī ē artifex. cū sit agēs p in tellectū qd̄ aūt producit̄ per artē seu intellectū pducitur per artis seu intellectus conceptum sicut domus in re ex tra producit̄ a domo que est in anima. verbū aūt in diui nis idē est q̄ cōceptus intellectus diuini vt supra dictum est ergo oīa producta per ipsum pducta sunt. tā spūales q̄z corporales creature. Hec aūt prepositio per notat hic causam efficientē. non ministerialem vel ministeriū vel instrumentū ipse enī filius cū pre est actor oīm sicut spiri tussanctus cū eisdem. qr indiuidua sunt opera trinitatis Oīa ergo per ipsum facta sunt vt nec pr̄ nec spūssanctus excludantur. Oīa simul et semel sunt facta sed sex diebus per partes sunt distincta. Si ergo omīa per ipsum facta sunt verbum aūt non possit a se fieri vel seipsū facere qr esset añq̄ esset. sequitur q̄ ipsū verbuz nō sit factum. Et scdm aug. Si factū nō est creatura nō est. Si aūt creatu ra nō est. eiusdē cū pre sbe est. Oīs enī sba q̄ deus non est creatura est. et que creatura nō ē deus est. Hoc aūt verbū nec sillabis cōstat nec voce profertur sed sp in sinu .i. secre to et corde patris manēs. cūcta disponit. regit et operat̄ [Augusti] Nō enim loquendo sed volendo cūcta opatur de⁹ qr di cere dei voluisse est et verbo .i. filio oīa creare. ¶ Ostenso itaq̄z q̄ verbū sit causa productiua rerū. ondit cōsequent̄ per quē modū sit causa earū dicēs (Qd̄ factū est) .i. in effe ctu (in ipso) .i. verbo (vita erat) .i. viuens. Sicut faber pri us facit archā in mente. post in opere. qd̄ in mente est vi uit cū artifice qd̄ fit mutat̄ cū tpe. Nō enim oīa que facta sunt hn̄t vitam nec sunt vita in se hoc est in natura sua in qua sunt vt creature vt tn̄ sunt in deo et arte diuina que est vita in se sunt vita qr ibi hn̄t exemplar et rōnem viuentez Oīa namq̄z que temporaliter fiunt vel facta sunt. ab eter no fecit .i. facere disposuit et priusq̄ fierēt facta nouerat. et in eius mente et pñtia et viuebāt et vigebāt quia oīa añ mūdi initiū in ipso dei filio imaginata erāt. et vt postea fi erent dispositum erat. ac per hoc quasi facta erant et vi uebant Uiuunt enim oīa que in dei dispositione sunt qr sicut disposita sunt non euenire nō possunt. Et sic patet modus per quē creature procedūt a verbo. vicz sicut arti ficiata ab artifice vel arte propter qd̄ dicit Boetius Tu [Boetius] cūcta superno ducis ab exemplo. pulcrū pulcerrim⁹ ipse mundum mente gerens similiq̄z imagine formans Mo [Moralit̄.] raliter est hic notādū q̄ opus virtutis est opus vite. sicut opera viciosa dicūtur opa mortis opus aūt virtutis siue opus bonū nullus opat̄ nisi in deo. Si vis igitur scire an opus tuū sit viuū .i. si sit opus virtutis siue op⁹ bonum et diuinū. vide si sit factū in ipso .i. deo qr hic dr̄ (qd̄ factū est in ipso) .i. deo (vita erat) .i. vitale et viuuz est. In deo aūt fit qd̄ in caritate fit et qd̄ extra deū fit preter deum non hēt mouēs nec finē. ¶ Ostenso autem qualiter verbū se habe at ad oēs creaturas in generali. pūr ondit qualiter se ha beat ad hoīes in spāli dicēs (Et vita erat lux hoīm) Qr vita .i. ipsū verbū qd̄ ē vita in se in q̄z per quā creature vi uunt erat lux hoīm .i. vn̄ rōnales creature vt beate fierēt illuminande erāt. qr non desicit hoīes illustrare per gra tiam super omīa irradiando. sibi hō facit qd̄ in se est se ad deū per cognitionē et amorez prout pōt cōuertēdo ¶ Mo [Moralit̄.] raliter vita bona est lux hominū. quia plus illuminat et edificat proximū vita q̄z verba vn̄ hiero. Multo plus in [Hieroni.] telligitur qd̄ oculis videtur q̄z qd̄ aure percipitur et Se [Seneca.] neca Longū iter per precepta breue et efficax per exem pla. Unde iesus cepit facere et docere (et lux in tenebris lucet) id est in peccatoribus. quia verbum quantum in se est illustrat eos lu'e gratie. sed quia tenebrosi sunt hoc est quia se subtrahunt ab influentia diuine lucis siue verbi ideo seqtur (Et tenebre eā non cōprehenderunt) et pec catores hanc lucē nō consequūtur. nō propter lucis sed proprij defectū. vnde aug. Quō enī hō posit⁹ in sole ce [Augusti.] cus pñs est illi sol. sz ipse soli absens est sic omnis stult⁹ omnis iniquus. omnis impius cecus est corde presente sapientia. Sed cum ceco presens est. oculis eius absens est. Non quia illa ipsi absens est. sed quia ipse absens est ab illa. Quid ergo faciet iste mundetur vnde possit videri deus. Peccata et iniquitates tolle et videbis sapiē tiā que pñs est. qr deus est ipsa sapientia. et dictum est. beati mundo corde qm̄ ipsi deum videbunt. ¶ Scdm. Orige. Lux in tenebris lucet. quia dei verbum vita et lux [Origeñ.] hominū in nostra natura que per se inuestigata et consi derata informis quedam tenebrositas inuenitur lucere non desinit. Et qm̄ ipsa lux omni creature est incōprehē

sibilis tenebre eam non cõprehenderunt. ¶ Ubi nota ꝙ triplex est comprehensio scʒ per inclusionẽ. per aptã visionem. per fidei et charitatis adhesionẽ. Primo modo a nullo. secũdo modo a beatis. tercio modo a sanctis sed nullo istoꝝ modorum a malignis cõprehẽdit. ideo dicit (et tenebre eã nõ cõprehẽderũt) i. q non fide nec amore adheserũt. Dr etiã aliqd cõprehẽdi qñ puenitur ad finẽ cognitionis ipius. et hoc est qñ res cognoscit ita perfecte sicut cognoscibilis est. et sic solus oculus diuinus lucem hanc cõprehendit. et nulla creatura.

Mora. Moraliter lux in tenebris lucet. qr virtus lucet et apparet in aduersis et oppositis. Nam virtus in infirmitate perficitur. vñ Grego.

Grego. Nemo quãtũ pfecerit nisi in aduersitate cognoscit. qualis n. quisqʒ apud se lateat illata contumelia probat. Et qr nulla aduersitas põt supare sctõs et separare a charitate christi. ideo dr (Et tenebre eã nõ cõprehẽderũt). Boni eñ viri si tangantur aduersitatibus: nõ tñ frãgunt aut vincitur. imo in eis gaudẽt et delectãtur (Uel lux in tenebris lucet) qñ deus per cõsolationẽ illucet his q aduersa et tribulationes sustinẽt fm illud. Juxta est dñs his q tribulato sunt corde et cum ipso sum in tribulatione (et tenebre eã non comprehenderũt) qr non sunt condigne passiones huius tpis ad futurã gloriã. Sẽp enĩ deus remunerat supra condignum: et punit circa condignum. Lux etiã in tenebris huius mũdi lucet. qr creator ĩ creaturis apparet. Sicut enĩ in pria deus est speculũ creaturarũ in quo creature relucent. et in quo oĩa videbimus que ad gaudiũ nostrũ ptinebũt. sic in via ecõuerso creature sunt speculum creatoris in quo creatorẽ nrm speculamur.

Criso. herodi siles esse ꝓbantur qui sacra cōione mysterij indigne abutūtur. Adorare q̄ppe se fingūt ꝛ eū quantū in ipsis est interimunt. Iuxta illud apli Qui manducat ꝛ bibit indigne reus erit corporis ꝛ sanguinis dñi. Cū aūt magi audissent regez herodē nihil mala suspicantes abierunt recedētes s. de hierlm vt irent versus bethleem edocti de hoc per ꝓphetiā. Et cū; hierlm egressi fuissent (ecce stella) que disparuerat iteꝝ eis apparuit q̄r auxiliū deserētes hūanū meruerūt recuperare diuinū in ipso autem loco q̄ eis apparuit stella fcā ē in memoriā huius eccia De inde (añcedebat eos) ꝛ viam ostēdebat (vsq; dum veniens staret supra) locum ꝛ vicina domui (vbi puer erat) Stabat quasi supra caput pueri vt quasi innueret ꝛ diceret hic est qui natus ē rex quē testabar vt quez loq̄ndo mōstrare nō poterat testando mōstraret. Et sic stella duce cum magno gaudio ad thugiriū in quo dñs ihus natus ē puenerunt. Ambiguū ē qḋ istorum fuerit. s. an magi in oriente positi viderunt stellā sup iudeā existez īmobilē. vel viderint stellā in oriente existere q̄ que eos perduxit in iudeaz. Potuit enī nasci in oriētē ꝛ eos precedēdo in hierlm perducere. ꝛ sentit Criso. ꝛ tenetur cōiter. Fulgētius tn̄ videtur velle q̄ eā primo viderint immobilē sup iudeā que dedit eis signum veniēdi in iudeā. qui hierlm tanq̄ caput iudee audierunt. ꝛ ipsis egressis tunc motu notabili eos

Fulgen.

precessit q̄ ꝑacto officio suo i placēte materiā reuersa ē (Et intrantes domū) magi s. diuersoriū (inuenerūt puerū cū maria matre eius) forte tūc sedēte ꝛ tenente super genua puerum ꝛ valde gauisi sunt q̄a desiderio suo fraudati nō sunt nec inaniter laborauerūt vñ Criso. Propterea

Crisosto.

gratulati sunt q̄m qḋ questitū est desideratūq; repererāt q̄m effecti fuerāt nūcij veritatis. ꝛ q̄r nō frustra taz longe vie cōfecerūt spacia tā ardēti quippe ergo xp̄m cupiditate flagrabāt. Felix maria nam ihesus sine maria nō nascitur q̄r ipsa ministra īcarnatōnis sine maria nō inuenit q̄r ipsa famula educationis. sine maria non crucifigitur.

Crisosto.

q̄r ipsa socia passionis. Joseph aūt sm̄ Crisos. idcirco tacetur q̄r nullū de officijs ad nutriciū pertinētibus commemoratur vel sm̄ hylariū ꝛ raba. Diua dispēsatōe actū

Hylari⁹.

est vt illa hora absens eēt ne p̄r eius crederetur vel aliqua suspitōis occasio daret gētib⁹ qḋ deus nō esset q̄ primitias suas statim nato saluatore ad eum adorandum ma-

sersit. Ingressi itaqz (ꝓcidētes) tā mente q̄ꝫ corpe genua
flectūt puero iesu hūiliter et adorāt in carne deū verum
adoratione latrie reuerēter. Honorāt vt regē ꝛ adorāt
vt deum vidēt enī hoīem ꝛ agnoscūt deū, ꝓcidunt in si-
gnū humilitatis sine qua nullus vere adorat. qꝛ oīs ado
rator oēm fastū ꝛ cōfidentiā sui deponere debet vt quaꝫ
corpe deiectionē ꝓfert in oculis dei animo gerat contri-
tiōqꝫ cordis ꝛ hūilitati victimā offerēs deo se curandū cō
mittat. Quāta tūc exultatio tibi fuit o virgo btīssima q̄s
cogitare valeat qñ eū quē nuꝑ genueras iā quasi deum
adorare videbas. O q̄ꝫ magna fuit hoꝝ magorum fides
Quid enī erat credere q̄ ille puerulus sic viliter īdutus
cū paupcula mr̄e ꝛ īloco sic abiecto sine societate sine fa
milia. sine omī ornatu inuēt⁹ esset rex et ver⁹ deus. Et tñ
vtrūqꝫ crediderūt. Paruulū enī nō adorassent ꝛ hono-
rassent si puulū tm̄mō credidissent. Tales duces ꝛ talia
primitiua nos hr̄e oportebat ex quo ptꝫ q̄ cognouerūt
xp̄i diuinitatē ꝑ diuinā reuelationē. Cū enī viderēt pue
rū pānis vilib⁹ inuolutū in gremio paupis mr̄is positū.
nullū regie dignitatis hūtē signū nō est verisile q̄ talem
reuerētiā ei exhibuissent nisi ī eo aliqd supra hoīem co-

Bern.

gnouissent. vñ bern. Adorāt magi et offerūt mūera ad-
huc lactēti mr̄is vbera. Sed vbi est o magi vbi ē purpu
ra regis hui⁹. nunqd viles pāni isti qbus est inuolutus.
si rex est dyadema vbi est. sꝫ vos eū vere videtis in dya-
demate q̄ coronauit eū mat̄ sua. ī sacco nr̄e mortalitatis
de quo cōsurgēs ait. cōscidisti saccū meū ꝛ circumdedisti
me leticia et iterū. Sꝫ vñ vobis hoc o alienigene vt a vo
bis adoret xp̄s. Neqꝫ enī in israel tantā fidē inuenimus
Sic vos nō offendit vilis hītatio stabuli. nō paupes cu-
ne ꝑsepij. Non vos paupis mr̄is ꝑñtia nō lactētis scan-
dalisat īfantia qd facitis magi qd facitis. Lactentē pue
rū adoratis in tugurio vili ī vilib⁹ pānis. Ergo ne deus
est iste. De⁹ certe in tēplo scō suo de⁹ in celo sedes ei⁹. et
vos eū q̄ritis ī vili stabulo in mr̄is gremio. qd facitis q̄
et aurū offertis ergo rex est ipe ꝛ vbi aula regia vbi thro
nus vbi curie regalis frequētia nūqd aula ē stabulū. thro
nus ꝑsepiū. curie frequētia ioseph ꝛ maria. Quō ita insi-
pientes facti sunt viri sapientes vt adorent paruulū de-
spicabilē tā sua etate q̄ꝫ paupertate suoꝝ. Insipiētes fa
cti sunt vt fierent sapientes et predocuit eos sp̄us quod
postea ꝑdicauit ap̄ls qui vult esse sapiens fiat stultus vt
sapiens sit. Nonne timendū erat fratres ne scādalisarē-
tur viri isti. et illusos se crederent cum tāta indigna vide
rent. A regia ciuitate vbi regē querendū cōiectabantur.
ad bethleē villā paruulā dirigūtur. Ingrediūtur in sta-
bulum inueniunt inuolutū pannis infantulum. Non il-
lis sordet stabulū non offendūtur pannis non scandali-
santur lactētis infantia ꝓcidūt ante eū. venerātur vt re-
gē adorāt vt deū. Sed ꝑfecto qui illos adduxit ipe ꝛ in-

Augusti.

struxit et qui per stellam foris ammonuit ipe in occulto
cordis antus edocuit. hec bern vñ ꝛ Augu. Non sub pol
lice cella regalis. non de membris purpura non in capi
te dyadema fulgebat non pompa famulantiū non ter-
ror exercitus non gloriosior fama preliorum hos ad eū
viros ex remotis cum tanto voto supplices attraxerat.
Jacebat in presepio puer ortu recens exigu⁹ corpe con-
temptibilis paupertate. Sed insigni aliquid latebat ī pu
ero q̄ illi hoīes nō terra portāte sed celo narrāte didice-

Crisosto.

rant. Vñ et cris. (Et intrātes domum inuenerūt puerū
cū maria matre eius) Matre inq̄ꝫ ei⁹ nō dyademate co-
ronata. nō auro refulgente aut in lecto aureo recūbente
sed vix tunicā vnā habente. nō ad ornamentū corporis:
sed ad tegumentū nuditatis qualē hr̄e poterat carpēta-
rij vxor pegre cōstituta. Si ergo regē terrenū q̄rētes ve-
nissent magis fuissent cōfusi q̄ꝫ gauisi qꝛ tanti itineris la
borem sine cā suscepissent. Nunc autē qꝛ celestem regem
querebāt ꝛ si nichil regale videbāt in eo: tñ soli⁹ stelle te-
stimonio cōtenti gaudebāt oculi eorū cōtemptibilē pue
rum aspicere. qꝛ sp̄us in corde eorum terribilē eū mōstra

bat. vñ et leo papa. Nec immerito cum tres adorandū pue

Leo papa.

rum noui syderis claritas deduxisset non cuꝫ imperantem
demonib⁹ nō mortuos suscitātē nō cecis visum aut clau
dis gressum aut mutis eloquiū reformātem. vl' in aliqua
diuinarum virtutū actione viderunt sed puerum silentē
quietū sub mr̄is sollicitudine ꝯstitutū. In quo nullū quidē
apparet de ptāte signum: sed magnū prebet de hūilitate
miraculum. Tota cuī vita saluatoris que ꝛ dyabolū supa
uit et mundum. hūilitate est ꝯcepta. hūilitate est confecta
Dispositos dies sub ꝑsecutiōe finiuit. Nec puero toleran
tia passionis nec passuro defuit mansuetudo puerilis vñ
tota christiane sapientie disciplina non in abūdantia ver
bi non in astutia disputandi neqꝫ in appetitu laudis et
glorie. sed in vera et voluntaria humilitate consistit quaꝫ
dn̄s iesus ab vtero mr̄is vsqꝫ ad suppliciū crucis ꝓ omni
fortitudine. et elegit et docuit. hec leo. Ut ergo possis et
tu dyabolū et mundū vincere. conerisꝑ virib⁹ hūilitatis
ac pacientie virtutes exemplo xp̄i seruare. qꝛ his munit⁹
poteris faciliter aduersarios et inimicos tā visibiles q̄ꝫ ī
uisibiles supare. ¶ Et magi inuēto puero. aperuerūt the
sauros suos. in quo moraliter informamur vt thesauros
nostros in via non pandamus. donec preteritis hosti
bus soli deo ex occultis cordiū offeram⁹. Et (obtulerūt)
singli puero iesu (aurum thus et mirrā) Traditio fuit an
tiquoꝝ vt nullus ad deū vel ad regē veniret vacu⁹ ꝛ sine
mūeribus. Arabes aūt auro et diuersis gn̄ibus aromatū
abundant et talia munera offerre ꝯsueuerunt. et iō magi
ista obtulerunt. Et licet morē sue gentis in donis offerē
dis sequerentur hoc tamē diuina inspiratiōe ē factuꝫ vt
aliqd mysteriū mūerib⁹ demōstrarēt ꝛ fidē suaꝫ mysticis
reb⁹ ꝯsiterent. tū s. trinitatis fidē ꝛ mysteriū reuelātes ꝛ
in xp̄o trinitatē adorātes. tū eū regē ꝛ dn̄m deū sed mor
talem significātes ꝛ xp̄i regiā ptātē ac diuinā maiestatē
et humanā mortalitatē venerātes. Hec enim tria magi
de xp̄o cognouerūt vt supra dixerūt. vbi est q̄ nat⁹ ē ec-
ce hūanitas rex iudeoꝝ ecce regia potestas venim⁹ ado
rare eū. ecce diuinitas. Significat enī in xp̄o regia ptās
per aurū. qđ regi soluit in tributū. nā auruꝫ ꝓpter sui no
bilitatē munus est regale. et iō ondit pueꝝ regē esse ꝛ se
illud decere. Signatur vero diuina maiestas ꝑ thus. qđ
deo offert in sacrificiū. et iō ostēdit pueꝝ eē deū. qđ eniꝫ
erat oblatio sacerdotalis. et puer ille erat sacerdos cui
nullus vnq̄ꝫ fuit eq̄lis. Signat quoqꝫ hūana mortalitas
ꝑ mirrā. q̄ condiri solent corpa mortuoꝝ ꝛ xp̄s rex ꝛ sa

Augustinus

cerdos voluit mori ꝑ salute oīm. Vñ aug⁹. Auruꝫ ergo
soluit q̄si regi magno thus immolat vt deo mirra prebe
tur tanq̄ꝫ ꝑ salute oīm morituro. Vnusquisqꝫ aūt eoꝝ pre
dicta tria obtulit. qꝛ vt dictū est mysterio congruit. Nul
lus enī vere xp̄ianus dr̄ q̄ nō xp̄m ꝛ deū ꝛ regē ꝛ passuꝫ
ꝯfiteatur. qđ illis tribus munerib⁹ significat. vñ remigi.

Remigius

Isti magi non singuli singula obtulerunt. sꝫ singuli tria.
et singuli cū suis muneribus regē deuꝫ et hoīeꝫ predica
uerunt hec remig. Hos oīs vere xp̄ianus imitat q̄ xp̄m
verū deuꝫ regē ꝛ passuꝫ ꝯfitet. Offeram⁹ ergo ei auꝝ vt
euꝫ oīm regē esse. ꝛ vbiqꝫ regnare credamus thus vt de
um verū ꝛ creatorē oīm esse ꝯfiteamur. mirrā vt sicilluꝫ
deuꝫ esse credamus. quē hoīem et mortalē ꝓpter nos fa
ctum esse nō dubitem⁹. Oīa cuī hec sancta fides veraci

Hylari⁹.

ter xp̄o offerre nō desinit dum vnū eundēqꝫ deuꝫ veruꝫ
vtrūqꝫ hoīeꝫ credit et vere ꝑ nobis mortuum veraciter
recognoscit. Habem⁹ itaqꝫ ꝭm hilariū in his non modi
cā sacramētoꝝ cognitionē. in hoīe mortis. in deo resur-
rectionis in rege iudicij. Et ego dn̄e iesu in extremo ve-
stigio seruoꝝ tuoꝝ. adoro te sedentē in gl'ia dei patris
vbiqꝫ regnantē. ꝛ offero tibi splendorē fidei. qua te cre-
do regē oīm seculoꝝ deum de deo et hoīem de virgine.
mortuū pro petīs nr̄is ꝭm bern. Obtulerūt auri preciuꝫ
ob paupratē ꝑ ad paupis mr̄is et filij sustentatiōnē thu-
ris ad ornamentū ob sordidā stabuli māsionē ꝛ ꝯtra lo-
ci fetorē. mirre vnguentū ob infantulis. vt assolet corpo
ris teneritudinē et debiliū membrorum pueri cōsolida

De apparitione domini

tionē. Quia ergo obtulimus xpo sua offerimus ei ⁊ nr̃a. Quia enī regē ⁊ deū ⁊ hoīez eū esse credimus sua ē nr̃a vero sunt q̄ nobis a deo donata sūt. Sūt eī in nobis tria munera deo placētia ⁊ hec offeram⁹. Primum ē gia nr̃a que notat̄ p aurū qz sicut auro nihil est nobilius vel preciosius aut pulcrius sic nihil nobili⁹ vel p̄ciosius aut pulcrius q̄ gia corā deo reputatur. Scđm ē corpus nostruz qđ per mirrā designat̄ mirra eī ē amara ⁊ corpus ē amaricādū per castigatōes ⁊ passiōes. Tertiū est cōuersatio scīa honesta in vtroqz .s. in corpore ⁊ aīa ⁊ hoc designat̄ in thure thus aūt nō redolet nisi in igne crcmetur. sic cōuersatio nr̃a non reddit odorem deo nisi crcmetur igne tribulatōis. Debemus etiā offerre xpo aurū dilectionis eo q̄ pro nr̃a salute subijt penā passionis ac thus deuote laudis per grāꝝ actōez ⁊ mirrā cōpassionis p mortis eius recordatōz hꝫ etiā ecclesia moraliter aurū ī p̄fecta sapientia ⁊ doctrina ac recta fide thus in deuota orōne vel bona cogitatione ac scā acbū deo redolentē cōuersatione mirrā in p̄nie amaritudine ⁊ carnis mortificatione ac bona operatōe aurū ergo offerūt doctores thus martires ⁊ cōfessores mirrā ī m penitētes peccatōres. Oīo enim oblatio in his tribus muneri b⁹ ꝯtinet̄. Talia ergo munera magi obtulerūt in quibus ⁊ fidei veritatē ⁊ totā ecclesiasticā disciplinā significauerūt. Scđm bernar. Aurum offerimus saluatori cū pro noīe ipsius ex integro derelinquimus substātiā huius mundi. Ju vero necesse est vt qui terrena cōtempsim⁹ flagrāti desiderio celestia requiramus. Sic enim offerimus thuris odoramentū quo nimiruz designātur orōnes sanctorū. Oportet etiam non soluz vt presens seculū cōtemnas sed ⁊ carnez ipsaz castigeo ac seruituti subijcias. Duas igitur alas habent orōnes cōtemptum mundi ⁊ afflictionez cordis nec dubium quin celo penetret et in conspectu dei sicut incēsuz dirigatur in qua cum auro et thure mirra quoqz ei offeratur. hec ber. Sic ergo magi xpm honorauerūt de substantia triplici .s. corporali qz prociderunt spūali qz adorauerūt temporali quia munera obtulerunt. Plus quippe non habet homo nisi corpus animā et tpalia. Bene aūt tres magi fuisse dicuntur. qz qui ad fidem veniunt. indiuiduam trinitatem confiteri debent siue quia qui deum adorant tres principales virtutes .s. fidem spem et caritatem debent habere siue qz qui deū videre desiderant cogitationem locutionem et operationē seu memoriam intellectum et voluntatem debent a malo obseruare. et in bonis occupare. Unde secūdum grego. Sancti viri bene reges vocantur. qz cunctis motibus carnis non consentiendo succumbere sed bene regendo preesse nouerunt. Et secundum Isido. Reges a recte regendo vocantur. et ideo recte faciēdo regis nomē tenet̄ peccādo amittitur. et hi venisse recedūt ab oriente p qđ intelligitur prosperitas humana que est triplex .s. diuitiarū delitiarū et honorū. Per stellā aūt q̄ magis apparuit. significari pōt virgo maria. que interpretatur maris stella. Hec aūt stella apparet magis seu regibus cōdescenden do sibi deuotis se his regētibus ⁊ eos per huius mundi mare turbulentū nauigantes dirigit ad portuz salutis qui est xps et ipsiz inuenientes venerantur munera ei offerētes .s. aurū caritatis ⁊ thus deuote orōnis ac mirra mortificatōis carnis. Eodē aūt die cū xps in iudea esset natus ortus eius magis in oriēte est nūciatus. Uidebāt nāqz stellā nouaz in qua puer apparebat. supra cui⁹ caput crux aurea splēdebat. audierūt vocē sibi dicentē ite in iudeā et inuenietis ibi natum nouum regem. Igitur in iudeā festinauerunt ⁊ audacter eā intrantes regi celi nato munera obtulerunt. Hi ergo tres magi p tres robustos p̄figurati fuerūt qui regi dauid aquam de cisterna bethleem attulerunt. Tres robusti exercitū inimicorum nō timentes sed viriliter castra ꝯtrāseuntes aquā hauserunt. sic tres magi potentiaz herodis nō formidātes sed audacter iudeam intrantes de nouo rege inter rogauerunt. Tres robusti perrexerunt bethleem pro aqua cisterne. quā hauserunt de cisterna terrestri tres magi venerūt bethleez pro aqua grē eterne quam susceperunt de pincerna celesti. Figurabat ergo illa bethleemitica cisterna q̄ in bethleem nasciturus erat celestis pincerna. qui propinaret aquā grē oīm sitienti. ⁊ daret aquā vite nō habenti ¶ Figura huius nostri regis ⁊ huius nouc oblationis premonstrata fuit in regno salomonis. Salomon residebat in throno de ebore candidissimo. qui vestitus erat auro purissimo. Uniuersi reges terre regem salomonem videre cupiebant et ei munera preciosissima apportabant. Sed et regina saba talia ⁊ tanta munera ei offerebat. quāta ⁊ qualia vbi ternaz visa nō erāt. Thronus vero salomonis ē btā virgo maria in quo residebat ihs xps vera sapiā hic thron⁹ factus est de ebore candido et auro puro. ebur propter suū candorē ⁊ frigiditatē designat virginalis mundicie castitatē sed ebur antiquū in ruborē vertit̄. sic longa castitas martiriū reputatur. Aurū qz in valore precellit omē metallū significat caritatē q̄ est mr̄ oīm virtutū maria ergo fit eburnea propter virginalē castitatē. ⁊ auro vestita propter perfectissimā caritatē ⁊ pulchre virginitati ꝯiungit̄ caritas qz sine caritate corā deo nihil reputatur virginitas. Thronus salomonis sup sex gradus erat exaltat⁹ ⁊ maria supercxcellit btōꝝ sex status .s. patriarchaꝝ pphetarū aplōꝝ martirū confessorū ⁊ virginū. Duodecim leunculi super sex gradus thronū exornabāt qz duodecim apli mariē tanq̄ regine celi ministrabāt vel qz duodecim patriarche progenitores marie erant. Summitas throni erat rotunda quia maria erat sine angulo sordium ⁊ tota munda. Due manus sedile hincinde tenebant qz pater et spūs a matre filij nunq̄ recedebāt ¶ Tandem magi reuerenter ac deuote pedes pueri deosculati sunt ⁊ adorato dn̄o omniqz obsequio peracto. ⁊ deuotōe cōpleta ac bñdictione accepta inclinantes se cū magno gaudio recesserunt qui cū de reditu deliberassent respōsuz acceperūt in somnis per diuinā reuelatōez ne ad herodē redirēt quia cognita veritate nō licz retro ire p hoc etiā admonemur q̄ cū malis hoībus societatē aliquā nō contrahamus. et cognitos errores vitemus vñ senec. Nō est leuitas a cognito errore discedere nō est turpe cū re mutare cōsiluz qz ergo intus in cōscīa querebāt qđ vellet diuina volūtas de reuersione ad herodē sicut eī moyses tacēs clamabat sic isti pio affectu interrogabāt qđ diuina volūtas iuberet iō dei meruerūt respōsionē. sinternum vel angeli ministerio factā. ⁊ descēdētes ad mare per nauez in q̄ transfretantes in thar .s. cilicie abierūt ⁊ sic per aliā viā in regionē suā redierūt. qz scđm hiero infidelitati iudeorū nō erant inde orū propter qđ factū herodes iratus postea naues thar sensū incēdit f̄m prophetiā dauid in spū vehementi conteres naues tharsis vñ criso. Intuere aūt magoꝝ fidem qualiter nō scādalizati sūt in seipsis dicētes. Si magnus est puer hic q̄ necessitas fuge ⁊ occulte recessiōis hoc enī est vere fidei nō q̄rere causas eoꝝ q̄ vere p̄cipiunt̄ sed suaderi solū ab eis hec criso. In hoc ergo forma datur credētibus vt deuoti ad deū veniēt et in oībus operibus suis quid iubeat attēdāt sue ad dyabolū redeāt sꝫ p xpm qui est via. veritas ⁊ vita ⁊ per semitas virtutū ad patriā reuertantur. Hic itaqz admonemur oēm salutē ⁊ spem in xpo locare. ⁊ abstinere priores vite abstinere ⁊ per aliud iter incedere vñ augu. Nō qua venimus via redeamus nec priores nr̄e ꝯuersationis vestigia repetamus via mutata est vñ gre. Magnū vero nobis aliqđ magi innuunt. qz in regionē suaz per viā aliā reuertitur regio q̄ppe nr̄a paradisus est ad quā ihesu cognito redire p viā qua venim⁹ prohibemus. A regione etenī nr̄a superbiendo ⁊ obediēdo visibilia sequēdo cibū vetitū gustādo discessimus sed ad eā necē est vt flēdo obediendo visibilia ꝯtemnendo atqz appetitū carnis refrenādo redeamus. Per aliā ergo viā in regionē nr̄az regredimur qm̄ q̄ a paradisi gaudijs per delectamētū discessimus ad hec per lamēta reuocamur

hec gre. Ad hoc etiā ſignificandū q̄ per aliā viā in regionē noſtrā redire debeamꝰ. Dñs papa in ꝓceſſionibus redit per aliā viā ab ea per quā eſt egreſſus. Magi vero reuerſi ſtudioſe plus q̄ prius deū colentes glorificauerūt et predicātes multos erudierūt. Pie aūt credi pōt q̄ dña paupertatis amatrix zelās fortiter pro paupertate ⁊ intelligens filij ſui voluntatē totū aurū īfra paucos dies pauperibꝰ erogauit. Vñ qñ īt̄rauit tēplū non habuit de quo agnū emeret quē offerret pro filio ſed emit turtures vel colūbas q̄ erat pauperū oblatio. Vides hec ꝓcoma paupertatis ī duobꝰ. Prio q2 hodie puer ieſus elemoſinam accepit vt paup ⁊ mat̄ ſua ſilr. Scdo q2 nō ſolū nō ꝓcurabat acq̄rere. ſʒ etiā q̄ dabant̄ nolebat retinere. Jncreſcebat deſideriū paupertatis. ſi aūt bñ attēdiſti ⁊ profūditas creuit hūilitatis. Sūt etiā q̄ ſe viles ⁊ abiectos ī aīo ſuo reputāt et in oculis ſuis nō extollunt̄ ſʒ ſic eſſe nolunt in oculis alioꝝ. Nō ſic puer ieſus dñs oīm. Etiā alijs ſuos defectꝰ et vilia patere voluit et nō puris et paucis ſed regibus et eoꝝ ſocijs quos ī comitatu ſuo adduxerāt et in tali caſu et tpe in quo multū timēdū erat. Nā cū illi venirent vt regē iudeoꝝ quē etiā deū eſſe credebāt īuenirēt. dubitare poterāt ne talibꝰ de ipo viſis reputātes ſe deluſos ſine fide et deuotiōe recederēt Sed nec propterea dimiſit hūilitatis amator dñs nobis exēplū ne ſub ſpecie alicuꝰ apparētis boni recedamꝰ ab hūilitate. ⁊ q̄ diſcamꝰ etiā in alioꝝ oculis viles et abiecti velle apparere Expeditis igit̄ magis ⁊ verſus patriā ſuā regreſſis: adhuc ſtat dña mūdi cū puero ſuo ieſu ⁊ nutricio eiꝰ ioſeph apud ꝑſepe in illo loceſſo patiēter ⁊ hūiliter vſqꝫ ad quadrageſimā diē. ac ſi q̄uis mulier alia de pplo ⁊ puer ieſus hō purꝰ eſſet et ipi legis obſeruatiōe īdigerent. Stabat igit̄ dña vigilās ⁊ attēta ſup dilecti filij ſui cuſtodia. O cū quāta ſollicitudine ⁊ diligentia ipm gubernabat. ne vel in minimo defectū haberet. Cū quāta etiā reuerentia cautela ⁊ pio timore ipm contrectabat quē ſuum deū et dñm eſſe ſciebat. Flexis q̄dem genibꝰ accipiebat ipm de cunis et reponebat in eis. Cū quanta etiā iocunditate cōfidētia et auctoritate maṫna ipm amplectabat̄ oſculabatur ſtringebat dulciter et in eo delectabat̄ quē ʒ filium ſuū eſſe cernebat et certiſſime ſciebat. Quā ſepe q̄ curioſe et prudenter tenella mēbra ipius faſcians componebat. ſicut enī fuit hūilima ſic fuit et prudentiſſima. vñ in ſingulis officijs ⁊ obſequijs ſedule miniſtrabat vigilanti et dormiētiq̄ nō ſolū infantulo ſʒ etiā grandeuo. O q̄liběter eū lactabat. vix fieri potuit q̄n magnam et alijs feminis inexpertā dulcedinē in talis filij lactatiōe ſentiret. Jpa virgo infantē hūc cōcepit ſine pudore peperit ſine dolore lactauit celeſti rore. virgo añ ptū in cōceptiōe virgo ī ptu in plis ēniſiōe et virgo poſt ptū in pueri dulciſſima lactatiōe vñ aug. Jpam virginē mr̄em dulciter alloq̄ēs ait. Lacta mat̄ xp̄m ⁊ dñm nr̄m ⁊ tuū. Lacta panē de celo venientē lacta eū qui talē fecit te vt ipe fieret in te tibi et munꝰ fecūditatis attulit cōceptus et donū virginitatis nō abſtulit natus. vñ anſ. Uerum dū hunc puulū inter manꝰ ſuas verſaret ad vbera ſua pēderet. atqꝫ ad quas pueri corpis leſiones puulorū more vagire cōſpiceret. q̄ppio precoꝛ affectu mouebat̄ piſſimꝰ animꝰ eius. quoue ſtudio ad occurrēdū cūctis q̄ incōmoda illi fore timebat parabat̄ caſtiſſimū corpus eiꝰ. Sed et de ſctō ſene ioſeph refert ber. q̄ puerū ieſū ſup genua ſua tenēs eidē frequēter arriſit. Stāte igit̄ añ ꝑſepe dña ſta ⁊ tu iuxta ꝑſepe cū ea ⁊ delectare cū puero ieſu q2 virtus exijt ab illo. Quelibet aīa fidelis ⁊ maxime religioſa deberet a die natiuitatis dñi vſqꝫ ad purificationē ſaltē ſemel ī die apud dictū ꝑſepe dñam viſitare puerū ieſum et matrē eiꝰ adorare de paupertate ⁊ afflictiōe. hūilitate ⁊ benignitate ipoꝝ affectuoſe meditari. vidiſti quō b. virgo in ſordēti ſtabulo patiēter multis diebꝰ cū puero ieſu et ioſeph ꝑſeuerabat. vnde nō deberet nobis graue eſſe nec magnū videri in monaſterio ⁊ ſecreto noſtro ꝑſiſtere. Cōſidera nunc quāta ſit ſolēnitas hodierna et letare in ea. q2 hodie apparere ceperūt fidei nr̄e initia. vñ leo papa. Agnoſcamꝰ ergo dilectiſſimi in magis adoratoribus xp̄i vocatiōis nr̄e fideiqꝫ primitias ⁊ exultantibus aīo btē ſpei initia celebremꝰ. honoret̄ a nobis ſacratiſſimus dies ī quo ſalutis nr̄e auctor apparuit et quē magi venerati ſunt ī cunabulis. nos oīpotentē adoremꝰ in celis. vt ſicut illi de theſauris ſuis myſticas dño mūeꝝ ſpecies obtulerūt ita et nos de cordibꝰ nr̄is q̄ deo ſūt digna promamꝰ. Sacrū eni p̄ntis feſti oportet ī nobis eſſe ꝑpetuū q̄d vtiqꝫ ſine fine celebrabit̄ ſi in oībus actibꝰ noſtris dñs ieſus xp̄s appareat hec leo. Vidiſti ergo q̄ mlta noua ī natuitate dñi cōcurrerūt q̄ eū nati ꝓbauerūt. vñ criſo. Oīa itaqꝫ noua ⁊ ſupra modū admiratiōis humane in dñi natiuitate cōcurrerūt. Angelus in tēplo zacharie loquit̄ futurū elizabeth filiū repromittit. non credēs angelo ſacerdos obmuteſcit Sterilis cōcipit virgo parit ioħes ī vtero mr̄is exultat. xp̄s dñs natꝰ ab angelo nunciat̄. ⁊ q̄ ſaluꝰ mūdi ſit paſtoribꝰ ꝑdicat̄. gaudent angeli. exultāt paſtores. magna in celo ⁊ in terra leticia huiꝰ admirāde natiuitatis exorit̄. Nouū ſignū ſtelle e de celo magis oſtendit̄ per q̄d dñs celi ac terre rex iudeorū noſcitur natus. hec Criſo.

Leo papa.

Criſoſtomꝰ.

Auguſti.

Anſelmꝰ

Oratio.

Jeſu bone q̄ de virgine natꝰ te ipm magis ſtella duce reuelaſti ⁊ eos per aliā viā in regionē ſuaʒ redire feciſti. illuminet ieſu miſericors lumē gratie tue tenebras cōſcientie mee. et per tuā letā apparitionem da michi plenā tui ⁊ mei cognitionē. vt intus te videā intus te inueniā ibiqꝫ mirrā cōpunctiōis iterne thꝰ orōnis deuote. aurū dilectiōis pietue maieſtati offeram et qui per viam tenebrarū et culpe receſſi a patria felicitatis ſuperne per viā veritatis et gratie adeam redeam te ducente. Amen.

De preſentatione dñi in templum. Ca.xij

Dueniēte aūt quadrageſima die q̄ñ ſcd̄m legē (impleti ſunt dies purgationis marie) exijt ipa de ſtabulo cū ioſeph et puero vt legē ipleret in qua nichil purgandum erat qꝫ ſine petō cōcepat. Jn circumciſione q̄dem purgabatur puer ab originali q̄d a parētibus contraxerat. Jn purgatiōe vero purgabat̄ mr̄ a petō. q2 in libidine cōceperat. ſʒ nichil hoꝝ in hoc puero vel in mr̄e erat. Et (tulerūt) puerū prius circūciſum de bethleē (in hierlm) vt ſʒ legē (ſiſterēt) .i. offerrēt ſeu offerēdo p̄ntarēt (eū dño) in tēplo (et vt darēt hoſtiā) .ſ. (par turturū aut duos pullos columbarū) pro eo. Ad euidentiā huiꝰ ſciendum q̄ de prolemata duplex erat ꝓceptū. Vnū generale q̄tum ad oēs vt ſcʒ cōpletis diebꝰ purgationis matris puer ad templū deferret̄ et pro eo hoſtia daret̄. Lex aūt purificationis erat q̄ mulier q̄ ſuſcepto ſemine peperiſſet maſculū imūda eſſet vij. diebꝰ ſeparata a cōſortio hoīm ⁊ ab ingreſſu tēpli et a tactu ſacroꝝ et die viij. circūcideretur infātulus et ipa quidē mūda efficeret̄ quo ad conſortiuʒ hoīm ſed adhuc xxxiij. diebus imūda eſſet quo ad ingreſſum tēpli et tactū ſacroꝝ. et his diebus nō licebat egredi domū ⁊c. Completis xxxiij. diebus cū vij. ꝓcedentibus extunc quadrageſima die mulier intrabat templuʒ et p̄ntabat natū puerū dño offerens ſacrificia pro ſe ⁊ ꝓ puero. Si aūt feminā peperiſſet duplicabant̄ dies q̄ ad cōſortia hoīm et quo ad templi ingreſſum Aliud erat ꝓceptū ſpeciale de primogenitis tam in hoībus q̄ in iumētis vt ſancta dño fierent q2 dño cōſecrata erāt. Ex eo tpe quo primogenita egiptioꝝ dñs interfecit filios iſrael ſaluās. oīa primogenita filiorūʒ iſrael ſibi vendicauit. ſibiqꝫ offerri ꝓcepit Sicut enim voluit ſibi offerri primitias fructuū ita et primogenita hoīm et aliorum aīaliuʒ mundorū. Sed q̄re hoc niſi vt oīa prima ⁊ maxime oīa

Luce ſcdo.

meliora et cariora dño offeramus. Quia ergo xps ex mu-
liere natus et primogenitus sub lege fieri voluit. Hec duo
premissa circa eũ obseruata fuerunt. Non suffecit mgro
hũilitatis perfecte cũ per oia patri coequalis esset: se sub
dere hũili virgini nisi et subderet se legi. Hoc aũt pluribus
de causis fecit. Primo vt veterem legẽ approbaret. Se
cũdo vt eã seruãdo in semetipsam consummaret et termi
naret. oñdens ex hoc qꝛ ad ipsam ordinata erat. Tertio
vt iudeis calũniandi occasionez subtraheret. Quarto vt
hoĩes a seruitute legis liberaret. Quinto vt exemplum
hũilitatis et obie nobis daret. Quãuis etiã b. virgo ad le
gem mulier ũ nõ teneretur nec purificari indigeret. qꝛ nõ
concepit suscepto semine. sed spũssancti mystico spirami
ne voluit tñ subdi purificationi propter plures ratiões.
Prima vt se in hoc alijs mulieribus conformaret sicut et

Bernardus

filius p oia fratribus assimilari voluit vñ ber. Vere b. vir
go nõ habes cãm nec tibi opus est purificatiõe. Sed nũ
quid filio tuo opus erat circumsione. Esto inter mulieres
tanq̃ vna illarũ. nã et filius tuus sic est in medio puerorũ

Beda.

Seda scdm bedaz. Sicut xps sic et be. virgo legi est spon
te subiecta vt nos a legis vinculo solueremur. Tertia vt
occasionem scandali vitaret. nondum enim erat notum
ipsam sine semine peperisse. Unde si non obseruasset di
eo purificationis sue fuisset iudeis occasio scãdali et mur
murationis contra ipsam. Quarta vt legem purificatio
nis terminaret adueniẽte. s. xpo qui est nostra purificatio
p fidẽ nos purificat. Quĩta vt nobis exm̃ hũilitatis da-
ret. Nã hũiliauit se etiã in his ad q̃ tenebatur vt humilita
tez doceret. vt enim mr̃ doctoris oĩm et ipsa doctrix exi-
steret cũ nõ posset propter sexũ publice docere verbo sõ
voluit docere exẽplo. Maria igitur licet purificatõe non
indigeret purificationez tñ peragere voluit qꝛ oĩa que le
gis erãt diligentissime obseruabat. et ideo ipsa est per ar-
chã testamẽti prefigurata. in qua iclusa erãt legis mãdata.
Ibi et erãt due tabule in qb' x. p̃cepta scripta erãt q̃ ma
ria diligẽter obseruabat. Archa et librũ legis continebat
et maria libros sacre scripture libenter legebat. In archa
erat virga aaron que floruit. et maria floruit et benedictuz
fructum ventris sui protulit. Archa etiam vrnaz auream
cum mãna celi cõtinebat et maria verum manna celi no-
bis offerebat. Archa de ligno cethim imputribili erat fa
cta et maria in putredinẽ vel in puluerez non est redacta
Archa iiij. circulos aureos in lateribus habebat et maria
quattuor virtutes cardinales que diuiduũ virtutũ radices
et initia sunt in se gerebat. Archa habebat duos vectes.
quib' portabatur per q̃s duplex caritas in maria designa
batur. Archa tam intrinsecus q̃z foris deaurata erat. ma
ria intus et foris virtutib' resplẽdebat. Quapropter ipsa
etiam pulcre figurata est in cãdelabro aureo qḋ lucebat
hierosolimis in domini tẽplo supra qḋ. vij. lampades ar
dentes stabãt que vij. opera mĩe in maria figurabãt q̃ re
gina mie et mr̃ pietatis erat. Hoc cãdelabrũ et eius can-
delã honoramus qñ in festo purificatõis accensas cãde
las baiulam' maria enim cãdelã dño in sua purificatõe
offerebat qñ simeon lumẽ ad reuelatõz gentiũ cõcinebat
Xps marie filius est cãdela accensa propter tria q̃ inue-
niũtur in ea. s. lignẽ ignis et cera. et in xpo sunt tria. s. caro
aĩa et deitas vera. Hec cãdela pro hũano genere dño est
oblata per quã nox tenebrarũ nrarũ est illuminata obla
tio huius btĩssime cãdele p̃figurata fuit in puero samu-
ele. Anne sterili cõtra morẽ nature de' filiũ dedit et ma-
rie virgini supra cursum nature filium inspirauit. Anna
obtulit filiũ qui iudeos erat propugnaturus maria ob-
tulit filiũ q̃ mũdũ erat protecturus. Fili' anne post ea a
iudeis ẽ refutatus filius marie ẽ ab eis turpissima morte
cõdẽnat'. Hoc ẽ qḋ simeon marie prophãdo predice-
bat qꝛ filij ipsius gladi' aĩam suã ptrãsire debebat. Ibãt
igr̃ parẽtes ihesu i hierlm vt legis mãdata pficerent et q̃z
nis timerẽt herodẽ tñ nõ sunt ausi trãsgredi legẽ quin ad
templuz pueũ deferrent. Et forte adhuc oĩa quieta erãt
adhuc herodes magos expectans nondum sui cordis
malitiã reuelauerat. Dñs itaqꝫ ihesus xps cum matre in
his et alijs legẽ obseruans oñdit cũ quanta sollicitudine
et vigilantia debem' obseruare euãgelij precepta quan
do ipse precepta legalia q̃ p seruũ dederat cũ tãta obser-
uauit diligẽtia. Adduxerũt ergo dñm tẽpli ad tẽplum vt
facerẽt scdm ꝯsuetudinẽ legis pro eo. Cũqꝫ intrassent tẽ
plũ emerunt duos turtures aut duos pullos columba-
rũ. vt pro eo offerrẽt sicut p paupib' erat cõsuetũ. Et qꝛ
pauperrimi erãt credẽdũ est magis qꝛ de pullis colũbarũ
emerũt qꝛ facilius et pro miori p̃cio inueniunt. et lõ i lege
vltimo loco ponuntur. Et tacet euãgelista de agno qꝛ erat
diuitũ oblatio. Unde qꝛ tã pauperes parẽtes dñs elegit
qui nõ haberẽt agnũ quẽ pro eo offerrẽt sꝫ tñ par turturũ
aut duos pullos colũbarũ q̃ erat oblatio pauperũ. In le
ge enĩz dñs preceperat vt dic qua parẽs infantẽ in tẽplo
presentaret p sua et sobolis purificatõe agnũ anniculũ im
maculatũ in olocaustũ ac etiã turturẽ siue pullũ colum-
be pro pctõ. qꝛ in libidine ꝯceperat offerret. Qui vero nõ
sufficiebãt ad offerẽdũ agnũ duos turtures offerrẽt vel
duos pullos colũbarũ. vnũ loco agni in olocaustũ qḋ to-
tũ incensum dr̃ qꝛ totũ incendebatur. et alterum pro pec-
cato qui cedebat in partẽ sacerdotis q̃ orabat pro mulie
re. et sic mũdabatur. Hanc ostiã et oblatõem pauperũ vo
luit dñs pro se dari. et cũ diues esset p nobis paup digna
tus est fieri. vt nos sua paupertate ditaret et diuitiarum
suarũ donaret esse p̃ncipes et nos faceret hic in fide diui-
tes et in celo regni heredes. Sicut enim mortalitatem no
strã assumpsit vt p eã nobis immortalitatez cõferret sic
paupertatẽ nr̃am voluit assumere vt p eã nobis eternas
diuitias tribueret. Imitemur ergo nos dñm nr̃m et spon
taneã paupertatẽ amemus. vt hñtes victũ et vestitũ his
cõtenti simus. Cur aũt pulli colũbarũ et nõ simpliciter co
lũbe sicut turtures in sacrificio dñi permittebantur offerri.
declarat ber dicẽs. Et lꝫ al's quidẽ per colũba sps̃sctũs

Bernar.

soleat designari. qꝛ tñ libidinosa auis est nõ decuit affer-
ri eam in sacrificio dñi nisi ea sane etate que nesciret libi
dinẽ ac turturis nõ designat etas qñ agnoscitur castitas
in quacũqꝫ etate demqꝫ ꝯpare vno ꝯtẽta est quo amisso
alterũ nõ admittit. uniuersitatẽ in hoĩb' nuptiarũ redar
guẽs. Cernere ẽ turturẽ tpe sue viduitatis sctẽ viduita-
tis opus strẽnue ac ifatigabilit' exeq̃ntẽ videas vbiqꝫ sin
gularẽ vbiqꝫ gemẽtẽ audias nec vnq̃z in viridi ramo resi
dentẽ prospicias et tu ab eo discas voluptatum viretta
virulẽta vitare Adde q' in iugis mõtiũ et in summitatib'
arborũ frequentior illi cõuersatio ẽ vt qḋ vel maxime pro
positum pudicitie decet doceat nos terrena despicere et
amare celestia hec ber (Et ecce simeõ) inter sacerdotes:
famosus et noiatus q̃ (iustus) erat in oĩ opatõe boni (et tio
rat') in cautela mali. vel (iustus) recte se hñdo ad p̃xĩz (et
timoratus) q̃ ad deũ qꝛ difficile iusticia sine casto et filia-
li timore dñi custodit timor eniz dñi iusticie et ceterarũ vir
tutũ custos est. qꝛ quãto iustus ardẽti' deũ diligit tanto
solerti' offendere cauet. Illorũ enim opatio comitatur iu
sticia quorũ mẽtes timor dei illuminat. testante ps q̃ ait.
Btũs vir qui timet dñm et c. Et salomone q̃ dicit Qui ti-
met deũ nichil negligit. Et bñ iustus erat et ad proximuz
se recte habebat. qꝛ nõ suã solũmõ sed et totius ppl̃i salutẽ
q̃rebat (expectãs ꝯsolatõez israel) in desiderio et spe boni
promissi quo ad fidei et spei rectitudinẽ quã hẽbat. Mi-
nores quidẽ expectabãt ꝯsolatõez tpalẽ per p̃missũ sa-
lutis auctorẽ. vt q̃ ab herode pressi fuerãt. i aduentu sal-
uatoris liberati cõsolatõez acciperẽt. Maiores vero vt
simeon et hmõi etiã sp̃ialẽ cõsolatõez et redẽptõez a dia-
bolo expectabãt. Cõsolatio q̃ppe israel i. videntis deum.
dñi aduẽtus in carne fuit sctĩ eniz p̃res quos met' origi
nalis pctĩ ꝯtristabat per dñi icarnatõz cõsolari credebãt
Hãc ꝯsolatõz simeon q̃ obediẽs interpretat': expectabat
quẽ matura etas de mũdo exire ꝯpellebat. tñ propter de
siderium videndi dñm in carne manebat (Et spũssctũs)

et sanctificator ex pñtia summi boni (erat in eo) qñtũ ad
gratie plenitudinẽ quã possidebat. qr nõ solum habuit
gratiã iustificantẽ prout cõîter dr̃ a iustis sʒ etiã qñtũ ad
illuminatiões ⁊ ꝯsolatiões diuinas spãles. Dicitur⁹ euan-
gelista de symeone qr spũsſctũs erat in eo ꝑmisit ꝙ erat
iustus et timorat⁹ qm illoꝝ corda de⁹ inhabitat q̃ timen
teo deũ iusticiã seruãt. vñ ipse ꝑ prophetã dicit. Super
quẽ requiescet spũs me⁹ nisi sup hũilẽ et quietũ ⁊ tremẽ
tem ſmoẽs meos. et ab ipo (spũsctõ) q̃ per inhabitatẽm
gratiã in eo erat (rñsum) in orõnib⁹ suis deuotis (accepe
rat) inuisibiliter ĩ mẽte ꝑ occultã ĩspirationem. et ĩtellexit
de xpĩ aduẽtu ꝙ xpm quẽ videbat oculis mẽtis videret
oculis corporis añq̃ꝫ pñtẽ finiret vitã. ex q̃ pꝫ ꝙ pro hoc
pu⁹ orauerat. qr hoc sperabat ⁊ ꝯsolationẽ israel expecta
bat. tũc enĩ erat opĩo cõis apud ĩtelligẽtes ꝙ ĩminebat
aduẽt⁹ xpĩ ſm signa a patriarchis ⁊ ꝓphis data. et iõ sy-
meon de hoc feruẽti⁹ deũ orabat (et in spũ) i. ꝑ reuelatio
nẽ spũsscti ⁊ ipo spũsctõ q̃ in eo erat iubẽte (venit ĩ tem-
plũ) vt sicut rñsum ⁊ ꝓmissũ ab eodẽ spũ accepat xpz dñi
id est vnctũ a dño añq̃ꝫ moreret videret. O q̃to deside-
rio vidẽdi dñm senex iste brũssimus estuabat quẽ iã etas
de hoc sclo exire cogebat sʒ dei rñso renitebat. qr nõ erat
mortẽ visur⁹ .i. sensitur⁹ vel experturus (nisi prius videret
xpm dñi) messiã ꝓmissũ oculis corꝑalib⁹. hoc ei ergo desi-
derabat ĩ mẽte tractabat h̃ semp cogitabat dicẽs. Scio
qr veniet. scio qr videbo eũ. Sed qñ veniet qñ eũ videbo
Ueni dñe iesu solue michi hec vincula et me iã nunc ĩ pa
ce ire ꝑmitte. Dũ autẽ hec secũ diceret dũ hoc desiderio
estuaret dictũ est illi a spũsctõ Ecce adest quẽ expectas
quẽ q̃ris nunc eũ videbis. surge. ꝓpera. festina vade ad
tẽplũ Cũ aũt festinãter veniẽs tẽplũ intraret ⁊ eũ vide
ret statim eũ spũ ꝓphetico cognouit. Eadẽ q̃ppe spũs
gr̃a q̃ olim ꝑcognouerat vẽturũ etiã nũc venientẽ et iã
iãq̃ꝫ a se videndũ cognouit saluatorẽ. Et accelerãdo oc
currẽs genua flexit et eũ int̃ brachia adorauit mr̃is. bra
chiaq̃ꝫ sua extẽdit ⁊ pentib⁹ ait. Michi eũ date. michi de
bet̃ mei officij est. ad hoc missus sũ huic obseq̃o reserua-
tus sũ Mater vero ĩtelligẽs volũtatẽ filij porrexit eum
symeoni. Ille autẽ letus et exultans cũ maximo cordis
gaudio in vlnas suas et inter brachia eũ suscepit. O q̃
beate man⁹ que verbũ vite palpauerint. ⁊ vlne q̃ ipsum
amplexate sũt Et cũ puerũ in vlnas accepisset surrexit
et mox senectus fugit ac iuuenalis vigor ⁊ fortitudo af-
fuit. Magna hic dñi ptãs sed nõ minor eius claret hũili
tas. Qui celo terraq̃ꝫ nõ capit̃ grãdeui hoĩs vlnis gesta
tur. q̃ prius seipm ferre vix poterat nunc leuiter puerũ
ferens exultat. Ipse enĩ portabat a quo portabat̃ ⁊ q̃ ver
bo virtutis sue oĩa portat. Ille portabat xpm in hũani-
tate a quo portabat̃ ꝑ diuinitatẽ Elegãter igit̃ dictũ est
Senex puerũ portabat. puer autẽ senem regebat. Fere
bat senex xpm infantẽ qui illum regebat ĩ senectute de-
gentẽ. Felix q̃dem symeon iste q̃ nõ solum videre sʒ etiã
xpm in carne meruit portare. Felix nimiũ q̃ tantã cõso-
lationẽ meruit quã desiderauerãt patriarche ⁊ ꝓphete
et non acceperũt Et nõ dubiũ quin ex huiõi amplexu
iesu xpĩ multas cõsolationes recepit et singularia caris-
matũ grãrũ. Unde et dicit doctor grec⁹ ꝙ infantis ineffa-
bile iubar adeo illustrauit senem vt ꝓcessu tpis futura
mox sibi fierent nota. Nõ minus felices sunt q̃ nõ vide-
runt et crediderũt (Bñdixit) q̃q̃ꝫ ⁊ laudauit (deũ) grãs
agẽdo pro tãto bñficio ſ de impletiõe ꝓmissionis et de
exhibitiõe saluatiõis ac viso redẽptore aperit reuelatio
nẽ in secreto dyalogo sibi factã dicens. (Nunc dimittis
dñe seruũ tuũ in pace. qr viderũt oculi mei salutare tuũ)
⁊c. ꝑ totũ. Te inq̃t dñe bñdico ꝓmissio tua completa est
completũ est desideriũ meũ qr video xpm salutare tuuz
dñm meũ Jesus enĩ saluator siue salutaris interpretat̃.
Uiderunt q̃dem oculi carnis hoĩem sed oculi mẽtis co-
gnouerunt eũ esse deũ (Dimittis) ergo .i. dimittes v⁹ di-
mittas. vt intelligat̃ optatiue .i. vtinã dimittas iã nunc
et de certo (seruum tuũ) abire (in pace) et de hac vita trã
sire in cordis quiete quieturũ in sinũ abrahe. Quasi secu
re morior qr pñs est et in ꝓximo passurus quo redimat̃.
Sciebat q̃ beati oculi qui xpm essent visuri et iõ donec
illum videret nolebat morte dissolui. Mox aũt vt vidit
optabat solui a corpore et in sinu abrahe pacem habere
Letãter enĩ descẽdere volebat ad limbũ patruz ex quo
sciebat saluatorẽ natum. Sed quõ in pace dimittit̃ cum
oẽs tunc sterneret lectũ suum in tenebris. In pace inq̃t
quietis nõ in pace fruitiõis dei. Ecce symeon ꝑfectus sic
it habẽs vitã in patiẽtia et mortẽ in desiderio. Adeo er-
go in q̃busdã ꝑfecti fuerũt pr̃es veteris testamẽti vt no
ui ſm bedã. Qui vult tenere iesum manib⁹ et amplexari

Beda

et in pace dimitti omni labore nitatur vt habeat spiritũ
ducẽ veniatq̃ꝫ in hierl'm cõuersando ĩ celestibus. vesat
in templũ optãdo se exẽplo illoꝝ in q̃bus habitat deus
suspirãdo et vnã petendo vt inhabitet sẽp in domo dñi
expectat dñm et aduentũ eius. Sic enĩ ⁊ ipm verbũ dei
in manib⁹ accipe ⁊ fidei ac spei ⁊ caritatis brachijs mere
bitur amplecti. Tunc dimittet̃ vt nõ videat mortẽ eter-
nam qr vidit vitam. Multum enĩ felix mortem videbit
carnis quicũq̃ꝫ sic xpm dñm satagerit pri⁹ videre oculis
cordis. vñ bern. Dimittet̃ in pace q̃ xpm habet in pecto

Bernardus.

re. Ipse enĩ est pax nr̃a. Tu quo exibis aĩa misera q̃ ducẽ
itineris iesum ignoras. Moraliter symeon qui obediẽs

Moraliter.

interꝑtatur bonũ religiosũ significat. et hic manet ĩ hie-
rusalẽ q̃ interꝑtat̃ pacifica qr manet in pace interna fra
terna qui est iustus ad proximũ timorosus ad deũ expe
ctans cõsolationẽ israel .i. diuine visionis qr isrl' vidẽs
deum interꝑtat̃ et spũsctũs est in eo ꝑ sue grẽ bñficium
Et tali dat̃ iesus ad amplexandũ et sic cũ symeone de tã
to bñficio bñdicit dñm et desiderat exire de mũdo vt ei
detur ad ꝑfecte fruendũ ſm aplm desideriũ habens dis
solui et esse cum xpo. Moraliter etiã hic instruimur de
multis Primo ꝙ ꝑ virtuosa opa q̃ per brachia intelligũ
tur iesus apphendit̃. Scdõ ĩ hoc ꝙ senex ĩfantẽ suscepit
instruimur ꝙ deposita culpe vetustate debemus induce
re vite nouitatẽ. Tertio in hoc ꝙ xpc qui oĩa portat vo-
luit portari habemus exemplũ humilitatis. Quarto in
hoc ꝙ bñdixit deum instruimur ad agendũ gratias deo
de oĩbus bonis nr̃is. Possumus etiã dicere ꝙ in hoc cã
tico magnificatur xpc quo ad quattuor ſm quattuor no
mina q̃bus symeon xpm appellat Cõmendat̃ enĩ xpus
vt pax vt salus. vt lumen vt glĩa. Pax est qr mediator
salus qr redemptor lumen qr doctor. glĩa qr premiator
Et in hijs q̃ttuor cõsistit ꝑfecta xpĩ cõmẽdatio ĩmo toti-
us euangelice historie quedã breuissima cõprehẽsio. Ea
nãq̃ꝫ q̃ respiciunt eius incarnationẽ cõprehẽdunt̃ in pa
ce. ipe enĩ est pax nr̃a q̃ fecit vtraq̃ꝫ vnũ. qr vtrãq̃ꝫ natu-
ram in vno supposito vniuit duos ꝑplos in vnũ copu-
lauit dans pacẽ his q̃ longe ⁊ his q̃ prope deũ etiã hoĩ
recõciliauit. Ea vero q̃ respiciũt eius ꝑdicationẽ et sue
vite cõuersationẽ ac miraculoꝝ opationẽ cõprehẽdũtur
in luce vñ ipse dicit. ego sum lux mũdi Que aũt respiciũt
redemptionẽ ⁊ passionẽ cõprehẽdunt̃ in nomine salutis
Sed q̃ respiciũt resurrectionẽ ⁊ ascensionẽ ꝯphẽdũt in
glĩa. Et qr cãticũ istud sic cõtinet laudis xpĩ plenitudinẽ
et senis moriẽtis cõsolationẽ. iõ in sero et fine cantatur
in cõpletorio. (Et erat pater ei⁹) ſ putatiu⁹ i. ioseph q̃
meruit vocari pater xpĩ eo ꝙ fuit nutricius eius (et mat̃
eius) vera .s. maria (mirãtes) non dubitãdo sʒ assentiẽ-
do ⁊ cõgaudẽdo (sup his q̃ dicebãtur d̃ illo) s. iesu Mira
bat̃ virgo de his q̃ audierat ab angelo in annunciatiõe.
ab elizabeth in salutatiõe et iohãnis exultatione ⁊ a za-
charia in iohãnis natiuitate. Itẽ mirabatur ꝑ pater ioseph
de exultatione angeloꝝ nato xpõ ⁊ de cãtico nouo. Itẽ
de aduẽtu pastoꝝ et de reuerentia magorum. Item de
aduẽtu symeonis et laude eiusdem. Que omnia erant
mira et ammiratione digna vñ ambro. Non solum ab

Ambrosius.

angelis et ꝓphetis a pastoribus et gentibus sʒ etiã a se-

aioribus et iustis generatio domini accepit testimoniū.
Omnis etas ⁊ vterq₃ sexus euentorumq₃ miracula fidē
astruunt virgo generat. sterilis parit mutus loquitur eli
zabeth prophetat magnus adorat ytero clausus exultat
vidua cōfitetur iustus expectat. Et ex virtute pueri quē
gestabat in vlnis benedixit symeon marie et ioseph cum
affectu ⁊ gaudio ac deo grās referendo q̄muis enim ma-
ria ⁊ ioseph essent maiores in sanctitate ille tñ precelle-
bat q̄tuz ad sacerdotis officiū ad quem spectat benedi-
cere populū. Mos quippe erat in lege. q̄ q̄n parētes pre
sentabāt puer in tēplo. sacerdos bñdicebat illis ꝑ pentī-
bus et puero. Et ideo bñdixit symeon parentibus xp̄m
presētantibus. i. beatos eos dixit ⁊ bñdictos predicauit.
vel benedictionē a deo eis optauit. Huius autem bene-
dictionis formā nō habemus expssam s₃ pōt ista benedi
ctio intelligi laudationis et gratiarū actionis. sicut dici-
mus q̄ creatura benedicit creatori ipm cū grārū actione
laudādo. Bñdixit parētibus propter filiū sicut ecōuerso
plerūq₃ bñdicūtur filij pp̄ter parētes ⁊ nota q̄ in ioseph
p̄ris similitudo erat. q̄ nutritor eius ideo nō est cōi benedi
ctōe priuatus. Maria virgo q̄ vere ē ei⁹ mr̄ erat ⁊ de pue
ro magis ad eā ptinebat. io ad eā singulariter se vertit re
uelando et occultoꝝ presagia. Cognouit enī₃ illo docēte
quē gestabat in vlnis. diuinū illud non esse ex ioseph sed
ex virgine. iō ad eā dirigit sermonē. ⁊ nō solū benedixit.
sed etiā pphetādo futura predixit dicēs (Ecce posit⁹ est
hic) per aduentū suū a deo statutus ⁊ ordinatus (in rui
nā) i. superboꝝ se stare putantiū. de q̄bus ipse dicit si nō
venissē et locutus eis nō fuissem petm̄ nō haberēt (⁊ in
resurrectōe₃ multorū) i. hūiliū semē stare reputantiū qui
in eū credentes resurrexerūt a pctīs per eū. ꝑ dicit (in isrl')
q̄ multitudo ia veritate credentes fuerūt excecati et mul
ti prius simplices ignorātes illuminati (⁊ in signū) i. fede
ris ⁊ recōciliatōis inter deū ⁊ hoīem (cui ꝯtradicet) p̄rio

Origenes.

a iudeis. deinde a gētibus seu paganis postea ab hereti-
cis hoc nō credētib⁹. Ubi notandū scd̄m Orige. q̄ in oī-
bus que de xp̄o narrātur a fidelibus ꝯtradictōꝫ passus ē
falso ab incredulis de q̄bus ipse ꝯquerit in ps̄ dicēs. In
surrexerūt in me testes iniqui. ⁊ mētita est iniquitas sibi.
Potuit enī₃ xp̄s īpugnari sed nō expugnari. Sed ⁊ pra
ui xp̄iani ꝯtradicūt ei in morib⁹ ⁊ opibus etsi nō in fide ⁊
sermonibus qui cōfitentur se nosse deū. factis aūt negant
Uenit ergo saluator in ruinā nō credētiū ⁊ supboꝝ. ⁊ hoc
per occasionē ⁊ in resurrectōe₃ credētiū ⁊ hūiliū s₃ p cām
Nō solū aūt alijs in ruinā ⁊ alijs in resurrectōꝫ venit s₃ et
vni eidēq₃ hoī in ruinā pariter ⁊ resurrectōe₃ apparet in
ruinā s. vicioꝝ. ⁊ resurrectōe₃ virtutū. Nec fit resurrectio

Bernardus.

virtutū nisi precedat ruina viciorū vt ait ber. Nō pōt vir-
tus cū vicijs pariter crescere. ergo vt illa vigeat ista cre
scere nō sinat. Tolle superflua ⁊ salubria exsurgunt.
Uel notandū q̄ xp̄s destruxit regnū pcī ⁊ construxit re
gnū virtutū propter qd̄ dr̄ positus in ruinā ⁊ resurrectio
nem. Ruit enim superbia ex eius humilitate ruit auari-
cia ex eius paupertate. ruit luxuria in eius castitate ruit
inuidia in eius benignitate ruit gula in eius sobrietate. ru
it ira in eius patientia ruit accidia in eius labore ⁊ vigi-
lia. Et sic xp̄s construēdo regnum virtutū destruxit re-
gnum vicioꝝ ita q̄ eisdē venerit in ruinā et resurrectiōe₃

Crisostomus.

Nā scd̄m criso. cū superbus humilis efficitur lasciuus ca
stus auarus misericors ⁊ ita de alijs tunc in eadem per-
sona est ruina vicij ⁊ resurrectio virtutis. Et ad hoc a deo
positus fuit hic in mūdo tanq̄₃ signū ad sagittā vt quili
bet quasi pro libito iaculū mitteret in eū. Et pphetizās
symeon de xp̄i passiōe ait (Et tuā aīa₃ pertrāsibit) p cō-
passionē (gladius) i. passio seu dolor passiōis ipsius. Nō
enim absq₃ magno affectu materni doloris potuit vide
re crucifigi filiū et si speraret morte deuicturū ac resurre

Hieronimus.

cturū ⁊ post mortem victurū. Unde dicit hiero. q̄ q̄ in
parte impassibili passa est plus q̄₃ martir fuit. Dolores
quippe quos pariens effugit. hos tpe passionis xp̄i sustī

Anselmus.

nuit. vnde ansel. Nūc reposcit debitum atrox vis nature
qd̄ tibi detinuit olim pariture. penasq₃ fenore estimauit
vsine. que cōi martirib⁹ debebātur iure (vt reuelētur ex
multis cordibus cogitatōes) Xp̄i namq₃ passio multoꝝ
cordiū cogitatōes reuelauit. q̄ prophetarū dicta cogi-
tationes ⁊ occulta mysteria ibi reuelata sunt ⁊ cōsumma
ta. Et hoc quidē velum tēpli significauit qd̄ eo moriēte
scissū est vt sancta sctōꝝ oībus appareret. Uel multorū
cordiū i. bonoꝝ ⁊ maloꝝ cogitationes tūc reuelate sunt
q̄ xp̄o passo alij crediderunt. alij credere noluerunt. Et

Beda.

scd̄m beda₃ antea incertū erat qui in deorū eu₃ receptu-
ri erant. ⁊ qui non postea certum fuit. ¶ Mystice: vt dicit
beda. vsq₃ ad finē seculi gladius tribulatōis aīa₃ ecclesie
pertransit cū signo fidei ab impijs ⁊ reprobis cōtradicit
cum multos ruere videt eū reuelatio cordiū cogitationi
bus vbi bonū semē seminauerat. zizania germinare con
spicit. Et notandū q̄ ly vt nō tenetur hic causaliter nō ei
pp̄ter hoc pricipaliter pati voluit xp̄s vt reuelarētur hoīꝫ
cogitatōes. s₃ tenet hic cōsecutiue. q̄ hoc qd̄ est reuelare
cogitatiōes: secutū est ad passiōe₃ xp̄i. Sicut si dicerem
exiui ad cāpos vt caperer ab hostibus. capi ab hostibus
nō fuit de intentōe mea sed quoddam ꝯsecutiuū ad exi-
tu₃ meū. ⁊ ē iste modus loquēdi cū dr̄ sepe in euangelio.
Hoc factū est vt implerentur scripture. Hoc enim nō fu
it principalis intentio xp̄i q̄ talia fecit vel passus est vt
implerentur scripture sed postq̄₃ talia euenerūt ꝯsecuti-
ue scripture sunt īplete. Nō enim prophetia est cā euen-
tus rei sed ipsa res est cā prophetie. Aliter exponit orige.

Orige.

de reuelatōe occultoꝝ pctōꝝ in cōfessione vt reuelentur
cogitatōes male p cōfessionē. que prius occultabātur q̄
per effectū passiōis in sacramēto pnīe operātis sanātur.
Et ipsa eadē hora qua s. symeon loquebat de xp̄o tenēs
eū in vlnis superuenit ⁊ anna prophetissa nō a casu vel
ex dispositione humana. sed spūssancti reuelatione. sicut
dictū est de symeone ⁊ adorās eū (ꝯfitebatur dn̄o) cōfessio
ne laudis ⁊ gratiarū actionis laudās deum de tantis be
neficijs adimpletis ⁊ in incarnatione ⁊ natiuitate exhi-
bitis perhibensq₃ testimoniū de filio instruēs populū (lo
quebatur de illo oībus qui expectabāt redēptionē) hieru
salē ⁊ (israel) annūciās eis natū esse redēptorē ⁊ hūani ge
neris saluatorē et q̄ ille diu desideratus esset qui eos re-
dimere ⁊ liberare deberet. Oībus fidelib⁹ qui iugo hero
dis alienigene grauati liberatōe₃ ciuitatis ⁊ ppli ac etiā
spūalē expectabāt per aduentū xp̄i in proximo fieri re-
demptōe₃ a tyrannide herodis ⁊ demonis promittebat
Hec mulier venerabilis cuius nobilitas extollitur conti
nentia laudatur etas cōmendat religio predicat ydonea
⁊ digna valde erat q̄ dei filio incarnato testimoniū perhi
beret. Unū ⁊ prophetissa describit vt eius testimoniū au-

Orige.

tentizet. q̄ prophetie inspiratio vel reuelatio diuina esse
perhibet vt ori. Iuste scā mulier spū prophetādi meru
it q̄ longa castitate lōgis etiā ieiunijs ad hoc culmē asce
derat. Quia ergo oēm sexū ⁊ oēm etatē gradū et omne₃
professionē dn̄s redimere venerat dignū erat vt oēs in
eius natiuitate testimoniū perhiberēt. Sūt enim tria ge
nera in vtroq₃ sexu cōmēdata puta de virginibus s. ma
ria ⁊ xp̄s ac de viduis. s. anna ⁊ symeon. cuius etas cōpa-
ratur anne. Et etiā tertiā gen⁹ s. de coniugatis s. elyza-
beth ⁊ zacharias. Nullus ergo gradus xp̄ianoꝝ fideliu₃
preterimissus de quo nō haberet testimoniū saluus omniū

Anselmus.

Et aūt dicit ans. Oblatus ē in templo ⁊ a sancta vidua
susceptus vt fideles suos donū dei frequētare ⁊ vt eū me
reant suscipere studio sanctitatis intendere moneret A
symeone sene susceptus atq₃ laudatus est vt vite grauī-
tatem ⁊ morum maturitatem se diligere patefaceret. Ex
ulta ergo ⁊ tu cū illo sene symeone ⁊ anna longeua proce
de in occursū matris ⁊ paruuli vincat verecūdiā amor.
timorem expellat affectus accipias ⁊ infantem in vlnas
de inferno. Moyses deum regis egypti cum corona con-
fregit: xps omnia ydola egypti et deos in nichilū rede-
git. Hanc ruinā ydolorū illa statua ptendebat quam rex
nabuchodonosor in somno videbat. De monte aūt sine
manibus quidā lapis est abscisus et in pedes illi⁹ statue
seu imaginis et ydoli est illisus. Contriuitqz eā et i pul-
uerē redegit et postea idē lapis in montē magnū excre-
uit. Lapis iste significat xpm qui abscisus est de monte si
ne manibus qr natus est de maria sine tactibus marita-
libus. Lapis iste scz xps contriuit in egypto omnia ydo
la de quacūqz erant materia. Et confracta statua lapis
ille in montem magnū excreuit. qr destructa ydolatria fi
des xpi per totum mundū inoleuit. et xps creuit in mon
tem talem et tantū q summa immensitate repleuit tam
celum q mundū. Per transitū dñi in egyptū propter p
secutionē herodis significatus fuit transit⁹ apostolorum
ad gentes ppter psecutionē eis motam a iudeis. Per re
(Remigi.) ditū autē ei⁹ in iudeā defuncto herode significat illumi-
natio iudeorū in mundi finē. vūsm remigiū. Per ioseph
designātur predicatores per puerū fides et noticia salu-
toris per mariā ecclesia et sacra scriptura. per psecutionē
herodis persecutio facta a iudeis. per fugam ioseph in
egyptū transitus predicatorū ad gentes ad quas fidem
xpi et ecclesie tulerūt relicto herode id est iudeorū infide
litate. per tēpus autē quo fuit in egypto spaciū tēporis
ab ascensiōe dñi vsqz ad aduentū antixpi. per obitū he-
rodis extinctio inuidie in cordibus iudeorū in fine. Tūc
itaqz dñs in egypto ignorantie tenebras effugauit et ydo

lorum vanitate discussa dei veri cultum venerationēqz
reparauit. Ubi ignis fidei successus intantū excreuit q
etiā deserta eius repleuerit. Dñi enī presentiā postmo-
dum heremus egypti meruit vt paradiso melior et celo
clarior effecta videretur. Uñ cris. Deniqz si quis nunc ad (Crisostom⁹.)
egypti veniat solitudines paradiso prorsus omnē illam
videbat heremū dignitorem et innumerabiles angelorū
cetus in corporib⁹ fulgere mortalib⁹. Est enī cernere to
ta illa regione diffusum exercitū xpi et admirabilē illuz
regiū gregē virtutūqz celestiū conuersationē i terris mi
cantem. Non ita varijs astrorū chorus celum refulget. vt
egyptus innumeris monachorū distinguit atqz illustrat
habitaculis. Noctes quidem sacris hymnis et vigilijs.
dies vero oratiōibus manuūqz operib⁹ exercent aplice
cursum virtutis imitantes hec cris. Iuerūt ergo ad quā-
dam ciuitatē thebaide que vocatur heliopolis et ibi ali
quam domūculā conducentes habitauerūt per septem
annos tanqz aduene et peregrini pauperes et egeni. Sz
vñ et quō isti tanto tpe viuebāt nunqd mendicabāt Le-
gitur autē de dño q colo et acu querebat sibi et filio ne-
cessaria. Suebat ergo et filabat dña mundi pro precio pau
pertatis amore et zelo. O quot et quāte hmōi aduenis
fiebant iniurie quas dñs vitare non venit sed suscipere.
Quid etiā si aliqñ filius famē patiens panē petijt nec vñ
daret mater habuit. Nōne in his et similib⁹ totaliter con
cutiebantur viscera eius Consolabatur verbis filiū pro
ut poterat et nichilominus ope victū pcurabat et sibi for-
te aliqñ de victu subtrahebat vt filio reseruaret. Et si ex
ope manuū oportebat qrere victū qd dicem⁹ de vestimē
tis qd de vtensilib⁹ lectis et alijs infra domū oportu-
nis. Nunquid duplicia. nūquid supflua. nūquid curiosa
habebat. Hec cōtra paupertatē sunt et hec si habere possz
nollet ea paupertatis amatrix. Sed nunqd dña suendo vl'
alia opa faciēdo faciebat more quorundā opera curiosa
Absit. Est enī periculosū et valde magnū viciū propter
multa. de quo lati⁹ dicet infra Conspice nūc dñam in la
borib⁹ et operib⁹ suis filando suendo. texendo sollicitaz
quō facit ea fideliter atqz humiliter cū diligētia habendo.
et nichilominus sup filio suo et gubernatiōe dom⁹ curā di-
ligentissimā habēdo. vigilijsqz et orōnibus iuxta posse sē
per intendēdo et toto affectu cōpatere sibi. et cōsidera q
nō habuit oīno gratis regnū dei dña regni. Sz et ioseph
sctūs faber lignari⁹ aliqd operat in arte lignaminis. Uñ
qr cōpassionis occurrit materia tandē cū aliquā morā
cū eis cōtraxeris pete recedendi licentiā. et bñdictione
accepta primo a puero iesu. deinde a matre postea a io-
seph genib⁹ flexis et cū lacrimis et cōpassione magna va
le facias eis qr tanqz exules a patria sine aliqua cā et ex-
bāniti remanēt ad peregrinandū ibidē per annos vij. in
sudore vultus sui victum.

Oratio.

Domine iesu xpe q adhuc infans persecutiōes et
exilia pati et īfantes tunc pro te occidi voluisti.
da michi misero hec oīa ac etiā mortē si oportet
pro te patiēter tolerare. cūctaqz psp era mūdi despicere.
et nulla eius aduersa formidare. Et vos o sanctissimi in
nocētes flores et primitie martyrū q per īnocētiā et mar
tyrij palmā dei filio infanti adhesistis dignemini de ple
nitudine grē et innocētie vestre infirmitati et miserie pec
catorum eorū veniā et gratiā ab eodē dei filio benignissi
mo obtinere. Amen.

De reditu domini ex egypto. et initio penitentie io-
hannis bap. Correspondet euangelio. Defuncto hero-
de. Capitulum. xiiij.

Impletis aūt fere
septē annis qbus dña peregrinat⁹ est i egypto (Mathei. ij.)
et herode mortuo vocatus est dñs ex egypto
qr sicut dr in historijs tricesimo anno regni herodis na-
tus est xps. et xxxviij anno regni sui mortuus est hero-
des. Hoc aūt factū est vt cōsecutiue adimpleretur qd di

De reditu dn̄i de egypto.

etiā est a dn̄o per osee ,pphetam. Ex egypto vocaui filiū
meū scʒ consubstantialē. Hoc aūt de vocatione et exitu
israel de egypto ad litterā legit qui etiā quōq̄ʒ puer ⁊ fili⁹
a dn̄o appellat. Ista ergo auctoritas habet duplicē sen-
sum litteralē q̄r verificata est ad l̄ram de pp̄l's israel vo-
cato a dn̄o de egypto ,pfectus tū de dn̄o nr̄o iesu xp̄o q̄r
ipe est filius dei naturalis alij aūt sūt filij per adoptatio
nē. Primo ergo anno archelai senioris filij herodis et
anno dn̄i octauo (apparuit angelus dn̄i ioseph in som-
nis dicens ei. Tolle puerū et matrē ei⁹ et vade in terraʒ
israel) scʒ in iudeā (defuncti sunt enī q̄ querebant aīam
pueri) ī vitam corporalē scʒ herodes et cōplices eius ⁊
fautores in morte dn̄i scribe et pharisei. Quia s̄m iose-
phū Herodes precepit in morte sua plures de nobilib⁹
iudeoꝝ interfici vt sic cogeret iudeos qui eum oderant
flere in sua morte. Vel herodes mortuus est ad litteraʒ
Hieronim⁹.
alij quo ad potestatē. Ex hoc ergo loco s̄m hiero intel-
ligimus non solū herodē sed ⁊ sacerdotes ⁊ scribas eo-
dem tēpore necē dn̄i fuisse meditatos. Et aūt ait remi-
Remigius
gius. Per hoc q̄ angelus in somnis ioseph apparuisse
dicit mystice designat q̄ illi q̄ a curis terrenis ⁊ seculari-
bus negocijs requiescūt perfrui angelica visione merent.
Igitur ioseph (cōsurgens) tanq̄ ,pmptus obediēs (acce-
pit puerū) tanq̄ nutritor⁹ sollicitus (⁊ matrē eius) tanq̄
comes obsequiosus ⁊ cepit redire (in terrā israel) Vadunt
ergo et transeūt per desertū per q̄d venerant. Vade et tu cū
eis auxiliū et seruitiū exhibēs ⁊ impendens ipsis in qui-
bus poteris. Et in isto itinere poteris cōpati eis ⁊ respi-
cere ipsos fatigatos et labore deuictos ⁊ tā de die q̄ de
nocte parū quietis habētes. O q̄tum puer egregius ac
delicatus rex celi et terre pro nobis laborauit ⁊ q̄ntū ce-
perit. vn̄ et ,ppheta in eius psona p̄dixit. Paup sū ego et
in laborib⁹ a iuuētute mea. Penurias magnas. labores
arduos et afflictiones duras corpis cōstantissime assum
psit ⁊ seipm q̄si odio pro amore nr̄i se habuit. Certe sol⁹
hic labor de quo nūc tractam⁹ ad plenā redemptionem
nostrā sufficere debuisset. Dicit aūt q̄ppe sūt p̄dicti de-
sertū q̄ puer iohānes bap. pn̄iam agere ceperat cū tū nul
lū pctm̄ haberet. q̄r d̄r petisse desertū dū septē annorū
esset et q̄ locus iordanis vbi baptizauit ipe iohānes est
ille vbi transierūt filij israel q̄n venerūt de egypto p ipm
desertū prope quem locū in eodē deserto iohannes fecit
pn̄iam. Predicator pn̄ie futur⁹ cōtocius potuit aspera
solitudinis elegit et petijt vbi primeuā etatē transegit.
vt vincens in desertis vitam austerā duceret ⁊ ob amore
et illecebris mundi ⁊ se ⁊ auditores suos suspenderet fa
cilius et reuocaret et vt ibi cōtemplationi vacaret libe-
rius diuinā sapientiā hauriendo q̄nā postea effudit pre-
dicando. Bonū est igit cum exemplo ab adolescētia iu-
gum dn̄i portare ⁊ dū natura tenera est bonis se assuesce
re ⁊ in p̄dicando autores actu p̄cedere. Ex quo sumitur
argumentū q̄ anteq̄ q̄s pfect⁹ fuerit aliorum magisteriū ob-
tinere nō debet. Manebat iohānes in deserto vbi ē aer
purior celū apertius ⁊ familiarior de⁹. vt q̄r nondū ba-
ptismi et p̄dicationis tēpus aduenerat. orōnib⁹ vacaret.
et cū angelis cōuersaret ⁊ extra multorum maliciā nutrire
tur et neminē vereret arguere nichil sibi cōscius ⁊ esse fi
de dign⁹ qui xp̄m erat p̄dicatur⁹ et de ipo testificaturus.
Nemo enī pōt alterius testis esse idone⁹ nisi pri⁹ fuerit
suo. Fugit igitur turmas et tumultū populi ne ex coha
bitatione cōtraheret infamiā vel vita aliquā maculā scā
dali vel delicti. Qui si in mūdo mansisset forte malicia ⁊
cōuersatione hoim deprauat⁹ fuisset. Mundum itaq̄ fu
git vt sanctitatē suā custodiret ⁊ ne leui saltē verbo vel
Crisostom⁹.
pctō vitā macularet. Nam s̄m cris. Sicut impossibile est
arborē iuxta viā positā fruct⁹ vsq̄ ad maturitatē serua-
re sic hoīe in iuxta mundū positū vsq̄ in finē vite innocē
tiam custodire. Sunt autē quedā arbores que licet ī or-
to sint plantate ita q̄ ad stipitē trahi sentes non possunt
attingere. tū ramos suos per viam expandunt et idō mo-
lestantur a transeuntibus. sic est de religiosis in negocijs
secularibus se implicātibus. Excellens valde et mirabi
lis est puer iste iohannes. Ipe enim fuit primus heremi
ta ac principiū et via religiose viuere volentiū. De cui⁹
singulari cōuersatione Petrus rauennas ita scribit. Iu-
Petrus.
fra teneritudinē annorū beatus iste puer spiritu ducen
te ad heremum ductus est. Nec obstitit etatis infirmitas
quam maiestas dn̄i secundauit. Reliquit iohānes mūdi
holes fugit patriā nescit parētes aspernat et in solo⁹ di-
uinitatis aspicē btē contēplationis figit obtuitus. Mira
terum cōuersatio hoiem vix mundū ingressum. mundi
gloriā fugere et seculi cupiditates non solū obliuisci sed
et nescire ppetuū cum diuinitate stabilire cōsortiū. Re-
cessus montiū siluarū anfractus ⁊ vallium subteriacēs va
stitas puero pariter ebe domicilia cum nox cogerat pre
buerunt. Sic iohānes etatis suggressus infantiā et nobi
lioris generis generositatē oblitus soli vacat diuinitati
forma vite monachorum ,ppositū anachoritarū principiū
totius religiōis assertio. Vn̄ et cris. Sicut sacerdotū prī
Criso.
cipes sūt apl̄i sic monachoꝝ princeps iohēs bap. est. q̄
tū tradit hebreoꝝ scriptura et vsq̄ hodie in memoria ē.
Cōsiderate monachi dignitatem vr̄am iohēs princeps
vr̄e est dignitatis. Ipe monach⁹ stati vt nat⁹ est in here-
mo viuit ī heremo nutrit xp̄m expectat in solitudie nō
vult cū hoībus puersari ī heremo cū angelis ,pbat. Felix
ista cōuersatio despicere hoies angelos q̄rere vrbes de
serere et in solitudie xp̄m inuenire. Xp̄m nō q̄rebat in tem
plo sʒ in deserto. Separauit se a multitudie. Oculis expe-
ctantib⁹ xp̄m nil aliud dignum est aspicere nisi xp̄m. Feli
ces sunt q̄ imitant iohānē quo maior int natos mulierū
nō fuit. hec cris. Infelices ergo monachi sūt q̄ iohannem
principē suū nō sequētes solitudinē suā deserūt ⁊ ī vrbib⁹
cū hoib⁹ cōuersant q̄bus solitudo carcer est et oppidum
paradisus. Nō sicut hieronim⁹ sentiebat q̄ dicebat. Vi-
Hiero.
derint alij q̄d sentiāt vnusquisq̄ enī sensu suo ducit. michi
oppidū carcer est ⁊ solitudo paradisus hec hiero. Agno
scat ergo monach⁹ nomen suū monos enī grece vn⁹ lati
ne ⁊ achos grece tristis latine d̄r vn̄ monach⁹ quasi vn⁹ ⁊
tristis interpretat. Sedeat solus ⁊ tristis ⁊ officio suo va-
cet alienūq̄ officiū nō vsurpet. Qui tū si docere vult au
diat cōsiliū hugonis q̄ dicit. Vilitas habit⁹ tui ⁊ simpli
Hugo.
citas vultus ⁊ sanctitas cōuersatiōis sue docere debet
hoīes. Melius fugiēdo mūdū doces q̄ sequendo. Qui etiā
s̄m consiliū gregorij reuerentiā sui habitus in actu ⁊ co-
Grego.
gitatione in locutiōe semp circūspiciat vt ea q̄ mūdi sūt
perfecte deserat et q̄d ostēdit hūanis oculis habitu hoc
ante dei oculos morib⁹ ptendat. Nō ergo glorieris q̄ in
solitudine vel religione sis aut longo tpe fueris nisi ī ea
bene vixeris q̄r nichil tibi proderit immo magna damna
pateris si heremita vel religiosus vocaris et vitam non
agis. Vt enī ait hiero. Non hierosolymis fuisse sʒ hiero-
Hiero.
Augusti.
solymis bene vixisse laudandū est. Vnde augu ad frēs
heremitas. Non enim satis prodest q̄ tālē locum expeti
uimus si tales sumus quales in seculo esse poteram⁹. Nū
quid nobis habitatio huius heremi aliquid prodest quā-
do tyrannico dominatu malicia in nobis regnat. quādo
ira supequitat quādo maiorē nobis victoriā humanus
oculus q̄ diuinus iudicat. q̄ laudabiles heremite extra
mundū nos esse credimus et per diuersarū passionū vi-
cia mundū intra nos inclusum tenemus ita vt qui puta
bamus nos precibus nostris ⁊ celo ipi succurrere. pene
necesse sit vt videamur magis seculi intercessoribus indi
gere. Dubium quippe non est q̄ illa anima que cōcupi-
scentia voluptatū possessa efficit mundane cōuersatiōis
nō possit effici regnū diuinitatis. Ideoq̄ fratres videte
vocationē vr̄am. Venire q̄dē ad heremū summa pfectio ē
sed nō pfecte in heremo viuere summa dānatio est. Quid
eni pdest si loc⁹ corporaliter quietus teneatur ⁊ inquietu-
do in corde versetur. Quid imq̄ prodest si in habitatione si
lentiū in habitatoribus sit viciorū tumultuo et collucta

tio passionū. si exteriora nr̄a serenitas teneat ⁊ interiora tempestas. Non enī ideo ad locū istū venimus vt nobis mūdus famuletur. vt rebus oībus abūdantes oī quiete fruamur. nō vtiqȝ ad requiē nec ad securitatē sed ad pugnā huc venim⁹. ad agonē ꝓcessim⁹. ad exercēda cum vicijs bella ꝓperam⁹. vt lingue gladio retūdamur. vt non solum nō inferam⁹ iniurias sed nec statim sentiam⁹ illatas hec augu. Sed heu pauci hodie religiosi reperiūtur qui de bono in melius proficiūt et de virtute in virtutē ascendūt. Vñ bern. [Bern⁹.] Multo facili⁹ reperies multos seculares cōuerti ad bonū q̄ȝ vnū de religiosis trāsire ad melius. Rarissima auis in terris est q̄ de gradu quem in religione semel forte attigerit vel parū ascendit. Aut ascendas necesse est aut descēdas. si attēptas stare vt ruas necesse est. Et iterū minime ꝑ certo est bon⁹ q̄ melior esse nō vult. ⁊ vbi icipis nolle fieri melior ibi desinis esse bonus hec bern. Joseph aūt et maria cū puero iesu transeūtes iordanē venerūt in terrā israel ſm angeli iussionē. Non enī determinauerat angelus in quo loco terre israel. nec nominauerat aliquā ciuitatē determinate vt dubitātes ioseph iterū reuerteret̄. et ex reuersione angeli instructus eē de loco ioseph ex frequētiori visitatiōe angeli et locutione cū eo certior redderet̄ et magis cōsolaret̄. Q̄ȝ iesus ī patriā suā reuerteret̄ nos q̄ȝ in patriā nostrā festinare ammonet. (Audiens) vero ioseph (q̄ archelaus filius herodis senior regnaret ī iudea pro suo patre timuit illuc ire) pie archelao paterne crudelitatis herede. quia ille tanq̄ȝ principalis magis pro patre zelabat. et omnis impetus persecutionis in bethleem eiusqȝ finib⁹ desuieb at. Judea aliq̄ñ accipitur pro tota terra. xij. tribuū. vt ibi. notus in iudea deus. Aliq̄ñ pro sola terra trib⁹ iude. vt ibi. Judea et hierusalem nolite timere. Aliq̄ñ pro terra duarum tribuū. scilicet iude et beniamin vt hic dicitur. q̄ archelaus regnauit ī iudea. Diuisū ergo erat regnū etiā a pluribus regebatur. Ad cuius euidentiā est sciendū q̄ ſm opinionē magis probabilē herodes moriēs condidit testamentū in quo ordinauit archelaū filiū suū regni sui successorē ita tñ q̄ coronā sibi nō imponeret nisi per romanū imperatorē. Ad sumendū igit̄ dyademā romā venit. sed et fratres ei⁹ duo. s. herodes antipas ⁊ philippus q̄ cū ipso post mortē pr̄is supstites erant. qr alios tres filios. s. antipatrū suū p̄mogenitū ⁊ alexandrū ⁊ aristobolū pater ante mortē suā miserabiliter necauerat etiā romā venerūt et paterne hereditatis partē petierūt. Tandem imperator ⁊ senatus romanoꝝ volentes frangere iudeorū superbiā et auferre eis rebellandi occasionē abstulerunt eis regiū nomen et diuiserūt regnū in quattuor ꝑtes. s. tetrarchias quarū duas. s. iudeā ⁊ abilinā dederūt archelao filio seniori. tertiā vero scȝ galileā ⁊ regionem trāsfluentē dederūt herodi antipe. sub quo iohēs est decollat⁹ et dñs passus. ſȝ quartā. s. yturēā ⁊ traconitidē regionē dederūt philippo. cui⁹ vxorē abstulit ipse herodes antipas frater ei⁹. Et sic archelaus erat dyarcha sed alij duo fuerūt tetrarche. Adhuc aūt preter herodē ascalonitā et herodē antipā supradictos etiā tertius herodes dictus agrippa filius aristoboli filij herodis ascalonite fuit. q̄ iacobū fratrē iohis gladio occidit et petrū incarcerauit. Et q̄r archela⁹ fuerat a patre q̄tum in se erat in toto regno iudeoꝝ substitut⁹ ideo magis fauebat factis sui patris ꝓpter qḋ ioseph timuit ire in iudeam (et ammonitus in somnis) per angelū iuit cū puero et matre eius in galileā vbi dñabat̄ alius filius scȝ herodes q̄ portione sibi debita a patre quātū in se erat ante priuatus fuerat. ꝓpter qḋ ioseph ibidē cū puero securius mansit. que ⁊ ipsa terra israel erat. quia eam israel incolebat (Et veniens habitauit in ciuitate q̄ vocatur nazareth) vt ibi xp̄s nutriretur vbi fuerat conceptus licet in bethleē fuerat natus ibi enī securi⁹ habitare poterat q̄ȝ in hierl'm vel bethleem vbi archelaus manebat vñ cris. [Crisosto.] Venit igit̄ iesus in nazareth nō solū periculi timore verūetiā patrie amore cogente. scȝ vt securius ibi habitaret et gratius. Hoc autē factū est (vt adimpleret̄ qḋ dictū est per ꝓphetam qm̄ nazareus vocabit̄) ly vt tenet̄ consecutiue nō cāliter q̄a ꝓphia nō est causa euentus rei sed euentus est cā impletionis ꝓphetie. Nazare⁹ aūt xp̄s est nūcupat⁹. tam ex loci appellatiōe vbi cōceptus est et nutritus. q̄ȝ ex sacramento legis ſm quā nazare⁹ sctūs interꝑtatur et dñm oēs scripture sanctū dicūt et testant̄. Sicut ergo elegit locū in quo nasceret̄ sic et ciuitatē in qua coadolescens nutriret̄ cui⁹ nomen est indiuiso qḋ essentialiter ipse fons sanctitatis in sanctitate nutrit⁹. sctūs sanctorū quasi nazareus nazareoꝝ recte dr̄. Nazareth enī flos campi vel germē nouellū. vel sctītas interꝑtat̄. de cui⁹ radice germinis sctūs sctōꝝ .i. nazare⁹ ascēdisse legit̄. Vñ et ex hoc q̄ xp̄s dict⁹ est nazare⁹ discipuli eius et xp̄iani prius cōi noīe cōsueuerūt nazarei vocari sed postq̄ȝ pet⁹ anthiocenā sedē tenuit ex cōi cōsilio greco noīe a xp̄o xp̄iani dicti sunt. In nazareth ergo cōcipi et nutriri xp̄s voluit. et per hoc daret itelligi q̄ florida fuit ⁊ ei⁹ cōceptio q̄r sine originali et ei⁹ cōuersatio quia sine actuali. Vñ dicit ber. [Bernardus.] q̄ amat flor gerā patriā. flos de radice yesse. In hoc aūt q̄ dereliquit egyptū et venit ī galileā habitauitqȝ in nazareth. dat̄ nobis exemplū q̄ statū culpe debem⁹ deserere. et de vicijs ad virtutes trāsire in ꝑseuerātiaqȝ bonorum operū florere. vt sic ad patriā celestē valeamus ꝑuenire. Ecce reduxim⁹ puerū iesū de egypto. Eo reuerso sorores de ⁊ alijqȝ cōsanguinei ⁊ amici cōcurrūt et ad visitandū eos festināt. Ipsi aūt in nazareth remanēt ⁊ pauperem vitā ducūt. Vbi more solito ioseph opas fabriles locauit ⁊ maria filādo et suēdo et alīs ꝑut potuit laborauit. ac nichilominus circa filiū suū diligēs ⁊ sollicita fuit. Vt eī ait ansel. [Anselmus.] nec est aliq̄ scīa q̄ possit penetrare nec eloq̄ntia que possit p̄dicare q̄nta dulcedinis sedulitate paruulum fouerit. q̄nta diligentia obsequioqȝ adolescentē et in robur etatis puerxerit vadentē. Et vt ipamet cuidā deuote persone reuelauit. multotiens cū filiū suū gremio con foueret pre nimia deuotionis dulcedine caput suū capiti filij acclinās tantas lacrimas effudit vt caput et totam eius faciē lacrimis amoris rigaret et dicebat. O salus ⁊ gaudiū anime mee. Quis hec audiens vel mēte tractās se a lacrimis poterit cōtinere. Exinde vsqȝ ad. xij. an. pueri iesu nō legit̄ aliq̄d de ipso vel eius parentib⁹. Dicit̄ tñ et verisimile est q̄ in nazareth adhuc est fons paruus ad quem dña aliq̄ñ ibat ⁊ de quo puer iesus freq̄nter aquam hauriebat ⁊ m̄ri ministrabat vtpote q̄ subditus illi erat. Pro summis ergo delicijs interdū aquā tribuit sue matri qui dat escā oī carni. Vbi etiā herbas in agris collegit. de q̄bus mat̄ olera cōficeret. Faciebat huiōi seruitia m̄ri humilis dñs. nō enī hēbat aliū seruientē vel iuuantē in necessitatib⁹. In hūilitate se tēpestiue exercere cepit. de q̄ postmodū pre ceteris virtutib⁹ gloriādo dixit. Discite a me q̄r mitis sū et hūilis corde. Vñ ansel. [Anselmus.] Nichil vesanitatis estimes tibi accessurū si eū apud nazareth puerū int̄ pueros cōtempleris si obseq̄ntē matri si operanti nutricio assistentē intueris.

Oratio.

Jesu mitissime q̄ de virgine nat⁹ in partes egypti secessisti ⁊ ab egypto vocat⁹ in terrā israel redijsti reuoca me dñe seruū tuū a vultu oculorum tuorū in egypto hui⁹ exilij proiectū in hui⁹ peregrinationis tenebris exulatū ab egypti partib⁹ a mūdane cōuersationis tenebris reduc corpore. reduc mente. reduc et volūtate. fac me vicia deserere ⁊ ad virtutes trāsire. ⁊ in terrā ꝓmissionis me digneris introducere modo fide spe ⁊ caritate. in futuro vero re spe glorificatione et veritate. Amen.

De eo q̄ puer iesus remansit in hierusalem. et inuentus est in templo. Capitulum. xv.

Puer autē Jesus cre

De eo q̄ puer ihesus mansit in hierusalem

Luce secūdo

ficebat in augmento (et confortabatur) in vigore .s. quantum ad corpus: et ne quis imaginaretur ista cum creuisse secundum annum .s. sicut creuit secundum corpus: ideo subdit q̄ erat (plenus sapientia) .s. quantum ad animā (et grā dei erat in illo) scz quantum ad vtrūqz. Vn̄ sm̄ bedā Quia in xp̄o habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: adeo puer iste erat plenus sapiētia nec secūdū hoc indiguit augeri vel cōfortari: vtpote verbū dei et deus: sed inquantū fuit hō crat in eo grā Magna enim grā illi homini xp̄o donata est. vt ex quo hō fieri cepisset perfectus esset et deus. Et sm̄ eundē bedā Huic sīle est qd̄ scribit iohannes eū plenū grā et veritate eandē ipse diuinitatis excellentiam noīe veritatis quā lucas sapiētie noīe commendauit. Habuit quippe xp̄s plenitudinē omniū virtutū donorū spūsscti exceptis fide et spe: pro quibus habuit certā sciam et firmam tentionē q̄ ab instanti sue conceptionis habuit. Quomodo ergo xp̄s crescere et cōfortari vel tale aliquid agere dicitur: toīa ad corpus referūt. Nā scdm aīaz ab instanti oceptionis totaliter pfectus fuit sed hāc pfectionē non ondebat nisi prout conuenientia tpis exigebat. Vn̄ bern. vir erat iesus nondū natus sed sapientia non etate. aīme vigore nō corporis maturitate. ant gritate sensui non corpulentia membrorū. Nec enim minus habuit sciētie iesus cōceptus q̄ natus: paruus q̄ magnus. Siue ergo latens in vtero siue vagiens in presepio siue iam grandiusculus interrogans legis doctores in templo siue iam perfecte etatis docens in pplo: eque perfecte fuit plenus spūsancto. De his et huiōi habes etiam infra in fine huius capituli (Et ibant parentes eius) tanq̄ deuoti et religiosi legis obseruatores (per omnes annos) vt essent (in hierusalē in die solenni pasche) spara scene vt legem audirent sacrificijs participarent solennitati interessent et eius adhuc vmbre seruiebant cum iam veritatem tenebant. ¶ Vbi nota q̄ legales festiuitates iudeorum quedam erant communes et continue. quedam anniuersarie Communes et continue erāt due .s. sabbatum quo vacabant ab omni opere q̄ illo die deus requieuit ab omni opere creationis alia est neomenia in principio .s. noue lune ad laudez creatoris qui creauit omnia tpa. Anniuersarie vero festiuitates erant quinqz .s. festum pasche qd̄ celebratur decimaquarta luna mensis primi erat hec festiuitas in memoriam liberationis de egypto Secunda erat festiuitas penthecostes que celebratur quinquagesima die a pascha eo q̄ tunc data fuit lex iudeis in monte synai a deo. Tertia festiuitas erat tubarum et clangorum que erat prima die mensis septēbris tunc enim buccinabant cornibus pecorum in memoriam q̄ eadem die fuit ysaac liberatus ab immolatione patris pecore substituto pro eo. Quarta festiuitas erat propiciationis et celebratur decima die mensis septembris quia eadem die venit ad eos moyses referens dei iram placatam de offensa conflationis vituli quem adorabant. Quinta erat scenophegia scilicet festum tabernaculorum quod erat decimaquarta die septembris et tunc illis diebus habitabant in tabernaculis in memoriam q̄ patres eorū quadraginta annis in deserto fuerunt sub vmbraculis habitantes. Inter has quinqz festiuitates sole tres scilicet pasche: penthecostes et scenophegie erāt solenniores et protendebantur septē diebus In his tribus omne masculinū scdm preceptū legis ascēdebat in hierim vt appareret coram dn̄o qui tn̄ erant remoti ex rationabili causa de penthecoste et scenophegia se poterant excusare sed de pascha non nisi infirmitate cogente. Ista aūt lege mulieres non erant astricte: sed tamen plurime veniebāt ex deuotione. Vn̄ et beata virgo ascendebat singulis annis nolens puerum dimittere sine cura in terra q̄diu regnauit archelaus Quāuis ergo parentes timerent archelaum ibāt tn̄ in hierl'm ad diem festum q̄ poterat fieri. vt tunc inter tam ingentez turbaz latenter ascenderent mox reuersuri vt nec solēnitate pre

termissa essent irreligiosi nec longa mansione conspicui. (Et cum factus esset iesus annorum duodecim ascendit cum parentibus suis secūdum legis consuetudinem ad diē festū in ierl'm. Per hoc ondit q̄ a pueritia dn̄i homines assuescere ad diuina et ad idē facit q̄ alijs recedentibus ipse in loco diuini cultus remāsit Laborant ergo etiaz nunc puer ihesus in itineribus legis. et adsit vt honoret patrem suū celestē in festis suis obseruās humiliter legem dn̄s legis Quia enim dn̄s venit vt daret omnis pfectionis et humilitatis exemplū voluit legē q̄diu statum habuit conseruare. Vbi beda. Seruauit ipse legē quaz dedit vt nobis qui hoīes sumus puriori ondēret seruandum poīa q̄cq̄d deus iubet. Sequamur ergo iter humane puersationis eius si deitatis gloriam delectamur intueri. hec Beda. Nos itaqz serui ad exemplum dn̄i debemus magno studio bonorū operū et preuenire solennitates et celebrare ac sollicite diuina precepta obseruare. Vnde quidam frater tam magne deuotionis ad festa xp̄i et btē virginis et ad festū oīm sctōrū erat q̄ aū quodlibet festum ieiunijs orōnibus et castigationibus ad suscipiendū ipsum festum se preparabat et q̄diu aliqd̄ festum durauit tandiu circa illud meditationibus et orōnibus se occupauit Moraliter hic instruimur q̄ spēaliter in diebus festiuis quilibet xp̄ianus dz ire ad locū quē elegit dn̄s .i. ad ecclesiam nō ad theatrū vel tabernam dz vacare diuinis laudibus nō choreis et vanitatibus dz insistere elemosinis nō vsuris vel spolijs dz intendere bonis operibus nō cōmessationibus et ebrietatibus. Nam de his qui secus faciunt dicit dn̄s in ysa. Solennitates vestras et neomenias vestras odiuit aīa mea Postq̄ ergo ihs ad etatem xij annorū venit suā sapientiā manifestare cepit et aperire quid patri celesti ad terrenē n̄ri deberet Etas enī duodēnis tipus erat duodecim aplorū per quos diuinitas et humanitas eius erat per orbem annuncianda vniuersis Recte ergo in duodenario numero iubar perfectionis eius declarari incepit per quē quasi p duodecim radios et per duodecim aplos vniuersitas saluandorum significatur (Cōsummatis aūt dieb' festi et cōpleta solēnitate que per dies octo durabat recedētib' parētib' (remāsit puer in hierusalē) nō a casu nec parentū negligentia vel obliuione sed sua voluntate et ordinatiōe. vt a pueritia zelum suum ostenderet circa spiritualia. et sicut parentibus quod debebat exhibuerat ascendens cum eis tanq̄ homo cū hoībus ad offerenda deo sacrificia sic etiam patri debitum spūalis doctrine vacando exhiberet (Et nō cognouerunt parentes eius) sī nō aduerterunt q̄ in hierl'm remaneret (existimantes illum esse in comitatu) idest inter eos qui simul fuerant comitati. Secreto autem et eis ignorantib' remanere voluit ne aut eis obediendo recedens retraheretur a disputatione aut non obediendo remanendo videretur eos cōtēnere. Hinc habetur argumentum q̄ filius absqz cursus pfitia pater et mater vitam pūt trāsigere ipsis etiā nescientibus aut nolentib' pōt ad religionē et ad statū pfectiōis euolare seqz diuino cultui mācipare discretionis iudicio comite. Et impeditorib' ait dn̄s. Sinite puulos venire ad me talium ē enī regnū celorum. ¶ Sed queritur hic quō parentes eius obliuiscendo eum relinquere potuerūt quē tanta cura nutriuerūt Ad hoc dicendum q̄ mos erat filijs israel ad festa cōfluētib' vel inde propria redeuntibus vt seorsum viri et seorsum mulieres propter inūdiciā castitatis incederēt vt abinuicez continentes magis religiose scdm legis datōem festa celebrarent. et ne eorū mixta societate aliqd inhonestū contingerz pueri aūt cū quolibet parente indifferēter ire poterant Vn̄ ioseph videns puerū iesum non esse secuz putabat eum esse cū maria in comitatu mulierum et econuerso maria putabat eū esse cū ioseph in comitatu virorum. Sic ergo (venerunt iter vnius diei) a hierusalez sine puero cum hac existimatione q̄ esset in comitatu virorū vel mulierum. Et cū in sero venissent ad locum vbi hospita-

Beda

Bernardus.

Beda

Moralit.

ri debebant. videns dn̄a ipm̄ ioseph sine puero quem cū eo redisse credebat dolore vehementi concussa cū lacrimis per domos q̄z decenter poterat sero circuibat et de ipso puero q̄rebat. Joseph vero senex cū fletu eam seque batur et associabat. Vade et tu semp̄ cū eis et q̄re puerū iesum donec inuenias. Puero aūt a parentibus tūc nō inuento qualē quietē habere poterāt turpe cogita ⁊ maxime mater q̄ ipm̄ arti⁹ diligebat. Et licet a notis cōsortaret̄ tū cōsolari nō poterat. Quid enim erat perdere iesum. Cōspice bn̄ ipam et vehemēter ei cōpatere. quia in magna angustia est nūc anima sua. Nunq̄z ex quo nata est vsq̄z tūc fuit in tanta. Non ergo turbemur qn̄ tribulationes habem⁹ cū etiā matri sue nō pepercit dn̄s. Ad suos enī eas venire pmittit et per ipas signū sue dilectōis suis ondit. Tandē dn̄a in camerā se recludēs et ad orōnē et planctū se cōuertens per totā noctē illā angustiabat̄ super dilecto filio suo. Mane vero seq̄nti tēpestiue domū exeuntes eū etiā per circūstantia loca q̄rebāt. nā redit⁹ per plures vias patebat. Circueundo igitur eū in vtraq̄z comitiua reqrebāt ⁊ iterū et iterū q̄rebāt. maxie (inter cognatos ⁊ notos ⁊ amicos q̄ in vtroq̄z comitatu erant. Quo etiā tūc non inuento mater sine spe auxilebatur ⁊ cōsolari non poterat. Hec diligēter recogita q̄ntis vulnerib⁹ et cruciatib⁹ cor btē virginis tūc sautiatū fuerat q̄ suspiria q̄ lamenta. quas anxietates pertulerit cū quesitū filiū nō inuenit. Jā expiricepit qualis esset futurus dolor ei⁹ de quo pdixit ei symeon dicens. tuā ipsius aīam ptrāsibit gladius. Nesciebat virgo q̄d ageret. quia thesaurū sibi pie a deo cōmissum perdiderat. Cū lamentabiliter potuit dicere illud gen. Puer vero non cōparet et ego quo ibo. Cōsidera hic q̄ btā virgo de t̄ra sua expulsa ⁊ in egyptū fugata in tāta tribulatiōe posita filiū non perdidit sed postq̄z ad felicitates iuit ipm̄ amisit. p q̄d dat̄ intelligi q̄ iesus sepe i aduersitate custodit̄ ⁊ in psperitate perdit̄. Tertia vero die regressi sunt in hierlm a q̄ per vnā dietā recesserāt ⁊ eū ibidem reqrebāt. Puto q̄ cū labore multo itineris et lacrimis plurimis virgo iterato redijt hierl'm ⁊ appropriate potuit dicere illō Can. Quesiui quē diligit anima mea. q̄siui illū et non inueni. sc̄z inter cognatos ⁊ notos. Surgam ergo esido de loco ad locū et circuibo ciuitatem per vicos ⁊ plateas. ⁊ queram quem diligit aīa mea. Et post triduū amissionis ei⁹ in quo prefiguratū est triduū mortis ei⁹ in quo credebatur amissus quarto die mane (inuenerūt eū in templo)

Ambro.

vt sm̄ amb. daret iudiciū. q̄r post triduū triūphalis passionis resurgeret q̄ credebatur mortu⁹. et tūc cū gloria i mortalitatis est inuent⁹. Inuenerūt ergo eū in templo i loco vtiq̄z deuoto in loco dei sancto. Non inuenerūt eū in theatro aut foro vel ludo. sicut solent pueri inueniri. sed in loco deputato doctrine sacre et orationi. Fili⁹ libēter in domo pr̄is sui manet. Ille igit̄ qui libēter stat i ecclesia signū est q̄ sit fili⁹ dei q̄r stat in domo patris sui. ille vero q̄ libenter stat in taberna signū est q̄ fili⁹ sit dyaboli q̄r morat̄ in domo pr̄is sui. Inuenerūt inq̄z eū in tēplo non huc atq̄z illuc leuiter pit mos est pueris discurrentē sed tanq̄z sapie fontē (in medio doctor̄) vt melius omnes audire et cū eis conferre posset. Composite (sedentem) et tanq̄z exemplar humilitatis prt⁹ (audiētem illos et interrogantē) q̄z docentem. Ille doctores interrogat in templo q̄ angelos docet in celo. Ille doceri interrogādo voluit q̄ verbū scie ipis suis doctorib⁹ ministrauit. Interrogabat nō q̄r idigeret vel vt addisceret sed vt nobis addiscendi ⁊ zelandi scripturas sacras formaz daret et vt ea q̄ non intelligim⁹ interrogare non erubescam⁹ de quo tū erubescent multi superbi eligentes potius in errore permanere q̄z instrui. Ad exēplū quoq̄z humilitatis prius audire q̄z instruere volebat docēs q̄ hoīes docti pmptiores debēt esse ad audiendū q̄z ad docēdū q̄r qui prius respondet q̄z audiat stultum se esse demonstrat. Ad probandū etiam q̄ deus esset eosdē hoīes subtiliter interrogat ⁊ sapiēter respōdet. ita vt audientes i de stuperent. Vn̄ dr̄ (Stupebāt aūt) i. valde mirabātur (omnes q̄ eū audiebant sup̄ eius prudētia) interrogādo et opponendo et in respōsis soluendo q̄r al's inauditū fuerat q̄d puer talis etatis tam sapienter locutus esset. Stupor q̄ppe est vehemens amniratio rei oī no inconsuete. et sic fuit hic. Audiuit enī humiliter quesiuit prudenter et respōdit sapienter cū tū esset puer. Ipse interrogabat. ipe respōdebat. ipe suas ⁊ illor̄ questiōes soluebat morē agens peritissimi mgr̄i q̄ nūc interrogando nūc respōdendo discipulos instruit. Vn̄ sm̄ bedam. Ad ostendendū q̄ hō erat oēs magistros hūiliter audiebat et ad probandū q̄r de⁹ erat eisdē loq̄ntib⁹ sublimiter respondebat. Stupebant aūt videntes ei⁹ infantiā. et tū sic sublimia loq̄ntem videntes eū corpore et etate puū. sed interrogationib⁹ et respōsis magnū hoīem ⁊ nō deū considerātes. et inter alta q̄ audiunt et infirma q̄ vident dubia amniratione turbant̄. Nos aūt non cū senioribus iudeor̄ super prudentia et respōsis ei⁹ stupeamus. neq̄z miremur sed ipm̄ verū deū veruq̄z hominē esse credam⁹ a quo est oīs sapiētia et cū quo fuit semp̄ et est ante euū. sciētes sm̄ prophetiā q̄ sic paruulus nat⁹ est nobis q̄ pmanet deus fortis (Et) parentes ei⁹ (videntes) eū in tēplo in medio doctor̄ sedentem (amnirati sūt) valde ppter rei inexperientiā. q̄r nūq̄z fecerat rem talē vel similem. Mater aūt ei⁹ quasi reuiuiscens exhilarata deo gratias egit imensas. At puer iesus videns matrē venit ad eam. quē ipa suscipiens et dulciter osculās ac deinde respiciens in faciē ei⁹ decorā dixit ad illū (Fili q̄d fecisti nobis sic) Quasi diceret desiderātissime fili quare hoc fecisti vt nobis ignorātibus et nesciētib⁹ remaneres. Quid tam dilecte et tam diligēti matri tantam materiā doloris inferre potuisti. Peto fili hoc mihi indicari vt dolor me⁹ ex hac re concept⁹ valeat mitigari. quē virgo mater per triduū anxio dolore q̄sierat. post inuentionē inf̄ merorem et gaudiū posita pia correctione increpauit. Joseph aūt licet pater ei⁹ diceret̄ non fuit ausus illū arguere. cū firmiter crederet ipm̄ dei filiū esse sed mater ex maxima dilectione quam habebat ad filiū quem sic querebat sic arguebat illū. q̄r amor excellens nescit modū. Loquitur ergo ipa et non ioseph q̄r in ea fuit maior dolorus affectus. Unde grego. Maria maternis affecta visceribus quasi cū lamentis inquisitionē dolorosam ostendit et omnia sicut mater fiducialiter et hūiliter et affectuose exprimit dicens. Fili q̄d fecisti nobis sic. Vn̄ et ansel. Quid si duodēnē per triduū cū matre quesieris. O quāta copia fluent lacrime eū audieris matrem dulci quadā increpatione filiū verberantem et dicentē. Fili quid fecisti nobis sic. Vel posset dici q̄ non fuit increpatio sed pia de ei⁹ absentia conquestio. (Ecce pater tu⁹) sc̄z nutritius (et ego dolentes) sc̄z de amissione tua ⁊ absentia (querebam⁹ te) cui⁹ psentia est nobis dulcissima. In quo moraliter instruimur q̄ dolere debem⁹ cū iesum id est salutem eternā amittim⁹ q̄d per peccatū fit cū peccamus. Et tunc eū queram⁹ per triduū penitentie sc̄z per cōtritionē cū dolore. per confessionē cū pudore. p satisfactionem cū labore et reinueniem⁹ eū. Sed heu multi pl⁹ dolent de amissione rerū transitoriū q̄z de amissione eterne salutis sue et aliorū. Unde bern. Cadit asinus et est q̄ subleuet. perit anima et non est qui succurrat. Sacrata virgo patrem eius appellat ioseph tū propter iudeorū suspitionē. tū propter eius educationē tū propter genealogie explicationem. Et nota q̄ nunq̄z legimus ioseph dn̄o fuisse locutū sed hoc virgini dimittebat. q̄r ad ipam sicut ad verā matrē magis pertinebat. Querēdus est iesus socialiter cū maria et ioseph q̄d notat̄ cū dicit̄ pater tu⁹ et ego. Joseph enim interpretat̄ augmentū et significat opera bona q̄ semp̄ debēt augeri. maria interpretatur illuminata ⁊ significat fidē q̄ est illuiatio mētis. interpretat̄ et stella maris et significat caritatē q̄r sicut ceteri stel

Beda.

Gregorius.

Anselmus

Moraliter

Bernardus

lis occidentibus illa nō occidit sic ceteris virtutibus de ficientibus illa nō deficit. Cū tali igitur societate iesus est querendus scʒ fide bona operatione sollicita ₇ caritate succensa ₇ tūc inuenietur. Si enim alterū istorum defuerit inueniri nō poterit. Hʒ etiā queri lacrimabiliter. qđ nota tur ex eo q̄ virgo dixit. dolētes querebam⁹ te (Et ait ad illos) nō matrem exasperādo. sed potius instruēdo: dicēs (Quid est q̄ me q̄rebatis) s. inter cognatos ₇ consanguine os cū potius deberetis me q̄rere in tēplo. qđ est domus patris mei ₇ in occupatiōe circa spūalia. Nō ē vox indi gnātis sed humiliter se excusantis ₇ mysteria detegentis Nō enim increpat ₇ vituperat q̄ eū quasi filiū q̄rūt sed q̄ si corrigēdo verbū m̄ris q̄s sibi verus pater sit. ₇ qđ pot ius eterno patri debeat illis ₇ nobis insinuat subdēs (Ne sciebatis q̄ in his q̄ patris mei) s. del (sunt opoʒ me eē) scʒ in tēplo in doctrina ₇ in opib⁹ q̄bus manifestetur p̄r meus. q. d. Potius debeo respicere eū cuius sum etern⁹ filius s̄m natūā diuinā q̄ te cuius sum filius scđm natu ram hūanā. ₇ ioseph cuius tm̄ sum filius nutritius. Vñ nō debetis mirari si vos dimisi propter patrē eternū cui plus teneor. Magis afficiebatur ih̄s ad patrem natura lem ₇ eternū q̄ ad matrē naturalē ₇ p̄rem putatiuū. Quā uis enim parētes diligeret ₇ eis obediens fuit in̄ princi palius deū honorare voluit. In quo dat̄ doctrina q̄ pie tas ad deum pietati respectu parentum est preferenda. Disce igitur ₇ tu deum ₇ parētes diligere et honorare eis obedire: sed in omnibus deum preferre. Nota etiam moraliter q̄ per hoc q̄ x̄ps interrogatiōi r̄ndit quasi cor rigendo verbū matris que ipsum dolore inter cognatos et notos quesierat obmissionem vinculorum sanguinis parte suggerit ostendēs q̄ nō ptingit metā perfectionis attingere eū qui adhuc vagat̄ in his que corpori cōferūt et q̄ hō deficit a perfectōe propter affectū cognatoꝝ. Et hoc innuit per primā clausulā cū ait (quid est qđ me que rebatis) s. inter cognatos ₇ carnaliter propinquos. Per hoc vero qđ addit (nesciebatis) ₇c docet nos nō per infi ma gradi. sed ad superiora debere mentis oculos attolle re. ¶ Moraliter per boc qđ christus cum correptus esset hic a matre se dulciter ₇ humiliter se excusauit alibi au tem s. in nuptijs cum inuitatus est ad miraculū dure re spondit. dedit nobis exemplū ₇ formam humilitatis vt malimus corripi q̄ laudari. ¶ Et nota q̄ istud fuit primū verbum qđ ab ore saluatoris prolatū esse legitur. in quo suam diuinitatem expressit Et ipsum verbum tante fuit altitudinis q̄ maria ₇ ioseph ipsum non intellexerunt. Et hoc est quod subditur (Et ipsi non intellexerunt ver bum quod locutus est ad illos) scʒ quod de patre dixerat ₇ quid per hoc verbum innuere vellet. Volebat enīʒ eis innuere q̄ sicut ad patrem ita ad ipsum pertineret cura templi. ₇ spiritualiū ₇ omniū que patris sunt gubernatio q̄ amboꝝ vna est maiestas gloria ₇ opatio ac vna sedes ₇ domus nō solum materialis sed ₇ spiritualis. Cum ma ria ₇ ioseph iesum dei filiū crederent nō tamen animad uertunt quid dicat nec diuine nature archanum intelli gunt q̄ talia adeo audire adhuc assueti non erant et de diuinitate sua nondum ad eos loquentē audierant. Vel intellexerūt quid dixit sed non ita plene vt postmodum ¶ Ipse vero ad matris requisitionē ₇ voluntatem redijt cum illis nazareth ad eorum cōsolationē vbi erat conce ptus et educatus. vñ ₇ nazarenus est vocatus. Nā quia deus ₇ hō est vtrāq; suā naturā nobis hic commendat. ₇ nūc excelsa deitatis nūc īfirma humane fragilitatis pre fert. Itaq; quasi hō cū parētibus ih̄r̄lm ascēdit s; q̄si de⁹ illis nescientibus in tēplo remansit quasi hō seniores in terrogabat sed quasi deus q̄ seniores mirarētur r̄ndebat Quasi dei filius in tēplo patris ₇ suo cōmoratur quasi fi lius hoīs cū pentibus quo iubent reuertit̄ (Et erat subdi tus illis) ad n̄ram instructionē ₇ superbie n̄re cōfusionē q̄ frequēter renuimus subijci superioribus n̄ris. Erat q̄p pe subditus illis s. in ea natura qua p̄re minor est. Quia

vt dicit aug. s̄m formā serui puer x̄ps minor erat eti am pentibus suis. Et tu ergo subdit⁹ esto ꝓpter illū. vt ad eū ꝑ obediētie laborē redeas. a q̄ per inobedientie de sidiā recesseras. Hic em̄ exemplum et formā obie et hu militatis x̄ps nobis p̄buit et ōn̄dit dū ip̄e iperator mun di ₇ cui mūdus subiectus ē parētibus suis ₇ eorū impio humiliter subdi voluit. Audiāt ergo hec subditi ₇ subdi ti esse nō dedignent̄. siquidem oībus p̄latis subditus fie ri nō est dedignatus. Prelati q̄ʒ nō superbiāt ₇ in ioseph prelato ₇ in x̄po subdito intelligant. q̄ sepe fit vt maio ris meriti sint subditi q̄ prelati. Qđ si intellexerit nō ele uabitur superbia que est sublimior dignitate sciens meli orem sibi subiectum esse. ¶ Et adverte q̄ta sint dignitas virginis q̄ ei ille subiectus est cui omnis creatura subijci tur. Vnde augu. Hoc singulare priuilegium habuit vir go. vt h̄ret sibi subiectum quē nō solū humana creatura. verumetiam angelica reueretur ₇ adorat multitudo. vñ ber ptractās hoc idem verbum (₇ erat subditus illis) mi rare inquit vtrāq; ₇ elige id qđ amplius mireris siue fi lij benignissimā dignationē siue matris excellentissimā dignitatem. Vtrunq; stupor vtrunq; miraculum. q̄ fe mine deus obtēperetur hūilitas absq; exemplo q̄ femīa deo principetur sublimitas sine socio. Et subdit. Disce ergo hō obedire disce terra subdi disce puluis obtēpare Erubesce superbe cinis. Deus se humiliat ₇ tu te exaltas Deus se hoībus subdit ₇ tu dn̄ari gestiens hominibus. tuo te preponis auctori Quotiēs enim hoībus p̄esse de sidero toties deum meū p̄ceire ptendo. ₇ tunc vere non sapio ea que dei sunt Hec bern. ¶ Et nota q̄ filius mul ta debet parentibus Primo amorē cordis. Scđo hono rem operis. Tertio in necessarijs sustentationē Quarto in obsequijs famulationem Quinto reuerentiā in ver bis. Sexto obedientiā in honestis. Septimo veniā in of fensis Octauo tollerantiam in aduersis. Sed quid fecit puer ihesus in illo triduo Cōspice eū attende quomodo se ad aliquod hospitale pauperū reducit. ₇ cū verecūdia se ibi hospitari petit. ₇ ibi cum pauperibus iesus pauper hospitat̄ ₇ comedit Mendicāt etiam ostiatim cū paupi bus qđ ₇ alis q̄nq; fecisse credit̄. Vñ bernar. hoc querens a dn̄o eū alloquit̄. Dn̄e inquit quis te in triduo susteta uit. Et r̄ndet sibimet sic dicens. Vt te dn̄e iesu christe n̄re paupertati per oīa ꝯformares q̄si vnus in turba paupe rum stipendia per ostia mendicans quesisti. Quis dabit mihi buccellarū illarum mendicatarū participem fieri. ₇ illius sacri edulij reliquijs saginari. Hec bernar. Con spice eū etiam inter doctores vultu placido sapienti et reuerenti. ₇ quō eos quasi ignorās interrogat ₇ audit qđ ex hūilitate facit. ₇ etiā ne illi super mirabilib⁹ r̄n̄sis eius vere cūdiderent. Considerare aūt potes moraliter in predi ctis tria valde notabilia. Primū est qui vult deo adhere re nō dʒ inter cōsanguineos cōuersari. sed potius ab eis discedere Nā ₇ puer ih̄s dimisit a se dilectissimā matrē cū opib⁹ p̄ris intēdere voluit ac etiā postea inter cognatos ₇ notos quesitus inuent⁹ nō fuit. q̄ caro ₇ sanguis eum non reuelauit nec inuenit̄ in carnali societate. vñ bernar. Puer ih̄s inter cognatos ₇ notos q̄ritur nec iuenit̄. Fu ge fratres tuos ₇ ruꝰ si tuā vis inuenire salutem. et obliui scere pplm tuū ₇ domū patris tui vt cōcupiscat rex de corem tuū. Et iterū O bone iesu si nō inuentus es inter co gnatos tuos quō te inueniā inter meos. Qualiter te in ueniā in gaudio quē vix mater tua dolens inuenit. Hec ber. Nec inueniri pōt in comitatu multoꝝ q̄ non inue nitur in multiplicitate mundanoꝝ. sed in intimo corde mentis vbi dei est templum. Scđm q̄ q̄ spūaliter viuit non miretur si aliqn̄ mente arida remanens videatur sibi qđ a deo derelictus sit cū etiā hoc m̄ri dei ptigerit. Non ergo mēte tabescat. sed ꝑ ptinuū exercitiū i sacris medi tatiōibus ₇ orōibus ac bonis opib⁹ ꝑsistendo diligenter eū querat. ₇ eū si sollicitus fuerit inueniet. Nam scđm origenē. Oportet eū q̄ q̄rit ih̄m nō negligenter ₇ dissolu

Moraliter

Moraliter.

August.

August.

Bernar.

Bernar.

Bernar.

Moralit.

Origen.

iusticiā Ita et ad oēs alias referēdo redit iterum vt post te probatio purgatio et cōsūmatio eaꝝ. Oz ergo replicari ad oēs alias pcedētes. ad hoc q ꝯsūt pbare btitudines Scorpi⁹ nō calcat⁹ quietus iacet aculeū non exerit sed tact⁹ statim exerit pugionē et pungit Ita et hō vacu⁹ virtute punctus vrenti verbo vel iniuria ei illata statim sicut serpēs ira et odio ac verbo cōtumelioso et in paciētia armatus crepat et insilit i illū qui eū lesit in quo pbatur et vas vacuum eē cognoscitur. Econtra sci pcussi in vna maxilla. prebēt aliā. diligūt inimicos z orant pro psequentibus se Unde dicit bern. q sicut stelle de nocte lucent de die aūt nō apparēt sic virtus que nō apparet in psperis emicat i aduersis Unde scdm hoc non videtur octaua ppria btitudo dicēda et per se distincta: sz pcedentiū illuminatio potius z confirmatio. Octauo aūt loco ponitur q significat generalē resurrectionē octaua etate futuraz que etiam per octauas sanctoꝝ designat'. Hec ergo circūcisioni et octaue resurrectionis cōparatur q p hāc circūciditur in nobis et aufertur si quid fermenti i nobis remanserit. et consūmamur in omni perfectione z pbatione virtutum Sic eñ in octaua resurrectionis immutabimur et pficiemur in glia. ita et per hanc hic in merito et gratia. Et rñdet ibi idē pmiū qd pmo ei regnū celoꝝ quia illi maxime persecutione i mūdo patiūtur q ꝯtēptui habētur et tales sūt maxime paupes spū qui iam a plurib⁹ deridētur maxime etiaz couenitunt i merito volūtaria ei paupptas ē quoddā gen⁹ martirij: q vtrobiqz oz vincere aīm quo ad delectabilia hui⁹ mūdi In regno quoqz sicut dicuntur duo s. diuitie et dñatio pmittit' ergo regnū paupibus per respectum ad diuitias. q qui propter xpm abrenūciāt diuicijs tēpalib⁹ i futuro gaudebunt eternis. pacientib⁹ vero per respectum ad dñia. q. ppter xpm opprimitur i futuro cū xpo oppressoribus dñabūtur. Pōt ēt dici q non ē idē pmiū vtrobiqz. q ibi p regnū itelligit' pmiū aureę. hec premiū aureole Hoc aūt vnū premiū qd

Crisost. ē regnū celoꝝ ēt i alijs ē sed varie nominatuz vt cris. Tu vero et si nō p singulas btitudines regnū audias repromitti ne tristeris et si ei retributiones ipas dīr. rēter appellat eas tamē cūtas ad vnū celoꝝ regnū reducit nichil omnino aliud nisi celeste regnum per hec cūcta designat hoc cris Uideat ergo vnusquisqz hec audiēs si in aliqua istarū btitudinū ꝯtinetur. z si in aliqua se iuenerit. secur⁹ sit beat⁹ erit. hoc ei veritas dixit. veritas aūt mentiri nō pōt ¶ Deinde p⁹ gñalē sniam subdit spālem ꝑsuasionem verbū ad aplos cōuertendo et triplicē actum persecutionis. s. i corde ore et opere eis premunciando dicens (Beati estis cū maledixerint) ex odio (et oderint) ex aīo (vos homines) quo ad primū. et persecuti vos fuerit et separauerint vos excludēdo a synagogis et cōmunione sua tanq imūdos: z sibi graues ad videdum quo ad tertiū et dixerint oē malū aduersus vos s. oīa gña verboꝝ malignātiū qb⁹ vrām famā ledāt et exprobrauerit vos iniurias et improperia vobis dicēdo. et eiecerint nomen vestrum. s. nomen xpiani. tanq malum illud execrantes ac difamātes et extinguere cupientes quo ad scdm. Non q debeat aliquis ista querere. sz q timore hoīm nō dz veritatē vite iusticie z doctrine dimittere Sicut aūt triplex ē persecutio scz cordis oris z opis. et hec tertia triplex s in dāno tpalium in persecutione amicoꝝ in afflictōe z iniuria ppria corpis ita z triplex est paria q odium cordis verbū cōtumeliosum oris. z manualē psecutiōem operis sustinet patienter. remittendo oēz iniuriā cōpatiendo pctō proximi orando vt a via mala cōuertatur. et ita pctū eius deleat' Hic triplex hostis ecclīam dei impugnat cōtra quē triplicē patiētiā opponit Unicuiqz ergo ad oēs gñalit' verba dirigit qñis z hec etiā alijs conueniant pdicens eis precipue quāta pnomine ei⁹ passuri essent z mōstrās q eoꝝ ē maxime pprium ē sup oēs alios Quia ergo ppter malos rē difficultatē spāli persuasione idigebāt iō conuertit' ad eos vt animaret qs sicut agnos inter lupos missur⁹ erat

Beda. vñ beda. Nō ad hoc nostri similes valēt sed eoꝝ q ibāt gaudētes a cōsilio qm̄ digni habiti sūt p noīe ihū cōtumelias pati. Sed qz non omis persecutio bt̄ificat sz tm̄ illa q gaudio suscipitur ppter iusticiā q est xp̄s filius virginis: ideo addit (mentiens) et (propter me) seu (filiū hoīs) qz ad hoc q persecutionis tolerantia beatum faciat requirit q mendose et false seu iniuste ac propter xp̄m nobis inferat: in q tristicia persecutōis cōuertetur in gaudiū qm̄ reddet de fictis mercede laboꝝ suoꝝ: Alis eñ nō est btūs sed miser. nec est ei merces inde sed accumulatio sue miserie. vnde Augusti. aug. Si sustines qz peccasti propter te sustines non ppt deum. Si autem sustines quis mādata dei seruasti vere propter deum sustines et merces tecum manet in eternuz Que sentitur in corde patiētium eoꝝ qui iam pñt dicere gloriamur in tribulationibus. Nō eñ ista ppt fructu sunt est sed ista p xp̄i noīe nō solū equo aīo sz etiam cū exultatione tolerare. Vñ cōcludit subiungēs pmiū et per hoc Hiero. alliciens ad patiēduz. Ut eñ dicit hiero. quodlibet opus leue fieri solet cum eius premium cogitatur et spe mercedis leuigatio fit laboris (Gaudete) inquit s interius in corde (et exultate) s exterius in corpore ppter exēplū gaudium foris ondite tā ppter bonū virtutis patie q ppt spē premij glorie (qm̄ merces vestra) nō tm̄ magna est sic aliorum sed (copiosa) et supra cōdignū est in celis: Multa enī merces est in celis: multa ppt iusticiā patientib' in terris Merces ista magna ē multa ē preciosa est diuturna est Tā magna est q nō pōt cōprehēdi tāmulta ē q nō pōt nūerari tā preciosa est q nō pōt estimari tā diuturna ē q non pt finiri Merces ista tanto est vberior quāto gaudio et exultatione i tribulatōibus fides est deuotior Deus ei non tā quantitatē laboꝝ vel multitudinē operū remūerat q Augusti. qualitatē et modū radicis ex qua oriuntur et tolerant. Nō eñ attendit q̄ntuz sed ex quanto nā minutū vidue ptulit zacheo dimidio. Sentiūt ergo vt dicit aug istā mercedē qui gaudent in spūalibus bonis sz ex oī pte perficientur cum et mortale hoc induerit immortalitatem. Sed nos heu in multis decipimur qm̄ nobis arrident secularia qm̄ vulgus laudibus nos attollit gaudemus et exultamus cū magis flere et dolere deberemus quia maius piculum sunt prospera q aduersa laudes q vituperatiões. Gaudeamus ergo et exultemus cū aplis qb' salubre gaudiū et salubris exultatio demonstratur: cum eis in contumelijs Hiero. et persecutiōib' gaudendū eē et exultandū denunciatur vnde hiero. Nescio q's hoc nostrū possit implere vt lacere tur obprobrijs fama nostra et nos exultem' in dño. Hoc vanā sectat glīam implere nō pōt Gaudere igitur et exultare debemus vt merces nobis in celestibus preparet Crisosto. Eleganter in quodā volumine scriptū legimus Non q ras gloriā et nō dolebis cū inglorius fueris. vnde et criso. Quantū aliquis letat de laudibus hoīm tantū de vitupa Seneca. tione tristatur. Qui vero gliam cōcupiscit in celo: obprobria nō timet in terris. vnde dicit seneca. Nūq felix eris si nondum te turba deridet. Si btūs eē vis cogita hoc pmuz cōtemnere ptemptuz. Si vis beatus esse si fide bona vir bonus sine te stultuz videri siue cōtēnat te aliquis Quisquis volet tibi contumeliā faciat et iniuriā tu tamē nihil patieris si mō tecum erit virtus. hec seneca. Nō solum autē pmio sz etiam exemplo eos ad patiam puocat et rigorē tribulationū temperat cōfortansq eos exemplo prophetaꝝ et suadēs ad sustinendum. cōsolationē eis de illoꝝ societate prestat qui añ eos afflictiões varias ptulerunt dicens (Sic eñ) crudeliter multiplr et incessanter (psecuti sūt prophetas) veros vt hieremiā ysayam et alios qui (ante vos fuerūt) qz pro veritate psecutionē sūt passi. et ita dant vobis exemplum et aīm patiendi. q. d. Non miremini si vos patiamini quia nō est nouū nec insolitū Illorum ergo exemplū vos doceat si illoꝝ vos beatitudo et leticia delectat illorum exemplum vos inuitet ne timore deficiatis p veritate pro qua ipsi passi sunt sine exemplo eos inuitante. Secūduz hunc modum ostēdi solet elephantis sanguis vuer moꝝ ad acuendū eos in prelijs Simuliter nobis pponitur exemplum xp̄i et martirum ad cōfortandum nos in tribulatione persecutionum. Et idcirco proposite glorie premiū cōsiderantes ad oēm tolerantiā passionis deuota nde pati eē debem' vt cōsortes glorie pphetaꝝ atq aplōꝝ effici mereamur. Nō ergo dz quis timore persecutionis veritatē deserere sz potius vbi xp̄s in cā ē persecutiōez affectare. Ut eñ dicit apls oēs qui volunt pie viuere in xp̄o persecutionē patiuntur. Si ergo persecutionē pateris habeto id signū in bonū quis pie in xp̄o viuis. Nam si non pateris persecutionez non Ambrosius vis pie viuere in xp̄o vñ amb. Et fortasse cum persecutiones nō patimur tanq pdemnati habemur quia nequa q pie viuere volum' in xp̄o. Nam vtiq cū sit diuina sententia q oēs qui volūt pie viuere in xp̄o ihū psecutiōes patiunt videtur is q psecutiōes nō patit abdicat' q nō sit pie uiuentionis in xp̄o Deus non ē eñ fidei prelia sequunt hec amb. ¶ Sed diceret aliquis. Nemo pōt mō propter persecutionē attingere ad beatitudinem quia nunc i pace consistūt omnia et sancta eccl̄ia fere de nulla parte patitur aduersa ad quod dicendum q vbiq temptationes sunt et persecutiones quia quotidie in penetralibus sancte ecclesie persequitur cayn abel. ysmahel ysaac. esau iacob s impius iustuz. et si quis persecutionem non patitur ab extraneis patitur tñ a falsis fratribus oēs eñ qui pie volunt viuere in xp̄o persecutionez patiuntur. Et si non patitur quis extrinsecus patitur tñ intrinsec' a nequicijs spūalibus. Et quia non cessant persecutiões patiā nobis necessaria est vt reportemus repromissiones. Ue aūt his qui pdunt patiam. qz et perdūt patientie coronam. Non ergo murmuremus si in paucis vexemur. qz in multis bene disponemur. ¶ De his octo beatitudinibus quas posuit matheus: quattuor tm̄ ponit lucas. Sed scḋz ambro. Ambrosius in istis octo ille quattuor sunt et in illis quattuor iste octo Mansuetudo eñ et pax referuntur ad patiam. mūdicia cordis ad paupertatem spūs. misericordia ad esuriem iusticie. Et quia dñs supra premijs ad virtutes et fidem populos prouocauit consequenter eos etiam a criminibus et peccatis futuroꝝ suppliciorum denunciatione deterret dicens (Ueruntñ ve) scz doloris eterni (vobis diuitib') non tamen omnibus sed (qui habetis hic consolationez vestram) a vobis optatā. abutentes diuitijs ad vite voluptatem. q. d. Non habetis meā nec in pñti nec in futuro. Diuites ergo vocat qui in bonis dicunt dies suos. qz nō tā diuitie q amor et abusio diuitiaꝝ in culpa est. Cum enim superius regnum celorum pauperum esse dicatur ex opposito apparet q ab hoc regno se alienat qui in temporalibus que non consolatio non delicie sed remedium refrigerium z necc̄itas temporis miserias eē dñt cōsolatione querit: auditurus a iusto iudice. fili recordare quia re Ambrosius cepisti bona in vita tua. Unde amb. Qui consolationem vite p̄ntis habuerūt: remuneratione perpetue perdiderunt (Ue vobis qui saturati estis) in pñti vacando cōmessationibz ebrietati et in delitijs viuendo (quia esurietis) in futuro non cibi carentia spēaliter sed totius boni penuria generalit. Sicut diues qui epulabatur quotidie splēdide in delitijs viuens dirū ve sustinebat esuriens: qm̄ de digito lazari quem despexerat guttā aque querebat. Epulones artissimo ieiunio macerebuntur i pena. vt culpe eoꝝ f. gule pena sit cōtraria. Sicut ergo zria cōtrarijs puniuntur in pena ita cōtrarijs cōtraria curari debent in Beda. pñia vbi beda. Si bti sunt illi qui iusticie semper opa esuriunt. infelices econtrario estimandi sunt qui sibi in delicijs placentes nullam veri boni famē patiuntur: satis erat beatos si non ad tempus sua voluptate priuentur Ue vobis qui nunc ridetis: risu inordinato ac gaudeis et lasciuiis gaudio vano: qz lugebitis: dolore interiori: et flebitis: dolore exteriori. Uel: lugebitis: pro omnis boni carentia et flebitis pro omnis mali presentia in ardoribus sempiternis: vbi erit fletus et stridor dentium

Prelati luceant opere et sermone christus legē

Si eñ lugentes beatificentur et consolabuntur: merito ridentes tanq̃ miseri cruciabuntur. Unde salomon ait. Risus dolore miscebitur. et extrema gaudij luctus occupat vbi Basilius. Cuz v̄ās ridentes nunc arguat: pa lā est q̃ nunq̃ erit fidelib' tp̄s risus. ꝛ precipue in tāta multitudine eoꝝ qui in pctō moriuntur: p quibus oportz lugere. Et crisostomus. Dic āt mihi cur cōcuteris ꝛ desluis q̄ debes assistere terribili iudicio et ponere rōnem de omnibus h' operatis (Ue vobis cū bñdixerint vobis hoīes) s. adulādo ac laudando ꝛ extollendo vos per applausum talem nutrientes vos in malis vt ceci efficiamini: vosmetipsos non cognoscentes. nec attendentes illud apl'i. Si hoīb' placerē. sermo xp̄i non essez (Scd'm hoc faciebant) pseudo (prophetis p̄res eoꝝ) q̄ bñdicebāt illis p phetis. q̄ ob captandum vulgi fauorē: ꝛ ad hñdum ppl'i applausum: de corde suo non de sp̄ū ore dn̄i prophetabant falsū. Et hoc est quod ps̄ deplorat q̄m laudatur pctōr ī desiderijs aīe sue. ꝛ qui iniqua gerit bñdicit'. Sed ve eis qui sic laudant q̄ plus nocet lingua adulatoris q̃ gladius psecutoris. Qui eñ mala agentibus adulatur: puluinar sb' capite dormientis ponit vt fulcitus laudib' in malis requiescat. Si ergo beati sunt qui ab hoībus odiose maledicūtur: merito infelices reputandi sunt q̄ ab hoībus adulatorie benedicuntur. Magna quidez dei ira est et vltio q̄ peccatori deest correctio: et adest adulatio quasi de bene gesto: quia ipsa adulatiōe nutritur in culpa ꝛ maiorē fouetur ad penam. Has sniās lucas ponit vt veritas quattuor beatitudinū quas ante posuit clarius per oppositā damnationē elucescat. Oratio.

Domine iesu xp̄e qui vt altiora virtutum culmina doceres in montē cum discipulis ascendisti ibiqz beatitudines ꝛ virtutes sublimes docuisti et premia singulis congruentia promisisti. da michi fragili vt tuam vocē audiēs studeā per virtutū exercitiū hēc meritum. quatenus te miserante cōsequar p̄miū. Fac vt cōsiderans mercedez: opus mercedis non recusem. sed spes eterne salutis mitiget in me dolorē medicine presentis et accēdat animum ad alacritatē operis. Fac me miserū nunc beatum beatitudine vie per grām. et tandē beatuz beatitudine patrie per gloriam. Amen.

¶ Quia prelati dn̄t lucere ope et sermone. Et q̄ xp̄s non venit legē soluere sed implere. xxxiiij.

T quia dn̄s hortatus est apl'os ad sustinendum tribulatiōes: nūc consequēter ponit quattuor similitudines. s. cōparando eos sali. luci ciuitati et lucerne. quibus ipsos dn̄ dīt similes. vt per hoc ītelligant se in tribulationibus debere magis esse fortes. Ac si eis diceret. Non vos debetis in tribulationibus deficere: quia defectus vester multis esset occasio ruine (Uos eñ estis sal t're vos estis lux mundi) vos estis ciuitas supra montem posita et lucerna supra candelabruz posita (Uos) inq̃ (estis) i. esse debetis. Due prime similitudines dicuntur per affirmationem: in quibus ōditur ad quid sunt. quia ad condiendū affectum ꝛ illuminandum intellectum. Due sequentes dicuntur per negationem: in quibus ostenditur ad quid non sunt. quia nec in absconsione persone. nec in occultatione doctrine. Ap'li igitur ꝛ prelati dicuntur sal terre. ꝑpter vite perfectionē qua hoīes condiunt' ꝛ mētes coꝝ q̄ adhuc terrena sapiunt imbuūtur. Sal eñ terram sterilem facit. cibos condit. et carnes siccat a putrefactione conseruat ex aqua ꝛ igne cōficitur. in oīm sacrificio offertur. Sic exemplum sanctitatis terrenū affectum mitigādo sterilem facit. sanctum desiderium sapidū reddēdo cōdit. carnem mortificando desiccat. a putredine libidinis restringendo conseruat ex aqua deuotionis et igne dilectionis decoquendo in fornace p̄ñe conficitur in omni opere dirigendo et moderando offertur. Precipue autē sal in scriptura discretionem significat que ī prelatis esse debet: que debent opera subditorum sic condiri et dirigi vt coram deo sapida reddantur. sicut cibaria sale condita magis sapida sentiuntur. Et monet ap'los et ceteros eccl'ie prelatos vt in virtutibus persistāt (quia si sal) .i. prelatus vel doctor per quem alij condiendi sunt infatuatus fuerit vel: euanuerit: et defecerit. s. aut persecutionis et aduersitatis timore. aut cupiditatis et prosperitatis amore. aut superbie et vane glorie elatione. aut carnalis affectus attractione aut negligentie et securie seductione. aut subuersus errore quo minus cōdiat et doceat subditos exemplo et verbo: in quo saleitur infirmus populus subditus: qui debet condiri vita et doctrina maiorum. vel: in quo: et quo alio doctore condietur. ꝛ emendabitur. s. ipsuz sal. ī ipse qui alios hz condire. s'm illud sapiētis quis medebitur incātatori a serpēte ꝑcusso. vnd' dicēdū est ei: medice cura teipm. Similiter si discretio q̄ opa nostra cōdit ab operibus nr̄is bonis de genere defuerit deo accepta non erunt. In cuius figura sal in oīni sacrificio ponebatur. Sal igitur sic euanescēs ꝑpt' inutilitatē sui: ad nihil valet vltra: neqz in terra neqz in sterquilinio. Non est vtile terre: quia suo infectu phibet eā germinare non sterquilinio .i. fimo: q̄ sibi immixtū non sinit ipsuz fecundare. q̄ d nichil valet: quia nec in se fructificat aut fructum boni operis fert vt terra nec ī alijs fecunditatē seu fecundādi virtutez dat: aut eos excollere valet vt fimus. sed: mittatur foras: ab officio et humilietur iux' hoīes. q̄ sibi nocet ꝛ alijs nō prodest. vnde talis dz repelli a prelatione: ne officiū prelatoꝝ in cōspectu hoīm reddat' vile. Aut ergo a dignitate ecclesiastica deponetur aut ab vnitate ecclesie numero vel merito secernetur. aut a sanctorū gloria excludetur: et talis cōculcabit' ab hoībus ī mūdo per derisionez. ab angelis in iudicio ꝑ sepatiōnē. a demonibus in inferno ꝑ afflictionē. ¶ Dicunt' etiā ap'li et prelati lux mundi. i. hoīm qui sunt ī mūdo ꝑpt' verbū doctrine qua debēt ignorātes de credendis ꝛ faciēdis illumīare. Sicut eñi sol ꝛ luna illuminant oc'los corporis: sic ap'li ꝛ doctores illumināt oc'los mētis. Prius āt est bñ viuere q̃ bene docere: et iō postq̃ dixerat ap'lus sal terre sapienter viuendo. dicit eos lucem mundi tenebrosos illuminādo. Dz ergo p'latus esse sal bñ viuendo: lux bñ docēdo. sal in exemplis: lux ī doctrinis. Rectus ordo iste. p'ze bene viuere: deinde bñ docere. s'm glo. De' ē lux nō illuminata s̄ illuminans: ap'li ꝛ ap'lici viri lux illumīata et illuminans simplices iusti lux nō illuminās s̄ illuminata. Prima est sic lux solis. scd'a sicut lune. tertia sicut lux stelle. ¶ Deinde post cōdimentū saltor radiū lucis sequit' ciuitatis ꝑtectio ꝛ lucerne illuminatio. q̄ ap'li ꝛ prelati non dn̄t se abscondere: neqz lucernā diuini verbi ponere sub modio et occultatōe humani timoris neqz sub lecto ꝛ quiete mūdane ꝑsperitatis sed dz esse ciuitas in monte posita vt sint refugium iniuste oppressis et lucerna supra cādelabrum posita vt per sancte vite exempla luceāt tenebrosis. Unde ad similitudinē ciuitatis supra montē et lucerne sup candelabrum posite sic monet ap'los et prelatos simili lumine coraz hoībus lucere ꝛ fulgere vt visis operibus eorum bonis odore et admiratione talium homines attrahantur et informentur ac inde deus pat' glorificetur. et non ipsis sed ei a quo omne bonum est laus imptiatur. Debent ergo lucere et opere et sermone. non eñ ait vt audientes vestrum sermonē bonum: sed (vt videntes vestra bona opera glorificent patrem vestrū qui in celis est) Magis eñ operando quis proficit q̃ loquendo. et plus mouent exempla q̃ verba. q̄ maior est splendor operis q̃ sermonis. Iste eñ tm̄ ore p̄dicat et vna hora in septimana. ille vero totus predicat ꝛ oīb' tēpis hora. vnde alibi. Fulgebūt iusti ꝛ tanq̃ scintille in arūdineto discurrent. quod s'cd'm greg' est vita secularium qui foris quasi ad alta ꝑficiūt. s' intus a soliditate inanescūt. E cōtra vero docere voce et non ope quedā vanitas est. et parū ꝑdest. quia s'm bern. lingua magniloqua et manus ociosa

Basilius

Crisostomus

Mathei. v.

Grego.

Bern.

doctrina lucida et vita tenebrosa monstruosa res est. Ad hoc autem lucere debent vt finez boni operis in laudib⁹ dei non hominum constituant qꝛ non debent de hoc suã sed dei querere gl'iam et proximi edificationem. vt videntes opa eoꝝ bona deũ ꝑ quem in eis sũnt non facientes glorificent ꝑ imitationẽ eoꝝ. per laudez ꝗ̃ʒ oĩa ei ascribẽtes vt auctori bonoꝝ. Non est ꝗ̃ huic ꝯͣriuꝫ qḋ infra dicitur. attendite ne iusticiã vr̃am faciatis coram hoĩbus. qꝛ ĩ ope bono querenda est gloria diuina et sic loquitur h̃ sed fugienda gloria ꝓpria et hũana et sic loquitur infra. Deinḋ incipit eos iam informare qꝫ doceant ꝯueniendo post falsam opinionem quã habere poterant. Tanq̃ʒ si q̃rerẽt dicentes. Ecce volum⁹ doctrinam tuaz non abscondere. sꝫ quid est hoc ipm̃ quod vetas abscondi. Nunquid alia docturus es contra ea q̃ in lege et ꝓphetis scripta sunt. Nõ inquit (Nolite putare) ne s. in errorem incidatis (q̃m veni soluere legem aut ꝓphetas) prohibendo. s. ne spũaliter fiant vt em̃ dicit augusti. oĩa que in ve testamen. cõscripta sunt noui testamẽti typum et ymaginẽ ꝓtulerunt (Non veni soluere) et destruere (legem) sed potius adimplere eaꝫ In hac autem dñi sententia ſm augusti. duplex est sensus Nam adimplere legẽ est aut addẽdo aliquid quod min⁹ habet. aut faciẽdo qḋ habet. Dominus ergo addit qḋ minus habet nõ vtiq̃ʒ soluit qḋ inuenit. sꝫ magis perficiẽdo confirmat. Oĩa etiam q̃ lex et ꝓphete de eo pmiserãt tã ꝑ ꝑte in ipso ꝯpleta sunt et anteq̃ʒ (celũ et terra trãseant) ⁊ elementa mutẽtur ab hac mutabili forma in immutabilẽ scꝫ anteq̃ʒ iste mund⁹ quo ad figurã nõ q̃ ad materiaz finiatur. oĩa que de eo scripta sunt spũaliter implebunt nec (vnum iota aut vnus apex) i. minimum etiã legis preceptum põt cadere ab effectu impletiõis vt remaneat irritum et inane. Iota minima lr̃a ẽ inter alias. et vno dictu fit apex. ãt ẽ pticula lr̃e que ponitur in summitate ad distinctionem et notat mĩma ꝑcepta quia minimuz ꝑceptũ vel mĩma ꝑcepti pticula (nõ ꝑteribit a lege) i. nõ remanebit q̃n impleatur suo tꝑe vel in capite vl' in corpe Deĩde postmodum implendi et docendi ĩpi xp̃o proprium ostendit modum implendi a pte doctorũ et qualiter dꝫ ei ꝯfirmari doctrina platoruꝫ. Et ponit q̃ndam diuisionẽ bimembrem doctorum. Quidã enim sunt qui male viuunt ⁊ bene docent sicut scribe et pharisei faciebant. et de istis dicitur (Qui ergo soluerit) male. s. viuendo et transgrediẽdo (vnum de mandatis istis minimis) i. de mãdatis decalogi que dicuntur mĩma. qꝛ inchoant hoĩem et ad vitã ptinẽt incipientium (et docuerit sic hoĩes) malis exemplis corrumpẽdo (minimus vocabitur in regno celorum) i. i eccle-

Gregori.

sia militante. qꝛ ſm gre cuius vita despicitur restat vt ei⁹ predicatio ꝯtemnatur. O quot sunt hodie in eccl'ia tales

Augusti.

mimi qui tñ sibi videnť valde magni. Ubi aug. Cõseq̃ns est vt qui minimus est in regno celorũ qualis nũc est eccl'ia non intret in regnum celoruꝫ qualis tunc erit ecclesia q̃n

Crisosto

docendo qḋ soluit ad eorum societatẽ qui faciunt qḋ docent nõ ptinebit. vñ et crisosto. Docere et non facere non solum nichil lucri sed et dãni plurimũ confert. Grandis enim dãnatio est ꝯponenti quidẽ sermonẽ suũ vitã vero suam atq̃ʒ opera negligenti. Alij aũt sunt q̃ bñ viuũt ⁊ bñ docẽt. et tales debent eẽ plati ecclesie. et de isto subditur (Qui autem fecerit et docuerit hic maior vocabitur in re-

Crisosto.

gno celorum) qꝛ ſm criso. ꝑ verba philosophari facile est q̃ vero ꝑ opa demõstratio generosi cuiusdã ⁊ magni ẽ. magni q̃ʒ erunt et si non adeo magni qui faciunt et nõ docẽt factores enĩ legis iustificabuntur apud deuz. Oĩa autem mandata deputantur facta q̃n quicquid nõ fit ignoscitur Ideoq̃ʒ dicere debem⁹ dimitte nobis debita nostra deni ꝯfirmat qḋ dixit. qꝛ in tantuꝫ nõ soluit legẽ sꝫ supabundãter vult eã impleri ꝙ nisi sui eã supabundanť ipleuerint ⁊ iusticia eoruꝫ super scribarum et phariseoꝝ q̃ dicunt ⁊ nõ faciunt supabundauerit et non soluꝫ doceãt sꝫ ẽt faciãt. qꝛ ad salutem nõ sufficit bona doctrina nisi adsit bona vi-

Augusti

ta Uel ſm augusti non solum illa legis minima ꝑcepta impleuerint. sed etiã ista q̃ ab eo adduntur. negat eis introitũ regni celoruꝫ. ꝑ iusticiã enĩ legis nullus intrare potuit in regnum celorũ lꝫ iusticia ꝓprie sumatur ꝑ virtute cardinali qua redditur vnicuiq̃ʒ quod suuz est. large tñ sumitur

Hieronim⁹.

hic qꝛ vt dicit hiero. om̃s virtutũ spẽs vno iusticie noĩe cõtinentur. Et ſm hoc dicit aug. duas esse ptes iusticie. s. declinare a malo et facere bonuꝫ. qꝛ sic iusticia distinguitur ꝯtra peccatum. Ubi sciendũ ꝙ sicut sunt varia dona grãrum dei ita sunt varij stat⁹ et ꝯditiões hoĩm. ꝓpter qḋ his q̃ sũt ĩ statu maiori respectu minoꝝ apte dici ꝑt (nisi abũdauerit iusticia vr̃a plusq̃ʒ) taliũ. s. minorum (non intrabitis in regnum celorum) ¶ Hic aduertenduz ẽ ꝙ saluator ꝑcepta decalogi replicat et ad obseruationem eorum homines inducit. verum intellectuz eoꝝ declarando et errores iudeoruꝫ circa hec excludendo. Nam doctores iudeorum dicebant per precepta decalogi negatiua tm̃ actuz exteriorem non motũ animi eẽ ꝓhibitum. et ꝙ voluntas mala non est pctm̃ nisi exeat in effectum. vñ dicebãt de h̃ ꝑcepto. Non occide. ꝙ per hoc ꝓhibetur occidẽdi factũ et non occidendi ꝓpositum. et hoc est qḋ dicit. (Audistis qꝛ dictuꝫ est antiquis non occides) s. hoĩem hoc est sic interpretabantur ꝑceptum h̃. Sꝫ hũc errorẽ excludit saluator prohibẽs irasci sine causa. Unde non occidere hoĩeꝫ iniuste manu et actu pertinet ad iusticiã legis. qui aũt sic occiderit reus erit ſm legem iudicio mortis seu accusatione et dãnatione in morteꝫ. quia lex ponit ſm talionẽ Sed pfectus supaddit ꝓhibens ne quis sine causa iuste irascatur fratri in corde vel signum cõmoti animi ostendat in voce dicens: racha: que vox indignantis est absq̃ʒ certa expressione vituperij vel blasphemie aut certam iniuriam sub expressione verbi irroget dicens: fatue: quod est magis iniuriari q̃ʒ dicere racha ꝓhibetur ergo primo motus ire in aĩo. scḋo indignatiõis in signo. Tertio vituperationis ĩ verbo. Tribus aũt generibus et gradib⁹ culpe assignat tres gradus pene. ¶ Prima culpa est ira vel odium in corde latens. ¶ Scḋa ẽ ira in generalẽ cõtumeliam ꝓrũpens. ¶ Tertia ẽ ira in spẽalẽ ꝯtumeliã ꝓcedens His tribus culpis debet pena differens eis corrsidens. Naꝫ: qui irascit: motu interiori vl' odio: fratri suo: si vicio et sit ira ꝑ viciuꝫ nõ ꝑ zeluꝫ. q̃ deliberat odiũ ꝑceptũ iplere ope si opportunitas adesset: reus erit iudicio i. dignus accusatione apud deũ ⁊ in foro summi iudicis: lꝫ non hominis. cum de voluntate non possit accusari coram hoĩe Qui aũt dixerit fratri suo racha: ex indignatione et contemptu: reus erit ꝯsilio: i. consensu iudicij de danda in eũ sñia et determinanda pena. qꝛ iam venit in noticiam culpa. Qui autẽ dixerit fatue: ad cõtemptũ ꝑsone nõ ad correctionem culpe: reus erit gehẽne ignis et: pene determinate. qꝛ ſm glo. non modicus furor est quem deus sale sapientie condiuit infatuatuꝫ dicere et salieni derogare. Moyses ergo et lex securim posuit ad ramũ arboris ꝓhibens homicidium xp̃s vero tanq̃ʒ sapiens agricola ⁊ euãgelium securim posuit ad radicem ꝓhibens iram vt oẽꝫ radicem peccati de cordibus nostris auferret. qꝛ per iracundiam etiam vsq̃ʒ ad homicidiũ ꝑueniri põt. Et bñ incipit ab ira. qꝛ ſm glo ianua oĩm viciorũ est iracundia q̃ clausa virtutib⁹ intrĩsecus dabitur requies apta ea ad oẽ facin⁹ armabitur aĩmus. Scḋꝫ hiero. ira est omnis mal⁹

Hieronim⁹.

motus ad nocendum aut ergo surgit subito: et sic est venialis aut ex deliberatiõe et cõsensu et sic est mortale. Cõsiderãduꝫ tñ ꝙ lꝫ ira sit pctm̃: nõ tamẽ oĩs ira. Ira em̃ ẽ appetitus vindicte. Uindicta aũt si sit iusta nõ est pctm̃ eam appetere. ẽ aũt iniusta quadruplr̃ vl' q̃n appetiť pena eius q̃ nõ meruit. vel plusq̃ʒ meruit si appetať ordine debito ꝑtermisso vl' qꝛ appetitur ꝑꝑ indebitũ finẽ: vt q̃n appetitur solũ ꝓpter vindictã: nõ ꝑꝑ iusticiã. xp̃us itaq̃ʒ radices inimiciciarũ ipsosq̃ʒ fontes ꝑ quos caritas necari solet intercipiens: studet nos mutuis nobis caritatis nexibus colligare qḋ tamẽ heu paꝝ curamus aduertere.

Crisostom⁹.

vnde criso. Et nos quideꝫ maiores nr̃os ⁊ potẽtiores ẽt

si iniurijs et contumelijs ꝯ nos agāt ferim⁹ verentes ne quid ab eis grauius patiamur erga equales vero vł īferiores interduꝫ nec lesi irascimur (inquit hiƀanus) met⁹ timore dei ꝑponitur. noli inquit irasci fratri tuo sine cā. Num multo hoc leui⁹ ē q̄ꝫ si tu aliquem feras irascentem tibi sine causa. Cuꝫ ergo qḋ mai⁹ ē ꝑpt̄ timorē hoīm feras: ꝑpter timoreꝫ dei ne minuꝫ quidē patieris hec criso.

Augustinus. Et si phibetur ira recēs multo magis īueterata vt dicit aug. si irasci non ē fas fratri aut dicere racha aut fatue multomagis in aīo tenere aliqḋ vt in odiuꝫ indignatio cōuertatur. Ideo ex ꝑmissis cōcludit q̄ volēs offerre deo in altari fidei et cordis sui quodcūqꝫ (munus) .i. cordis. oris. operis siue hostiā. siue elemosinā: siue doctrinā: siue orōnē: siue hymnū: siue psalmuꝫ siue aliud spūaliū vel corporalium donoruꝫ (prius) dꝫ (reconciliari fratri) leso seu offenso ꝑ euꝫ verbo vł facto. dāno corpali vł spūali. q̄r munꝰ nō accipit nisi ante discordia ab aīo repellat. De⁹ quippe nō munus repellit sed caritateꝫ primi q̄rit et ideo caritatē vł ꝑ⁹ primo exoluat quimunꝰ suū deo placere exoptat. Munus eñ deo oblatuꝫ nō proficit ipi offerenti nisi sit in caritate. caritatē auteꝫ nō hꝫ nisi primo per eum leso velit satisfacere. ¶ Ubi sciendū q̄ si cōmode possit haberi ipsius fratris offensi p̄ntia: tunc ꝑgendum est ad euꝫ pedib⁹ corporis et reuocandus est in grām satisfaciendo vł veniam postulando. Si autem eius p̄ntia non possit ꝯmode haberi tunc sufficit ad euꝫ ire pedib⁹ mētis prosternēdo et subdēdo se illi ꝑ⁹ votis et affectu humiliet habendo ꝑpositum satisfaciēdi loco et tpe cōpetenti. Et hoc mō vtitur ecclesia romana q̄ reuꝫ ꝯfitentē absoluit et sibi satisfactionē leso faciendam imponit. ¶ Sciendum ē etiaꝫ q̄ si offensa nota est fratri postulanda ē reconciliatio. si vero abscōdita non teneor sibi manifestare ne cōcitetur ad iram: sꝫ postulanda ē a deo et manifestāda sacerdoti.

Crisostom⁹. Et fm criso. si cogitatu offendisti reconciliare cogitatu si verbis offendisti recōciliare verbis. si opib⁹ offendisti recōciliare opibus. oē eñ pctm̄ quomodo cōmittit: eodem modo de ipso pnīa agit. Et si offendit q̄s verbo detrahēdo dꝫ reconciliare famā restituendo. Attende bene istaq̄ relucet hic circa nos magna dei mīa. quādo hoīm vtilitatē plus aspicit q̄ꝫ suos honores. et plus diligit fidelium cōcordiam q̄ꝫ munera sibi oblata. vñ criso. O admirabilem benignitatē atqꝫ ineffabileꝫ erga hoīes amorem dei honorē suum despicit dummō primo caritatē requirit. Nichil eñ ita studet deus vt nos mutuis nob caritatis nexibus colligare. ꝑpt̄ h eñ facta sūt oīa. idcirco et deus hō fact⁹ ē atqꝫ oīa illa gessit vt nos in vnū cōgregaret: hec criso. Relucet et hic nichilomin⁹ seueritas dei magna q̄ discordātiuꝫ vota recusat et munera. vñ greg.

Gregorius. Ecce a discordantib⁹ accipe nō vult sacrificiū olocaustuꝫ suscipere recusat. Hinc ergo ꝑpendite q̄ntuꝫ sit malū discordie ꝑ q̄ḋ et illud abijcit ꝑ q̄ḋ culpa relaxat. De h malo discordie sic dicit cyprian⁹.

Cyprianus. discordās ꝛ dissidēs ꝛ pacē cum fratribus non hñs nec si pro noīe xp̄i occisus fuerit. crimine dissensiōis fraterne poterit euadere. Quale delictum est q̄ḋ nec baptismo sanguinis pōt ablui quale crimen est quod martirio non potest expiari. Et ideo vt ait

Crisostom⁹. criso. munera abel suscepta sūt a deo: cayn reprobata quia abel pura ac simplici mente dño munera offerebat. Cayn vero irā aduersus fratrem tenebat: et ideo ille placuit in munere qui placebat in corde. Sed heu hodie mlti huic cayn sunt similes cum discordijs et dolis ad altare accedentes. vnde criso. Cum deus tantum cure reconciliationis nostre habeat: vt patiatur interrumpi ministeria sua donec tu eas et resoluas inimicicias cum fratre tuo nec nos hoc ipsum erubescimus: sed multos dies patimur manere inimicicias et trahimus sicut funem longum discordias ignorantes q̄ tāto longior erit nobis pena q̄nto et discordia. Et quia dictum est de concordia cum fratre offenso habenda inducit generaliter vt consentiamus aduersario nostro: et concordemus cum eo (cito dum) simus (in via) et in hac presenti vita vbi est locus et tps penitendi et merēdi et q̄ḋ possum⁹ hodie non differamus in crastinum q̄r mora trahit ad se periculū: et nemo scit vite sue terminum. vnde criso.

Crisosto. Nihil quippe est quod ita vitam nr̄am valeāt euertere vt operū actionem bonoꝝ dissimulare semper sempqꝫ differri. Sepe eñ istud ex oībus nos bonis fecit excidere. Cito inq̄ꝫ cōcordemus cū aduersario (ne ipse aduersarius tradat nos) id est causa sit vt tradamur (iudici) in vltīo examīe (ꝛ iudex tradat nos ministro) ꝛ exactori .i. maligno spūi ad vltiōeꝫ (qui mittet in carcerē) .i. in infernū ꝛ penā exigit ꝑ culpa quā suggessit. Uñ (nō exibit hō donec reddat nouissimū quadrantem) ꝛ minutum .i. luat etiam minima et leuiora peccata q̄a nichil erit ipunitū donec eī ponitur h̄ ꝑ nūq̄ꝫ vt sit abnegatiuū oīm tēporum sicut q̄nqꝫ oīm affirmatiuum vnde fm aug. nō significat finē pene sꝫ ꝯtinuationē

Augusti. miserie. Penā ergo gehēne tunc hō etiā ꝑ pctīs minimis ratione mortalis annexi sp̄ reddꝫ patiēdo ꝛ nūq̄ꝫ ꝑsoluet veniā ꝯsequēdo q̄r sp̄ punietur ꝛ luet neqꝫ vnq̄ꝫ venie locuo ibi erit vnde nunq̄ꝫ ad nouissimū quadrantē veniẗ q̄ semper soluitur ꝛ iō nūq̄ꝫ homo exibit q̄r ī inferno vbi locus venie non est nūq̄ꝫ erit redditio possibilis. Non loq̄ẗ h̄ de dyabolo aduersario nr̄o q̄r illi non ē cōsentiendum sed poti⁹ resistenduꝫ sꝫ h̄ loco aduersari⁹ nr̄ est primus offensus seu lesus cui debemus ꝑ satisfactioneꝫ debitam et ipsius placationē consentire ꝛ cum eo ꝯcordare vel quicūqꝫ alius nobis aduersatus cui beniuoli et begnini esse debemus. Uel aduersari⁹ noster est synderesis ꝛ ꝯsciā q̄ male nostre voluntati et ꝯ malum remurmurat ꝛ nos accusat testimonium nobis ꝑhibēte ꝯsciā cui debemus ad bonū ꝯsentire. Mistice etiā aduersari⁹ nr̄ est deus quādo peccamus q̄r nobis resistit cum ab eo peccando recedimus cui consentire debemus penitendo et eius voluntatem faciendo. Uel sermo diuinus qui peccare volētibus contradicit ꝛ nos peccantes arguit ꝛ accusat cui debem⁹ obedire a peccatis abstinendo et auertendo ac preceptis eius humiliter nos subdendo. Deinde subiungit quedā alia ad cōfirmandum q̄ḋ dixit supra .s. q̄ nō venit soluere legem sed adimplere et dat intellectū alteri⁹ precepti in lege. Iudei eñi ꝑ istud preceptū nō ꝯcupisces vxorem ꝓximi tui intelligebant signa exteriora tantū ꝓhibita vt sunt tactus impudici oscula ꝛ hmōi et sic exponebant non concupisces .i. signa ꝯcupiscētis non facies. Similiter ꝑ istō preceptū (nō mechaberis) intelligebāt actū mechie exteriorem tm̄ esse prohibitum et sic cōcupiscētia ꝛ voluntas interior latens oīmode in corde non expressa signo vł facto nullū erit pctm̄. Sed h̄ ē irrōnabile q̄r act⁹ exteriores vel signa nō habēt rōnē pctī nisi inq̄ntū sūt voluntarij ꝛ iō saluator hūc erroreꝫ excludēs dicit. Oīs qui vidit mulierem ad ꝯcupiscendū eā .i. ea intētione ꝛ aīo et hoc fine attēdens vt concupiscat eā q̄ḋ nō ē iā titillari sꝫ plene consētire libidini iam mechatus ē eam in corde suo vnde cris. Et si cōcupiero nec eā pl⁹ fecero cū adul

Crisosto. terio ero. Per legem ergo luxuria ꝑpetrata ꝑ auctoreꝫ vero mundicie luxuria cogitata dāṅatẗ. lex adulteriū dānat euāgelium vero etiā concupīaꝫ q̄ radix ē euāgelij adulterij punit vnde iohēs in lumbis sꝫ xp̄s ī pectore cinctus fuit. Et sciendum q̄ q̄dam ē ꝯcupīa ex subito motu sine deliberatione boni operis vel mali et sine consensu et dicitur ꝓpassio ꝛ h̄ ē peccatū veniale. Alia ē cū deliberatione aī ꝛ cum cōsensu ī delectatōē vel in opus ꝛ diciẗ passio ꝛ h̄ ē pctm̄ mortale. Dñs vero loq̄tur hic ḋ ꝯcupiscentia deliberata q̄ implicat in se consensum in delectatione vel ī opus. Cōcupīa ergo cū ꝯsensu ī aīo ē mortale pctm̄ etiā anteq̄ꝫ exp̄matur facto vel signo ꝛ q̄r visus ē ꝯcupie ꝓuocatiu⁹ iō fm ꝯsiliū ambro. auertamus ocu-

Ambro. los a vanitatibus ne q̄ḋ oculus viderit anim⁹ concupiscat. Uñ greg. ꝓuidēdū ergo nobis ē q̄r intueri nō dꝫ q̄ḋ nō

Grego. lꝫ ꝯcupisci. Ut n. munda mēs in cogitatiōe seruetur a lascivia voluptatis sue deprimēdi sūt oculi quasi q̄dem ra

Crisosto. tores ad culpam vbi ⁊ crisosto Qui studet elegantes fa
cies inspicere ipse fornacē sibi passiōis accēdit captiuam
faciēs animā ad opus quoqȝ celeriter adducit. Quid tā
h̄ qqȝ rūdent q̄ ausi sūt temere cohabitare virginib⁹ Hu
ius em̄ sanctiōe leg̃ mille sūt adulterioꝝ rei q̄tidie illas
ad ꝯcupiscēdum vidētes. Audiant h̄ q̄ sepius ad theara
festinant seqȝ ibi pene q̄tidie adulterij obscenitate cōma
culātes adulteros seipsos p̄ vnū quēqȝ diē faciunt et de
cē mille ꝯstruūt ꝑcussiōis occasiōes hec cris. Sȝ ꝯtra hec
Gregori. audi efficax cōsilium greg. Caro inq̄t cum ꝯcupiscit pē
setur q̄ d̄ sit examinis et intelligit q̄d amat. Nihil quippe
sic ad edomādum desiderioꝝ carnalium appetitū valet
q̄ȝ vt vnusq̄sqȝ h̄ qd̄ viuū diligit q̄le sit mortuum penset
hec greg. Et q̄ȝ domin⁹ dixerat ex visione mulieris me
chari videntem iō ꝯsiter docet abijcere occasionē que fa
cit hominē ruere ī talem consensū vt si oculus tuus dext
vel manus tua dextera scandalizat te .i. faciat te ruere in
p̄dictum consensū ȝ (erue eum) vel abscide eā nō mēbruȝ
sȝ membri abusum cohibendo ipsū membrum ab exerci
tio et affectu illicito (et ꝓijce abs te ex toto ānichilādo)
Expedit .n. (tibi vt pereat vnum mēbroꝝ tuorū) p̄dicto
modo .s. factum illicitū q̄ȝ vis delectabilē deferēdo q̄ȝ to-
Gregori. tū corp⁹ tuū cū anima (mittat̄ in gehennā) vn̄ greg. In-
Bernard⁹ tueri si debȝ qd̄ nō licet cōcupisci Et bern. Qui manum
mulieris tenet sciat se esse in vinculis diaboli. Attendāt
ergo multi q̄ȝ malum sit pulcras facies mulierum seu q̄
rumcūqȝ iuuenum intueri aut hoꝝ manus vel facies seu
quascūqȝ corporis p̄tes ꝯtrectare vel libenter cum eis fabu
lari q̄ȝ secūdū plures doctores eccl̄ie et religiose vite pa
tres talia designant interioris hoīs corruptionem ac
Augusti. q̄ndam ei⁹ molliciem ⁊ defectiōem Hic f̄m aug non p̄ci
pit̄ aliqd̄ membrū ad litteram erui sed occasio peccandi
Pōt em̄ esse occasio ex aspectu ⁊ tunc oculus scandali-
zat et cum bona sit intentione tunc scandalizat oculus
dexter. Vel potest esse occasio ex cōtactu ⁊ cuȝ bona intē
tione ⁊ tunc scandalizat manus dextera. Hmōi ergo si
scandalisant abijcienda sunt q̄ȝ fugiende sunt occasiones
peccandi. Et pōt accipi exemplum de visitatione bona
vel opere bono de genere ver. g̃. Si aliquis vadit ad col
legium mulierum causa predicationis vel consilij dandi
vel si dat elemosinā alicui mulieri ⁊ ex hoc ꝑcipiat occa
siōeȝ ruine sibi imminentis p̄ oꝛtum alicui⁹ familiaritatis
male vel temptationis periculose dȝ illud bonum de ge
nere dimittere ne tota congeries bonoꝛuȝ operum subia
Alanus. ceat ruine. Et iō dicit alanus. Si vitare velis venerem
loca tēpoꝛa vita: Et loc⁹ ⁊ tp̄s pabula donat ei Et ideȝ
Seneca. remedium est in oībus vn̄ seneca Qui deponere vult de
sideria reruȝ oīm q̄ruȝ cupiditate flagrauit et oculos et
aures ab his q̄ reliquit auertat. Et hoc p̄ȝ ex eo qd̄ dicit
ideȝ. Auarior redeo ambitiosior luxuriosior immo vero
crudelior quia inter hoīes fui. hec seneca. Vel accipe h̄
oculū ⁊ manum īteriorem .s. cordis qd̄ mēbrū dexterū h̄
dicit̄ compatiōe sinistri ⁊ exterioris .s. corporis fragilioris
Si ergo dextera scandalizat sinistra quid faciet vnde hie
Hiero. ro Cauendum est ne quod in nobis est optimum labat̄ ī
vitiū. Si .n. dexter oculus ⁊ dextera manus scandalizāt
q̄ntomagis ea que in nobis sinistra sunt. Si enim aīa la
Crisosto. bit̄ q̄ntomagis corpus qd̄ est ad pctā ꝓclius⁹ vnde ⁊ cris
Oculum h̄ vel manum n̄ corporis būani significat sȝ oculū
vel manum cordis .i. sensum male ꝯcupiscē ⁊ carnalis de-
siderij cogitationē quā ꝑ fidem celestem erui ⁊ abscidi a
cordibus p̄cipit vn̄ de mala ꝓcedunt. Unde hic magis mē
bra viciorum male mentis et praue cogitatōis excidere
nos domin⁹ p̄cipit ꝓpt̄ regnū celoꝝ ne dūantib⁹ vicis
et corp⁹ ⁊ anima .i. totus hōre⁹ efficiat̄ ignis eterni De
inde postq̄ȝ docuit alienam vxorē non esse ꝯcupiscendā
ꝯsiter docet suam nō esse dimittendā ⁊ dat intellectū cu
iusdā permissi in lege .s. de vxoris dimissione et libelli re
pudij datione credebant em̄ iudei q̄ȝ hoc eēt simplicit̄ li
citū sȝ est falsum q̄ȝ iō hoc p̄mittebatur non quia licitum

sed ad euitandū maius malum .s. vxoricidium. Mi⁹ em̄
malum erat vxores dimittere q̄ȝ eas interficere ⁊ iō non
erat licitum nisi ꝓpter fornicationem vxorem dimittere
In lege ergo moyses iussit dari libellum repudij ꝓpt̄ du
ritiam cordis maritoꝝ odio vxores suas hītium non di
scidium concedens sed homicidiū auferens ⁊ minus ma
lum p̄mittens vt maius abscideret ne mariti ꝓpter odiū
sanguinem funderent. Xp̄s autē iubet vxorē nō dimitti
debere (excepta fornicatiōis cā) q̄ȝ tūc ipsa vxor esse pri-
mo noluit q̄ fidem ꝯiugalem marito non seruauit. Tunc
enim licitū est eā dimittere q̄ȝtum ad cohabitationē ⁊ de
biti redditionē manet tū vinculum m̄rimonij per totam
eoꝝ vitam et ideo si dimissa nubet alteri ꝯmittit adulteri
um et sil̄r qui ducit eam. Quisq̄s tū cā fornicationis vult
Hiero. vxorem abijcere p̄us debet a fornicatiōe purgat⁹ esse q̄a
f̄m hiero q̄cq̄d viris iubetur hoc ꝯsiter redundat in femi
nas neqȝ enim adultera vxor dimittenda est et vir me-
chus tenendus Deinde postq̄ȝ docuit dominus nō esse ī
iuriam ꝓximo inferendam ꝓhibendo irā ⁊ ꝯcupiam con
sequēter docet ab iniuria dei abstinēdum ꝓhibendo per
iurium ⁊ iuramentū ⁊ dat intellectū cuiusdam p̄cepti q̄
ꝓhibetur ꝑiurium in lege veteri. Circa qd̄ errabāt iudei
credentes q̄ȝ solum iuramentū mendax esset prohibitum
⁊ q̄ȝ iuramentum illicitū esset seruandū ⁊ sil̄r q̄ȝ iuramen-
tum incautum qd̄ sine necessitate fit eēt licitū ꝓpt̄ qd̄ sal
uator dicit nō esse iurandū oīno .i. ex q̄cūqȝ causa vbi nō
excludit̄ iuratio necessaria sed īcauta. Justicia ergo pha-
riseoꝝ est non ꝑiurare hanc ꝯsurmat domin⁹ verans iura
re qd̄ ꝑtinet ad iusticiam eoꝝ qui intraturi sunt regnum
celoꝝ. Sicut enī falsum loq̄ non pōt q̄ nō loq̄tur sic ꝑiura
re nō potest q̄ nō iurat. Et sicut ī m̄ltiloq̄o nō deerit pec
catum sic nec in multiiurio ꝑiuriū. Sicut aūt de⁹ p̄cepit
sibi victimas legales offerri non quia ei placerent sed ne
eas ꝓut consueuerant idolis īmolarent sic infirmis con
cessit iurare per deum non q̄ȝ deo placet hoc fieri sed q̄ȝ
minus malum est de hoc deo q̄ȝ creaturis exiberi vnde
Hiero. f̄m hiero in lege preceptum est non iurare nisi per deum
non q̄ȝ bonum sit sed ne iudei pessima consuetudine iu-
rantes ꝑ creaturas crederent eas venerandas. Euange-
lium aūt nō recepit iuramentum cū omnis sermo fidelis
Crisostom⁹. ꝓ iureiurando sit vn̄ cris. Unde iurare nos prorsus non
conuenit q̄d enī vnicuiqȝ n̄rm iurare necesse est cum no-
bis mentiri oīno non liceat. Quoꝝ verba ita vera semp
ita debent esse fidelissima vt pro iuramento habeantur
Et idcirco dn̄s nō solum ꝑiurare sed etiam iurare nos ꝓ
hibet ne tunc tm̄ videamur verum dicere cum iuramus
et ne quos veraces ī omni sermone esse cōstituit putare
mus sine iuramēto licitum esse mentiri. Juramēti enim
hec causa est q̄ȝ oīs q̄ iurat vt quod veꝝ est eloq̄t̄. Et do
min⁹ inter iuramētum ⁊ loq̄lam nostrā nullam vult esse
distantiā. Quia sicut in iuramēto nullā conuenit esse per
fidiā ita q̄ȝ in verbis nostris nullū dȝ esse mēdatiū. Qd̄
vtrumqȝ ⁊ ꝑiuriū ⁊ mendacium diuini iudicii pena dam
natur Quisq̄s ergo n̄rm loq̄tur iurat q̄ȝ scriptū ē Testis
fidelis nō mentiet̄ vnde nō īmerito nō iurare sepe scri-
ptura diuina commemorat q̄ȝ deo qui verax est ⁊ noscit
q̄cq̄d dr̄ pro iuramento hr̄ q̄ȝ verum est oīne qd̄ loquitur
Seneca. hec cris vn̄ ⁊ seneca. Nihil interest an affirmes an iures
de religione ⁊ fide scias agi vbicumqȝ de veritate tracta
Augustinus tur Scd̄m aug q̄m ille iurat qui adhibet testem deum
ridiculū est putare vt nō iurauerit quis q̄ȝ nō dixit ꝑ de
um sȝ dixit testis est m̄ deus. vel ecce coram deo q̄ȝ non
mentior vel deus scit q̄ȝ non mētior. Precepit ergo dn̄s
non iurare oīno .i. iurare non oī mō .et in oī casu q̄ȝ h̄ est
incauta iuratio. Per hoc tū excluditur iuratio in neces-
sitate: q̄ȝ negatio ibi preponitur signo vl̄i affirmatiuo qd̄
equipollet suo ꝯdictorio sȝ postposita equipollet suo con
trario Hic enim nō dicit̄ oīno nō iurare q̄ȝ esset sensus q̄ȝ
in nullo casu eēt iurandum. quod ē falsum: q̄ȝ in aliq̄ casu
est iurandum ⁊ in aliquo non sȝ dr̄ hic (nō iurare oīno) .i.

hūt

iurare non oino id est non omni modo. et ideo non est sensus q in nullo casu sit iurandum. sz quãdocunqz deest necessitas et non est necessarium. et sic excluditur omne iuramentum incautum. Unde sm augu. Dñs non precepit non iurare tanq̃ oino illicitum: sed ne quisq̃ iurare appetat tanq̃ per se bonũ. et vt nullus iuret de facili absqz necessitate et dilabatur in periurium ex iurandi consuetudine. ¶ Ad hoc autem q rectum sit iuramentum tria requiruntur. Unum ex parte rei de qua iuratur: scilz veritas. aliter eñi non esset confirmandi ydoneitas. Alterum ex parte cause pro qua iuratur iusticia aliter enim non esset debita iurandi necessitas. Tercium ex parte iurantis scilicet iudicium siue discretio aliter eñi non esset debita periculi cautela. vnde in hieremia. Iurabis dicit dominus in veritate et iusticia et iudicio. Et non solum incaute iurare per deum est illicitum: sed etiam per creaturas inquantum in eis relucet virtus diuina ideo sequitur (Neqz per celum: quia thronus dei est) i. principaliter ibi relucet gloria dei (neqz per terram: quia scabellu3 pedum eius est) id est infima creatura sicut scabellum est inferior pars sedis (neqz per hierosolymam: quia ciuitas est magni regis) id est dei qui est rex regum et ad eius deputata ciuitas quia. s. est opus diuinum non tuum. quod probat: dicens (quia non potes facere vnum capillum album aut nigrum) Unde vult dicere sicut nec per deu3 non est iurandum. ita nec per creaturas. quia cum quelibet creatura sit opus diuinum. qui iurat per creaturam: iurat per deu3 Ideo etiã prohibemur iurare per creaturas ne creatura3 in honore diuine venerationis habeamus. vel ne putemus non esse periuriu3 iurare falsum p creaturas. et dum per creaturas iuramus nichil iurare et iuramentũ nõ obligare credamus. Fiunt tamẽ interdũ p cruces et euãgelia id est p eũ cui hec sunt dedicata. Et similiter fiũt p sctõ3 reliquias: q in his potius deum q3 sctõs veneramur a quo auctore omne bonum quod hñt eos hr̃e recognoscimus Qui aute3 iurare prohibuit. q uõ loqui opor3 docuit subdens (Sit aũt sermo vester. est est nõ nõ simplr̃ affirmando veritatem. et negando falsitatẽ. Unde duplicat vtrumqz vt qd̃ est intus in corde hoc dicatur foris in ore. Tunc est eñi sermo noster. est est non nõ. cu3 genuĩa veritate cordis et oris affirmamus vel negamus. Igitur sicut e in psciã ita sit et in lingua et sicut ẽ in re ita et in ore: et sicut est in ore ita et in opere. vt qd̃ ore affirmamus opibus pbemus. et quod verbis negamus factis nõ cõfirmemus (Qd aũt his abũdãtius) et amplius (est). s. iurare (a malo est) i. ab infirmitate et suspitione illius q sine iuramẽto nõ credit. Non dixit malum est. tu eñi facis malu3 qui bñ vteris iuratione que etsi non bona tñ necessaria est vt alteri psuadeas qd̃ vtiliter suades sz a malo et infirmitate illius est cuius infirmitate cogeris iurare: cum vides pigrum ad credendum quod ei vtile est credere. nisi firmet iuratiõe. Semp tñ est malum ibi ex aliqua pte. vel ex parte iurantis. qñ iurat sine necessitate. vel si requisitus iurat est ibi a pte requirentis. et hoc vel malum culpe. qñ requirit iuramentum sine necessitate. vel malum pene quia ex infirmitate humana: que est quedam pena generi humano inflicta pcedit q homines non credunt sibi inuicem simplici verbo absqz iuramento. Uerum igitur loquamur neqz id iurationibus crebris. sz mori in probitate cõmendemus Et in loquendo ore tñ vtamur qui quod ore amplius est: scz etiam ceteris artibus vti: a malo est. Ut eñi in prouerbijs dr̃. homo apostata vir inutilis digito loquitur. Stultus ergo est qui talem imitatur. et similiter digito: loquitur sed magis stultus est si etiam manu in qua plures digiti sunt loquatur. et p cõñs stultissimus est si etiã brachijs et humeris in loquendo vtatur. Si autem ad motum membrorum istorum accedit et motio capitis iam videtur quasi insano similis. Expedit ergo omĩa membra preter os in loquẽdo continere: ne inde scandalum ad alios possit quomodolibet deriuare.

Oratio.

Domine iesu xp̃e qui antiquis tẽporalia nobis vero eterna promisisti. vt nostra supabundet iusticia da michi corã tert primis sermone et ope lucere ac legem tuam non soluere sz superabundanter implere Custodi me ab ira et offensione proximi. vt munus cordis. oris vel boni operis quod tibi obtulero. acceptum sit in conspectu tuo. Concede michi clementissime deus. a concupiscentijs et aspectibus malis cauere omne iuramẽtum declinare: vt sicut a proximi sic et a tua iniuria valeam abstinere et tibi in oĩbus sp placere. Amen

¶ De patientia et largitate circa proximos exhibenda Capitulum. xxxv.

nus qui etiam ideo malus dicitur qr ad malum est pronus dat bona data sibi a deo scilz temporalia filio petenti multo magis pater noster celestis qui ex natura sua bonus et pius est per essentiam (dabit spiritum) id est bona spiritualia .s. gratiam et gloriam (petentibus se) nō renuentibus. Uocat autem omne donū spirituale spiritū bonū qr scdm aug. Spiritussanctus est primuz donum in quo oīa donantur Ubi aug. Non denegabit se penitētibus q̄ sponte obtulit se non penitentibus. Et preter hoc omnia qui proprio filio suo non pepercit sz p omnibus tradidit illum et dedit ad occidendum quō nobis non cuncta que petimus donabit. Dabit autem ea que petimus si tamen ea que precipit fecerimus. Et iterum. Qui vult audiri a deo prius audiat deuz Qua fronte postulas qd promisit deus si non facis quod iussit deus. Prius audi monitiones et sic exige promissiones. Qui a preceptis dei auertitur quod in oratione postulat non meret. Hec augustinus. ¶ Deinde ostendit per quid oratio a pte orātis exaudibilis sit et ad meritum exauditionis concludēdo subiungit (Omnia ergo quecunqz vultis) scz rōnabiliter et dictante caritate (vt faciant vobis homines) scz vtiliter et ordinate (eadē et vos facite eis) scilz loco et tempore. Qua enim fronte petis dnm tuum q̄ non agnoscis parē tuuz. Quasi dicat Si vultis petita accipere quesita inuenire pulsantes intrare ergo vos facite alijs q̄ vobis fieri vultis ab illis. Sz nec ab alijs expectetis quod illis nō feceritis. Ubi cris. Ac si diceret Si ergo cupitis audiri preter illa que dixi etiam ista perficite. Uidisti certe qr cum oratione opus sit etiam disciplina virtutum. Que vis tibi fieri a conseruo ea tu erga proximum inqt oñde Quid vnq̄ hoc precepto aut leuius inuenitur aut iustius hec criso. Et qr iusti faciūt hec omia iō multum valet orō iusti assidua. Justus qppe fortis turris et murus est in aduersis et se et alios defendit ab eis. Unde figura innumeris est vbi dicitur q̄ aaron stans inter mortuos et viuos deprecatus est et plaga cessauit et ab incēdio eos liberauit. Uñ et sup illo verbo Geñ. non delebo ppter decem dicit amb. Hinc discamus q̄ntus murus sit prie hō iustus Jllorum fides vos seruat iusticia ab odio diuino nos defendit vñ greg. Melius pugnat vir iustus orando q̄m innumeri preliatores pugnando orō enim viri iusti celos penetrat quō ergo in terris hostes nō vicat. Et nota q̄ cū dictū sit oīa hoc mandatū non implet q̄ aliqd talū omittit precipue q̄n illud facere pōt nisi maius bonum illud accuset. Quid ergo dicet de illis q̄ nō tm̄ omittendo sz alios multipliciter affligendo qd sibi nolunt fieri alijs facientes huius mandati trangressores efficiunt Dici potest q̄ perfecti tenentur ad vtrūqz .s. nichil taliuz omittere et nichil molestū quod sibi nollent alijs inferre Jmperfecti aūt tenent ad vltimuz sz nō ad primum nisi in casu necessitatis qr primuz in tali casu est precepti sed in alijs ē superogatōis. Cū ergo sit duplex preceptū legis naturalis vnū negatiuum de quo in tobia dr q̄ ab alio tibi oderis fieri vide ne aliquando alij facias aliud affirmatiuū de quo hic habet in hoc affirmatiuo negatiuum illud intelligit. vñ cris. Cum enim due sunt vie q̄ ducunt ad virtutem scz abstinentia mali et opatio boni hanc posuit per istam et illā significās Hec cris. Et istud affirmatiuum ad maiorē pfectionē obligat q̄z negatiuum et ideo rationabile fuit vt affirmatiuū poneret in noua lege que maioris est perfectionis Jbi malum facere intercidimur hic autez etiam malis bona facere iubemur. Quia enim caritas patiens et benigna est non tm̄ iniurias proximi fortiter sustinet sz eius q̄z grām benigne fuerit vt beneficijs ad amorem trahat. Perpende quante pfectiōis sit hoc mandatū cuius est affectus nō amantē beneficijs cogi ad amorem. Uñ non ait, put faciūt facite sz prout vultis vt faciunt vobis facite illis. Qui hanc regulam obseruaret nullum offenderet sicut a nullo vellet offendi et alijs bona impenderet sicut ab alijs vellet sibi impendi.

Qui enim cogitat vt ea alteri faciat que sibi ab altero fieri expectat pensat nimirum vt malis bona et bonis meliora exhibeat. ¶ Et declarans istius precepti preconiuz consequenter adiungit (Hoc est enim lex et pphete) .i. impletio legis naturalis qr hec lex naturalis scripta est in corde hominis et insita nobis per quaz quid sit virtus et vicium dinoscimus ac impletio legis mosayce et prophetice predicationis qr nichil dicruz videtur q̄z diliges proximum tuū tanq̄ teipsum qd tū ex dei dilectōe est faciendum. Quasi diceret. Jn hoc vno impleutur et ad hoc tendunt et propter hoc sunt et hoc docent lex et pphete et oēs sacre scripture oia em̄ precepta ordināria hoiez ad proximum nō sunt nisi quedam cōclusiones ex isto principio deriuate. Unde apls. Qui diligit proximum legem impleuit. Ubi et cris. Breui sermone oia que saluti ac fidei nostre erant necessaria dñs cōprehēdit vt ea q̄ nobis ab alijs fieri volumus ipsi q̄z alijs similiter faciamus. Jn q̄ mandato vniuersa precepta legis ac pphārum cōsistere dñs apte monstrauit dicendo hoc est em̄ lex et pphe. Nā quecūqz lex et pphete sparsim in oībus fere perūt scripturis in hoc cōpendioso cōtinentur mādato q̄si innūerabiles arborū rami in vna radice. Qui q̄ ab alijs nobis non nisi bona et vtilia fieri volumus ipsi q̄qz vicē grē amoris q̄z repēdere debemus vt precepta legis ac pphārum implētes retributionē fidei a dño cōsequamur hec cris. Jugū ergo dñi suaue est et onus eius leue vt in tā breui regula eius lex et precepta ad proximum cōpleant. Naz alio loco de duobus preceptis scilz de dilectiōe dei et proximi loquens non tm̄ ait lex pendet in his et pphe sz addidit totta lex et oēs pphete. Qd cū hic nō addidit seruauit locū alteri precepto qd ad dilectionez dei pertinet. Quidam tamen volunt q̄ cōprehendat etiaz dilectio dei siue qua non impletur caritas proximi qr nec proximus sine deo nec deus sine proximo diligitur. ¶ Considera nunc premissa dñi precepta et vide q̄z rarus sit q̄ obseruet ea. Precepti quidem affirmatiui hic in euangelio positi .s. omnia quecunqz vultis vt faciant vobis homines et vos facite eis nescio si obseruator aliqs possit hodie reperiri. Precepti vero negatiui in thobia positi scz quod ab alio tibi oderis fieri ne facias alij et si sint operarii sunt tamen valde pauci qr vt dicit cris. Nos econtrario omīa facimus hoibus que ipsi pati nolumus. Hoc quippe nō solum in secularibus sz et in quibusdam patet religiosis q̄ sepe in personis et rebus siue vtiles alijs subtrahendo siue de inutilibus se expediendo fratribus suis iniuriam faciunt sicqz in his et ceteris modis varijs ɔtra predictū dñi mādatum id faciunt qd ipsi pati nollent nec mirum si in futuro patientur quod nollent.

Oratio.

Domine iesu xpe q̄ docuisti nos facere omnibus misericordiam et nō iudicare quenq̄ da michi qd doces perficere vt tibi preualeā complacere hortarisnos vt oremus et vtiqz cōferre vis q̄ semper commones vt rogeris. Peto ergo qr iubes q̄ro qr precipis pulso qr iniungis. Qui me fecisti petere fac accipere qui dedisti querere da inuenire qui docuisti pulsare aperi pulsanti vt possit intrare A te habeo desiderare a te habeaz impetrare. Dona quod offeram custodi qd exigas vt velis coronare quod prestas Amen.

De arta via et ɔclusione sermonis. Ca.xl.

T quia multa et ad miranda dñs preceperat cūctisqz passiōibus suos esse liberos iusserat ne aliquis diceret qr importabilia sunt ista prorsus ac dura arta via est ista valde difficilis obseruationis sunt ista mandata subdit monitionem dicens (Contēdite ergo et sollicite satagite) intrare per angustam portam non per latam. Quasi diceret. Quamuis predicta sunt difficilia et angusta tamē meris

Augusti. | Crisosto | Ambrosi | Gregori. | Crisosto | Crisostom⁹. | Crisostom⁹. | Luce tridecimo et mathei septimo

toria sunt et sutroitus ad celestia. Et notanter dicit contendite quia regnũ celorũ vim patitur. et violenti rapiũt illud. Non enim potest fieri sine conatu magno q̃ homo terrenus fiat ciuis in celo. ¶ Et hec contentio est bona et sancta q̃lis fuit ĩ legione thebeorũ. inter q̃s erat de gloriose mortis acceleratione contentio. Sꝫ hodie ẽ contentio de aliis. quis de maioritate ⁊ excellentia de acquirẽda pecunia de iiuria remouẽda. et huiusmodi similia ¶ Deinde reddit monitionis dicte rationem: dicẽs. Ita ergo intrate per angustã portã nõ per latã (q: lata ẽ porta et spatiosa via q̃ ducit ad perditionẽ et multi sunt q̃ intrant per eã. Angusta vero est porta et arta via q̃ ducit ad vitã et pauci sunt q̃ inueniunt eã) porta ingressus ẽ quo ad incipientes via progressus est quo ad proficiẽtes vel deficientes. Et bñ dicit viã angustã et artã aliã vero latam et spaciosam. Nã ieiunare vigilare a carnis desideriis ⁊ voluptatibus abstinere propriã voluntatẽ nõ facere cui non videtur angustũ et artũ. At vero deliciose manducare et bibere ceterisqꝫ carnis desideriis et voluptatibus obedire. ac voluntati sue in nullo contradicere cui nõ videtur latũ ⁊ spaciosũ. Sed heu per latã viã q̃si omnes ĩcedimus. et de angusta pauci curamus. Vñ crisostom⁹: Cũ iussi sumus per angustã portã incedere per latã semper incedimus. Et quidẽ hoĩes seculi latã viã spaciosamqꝫ gradiantur nõ valde mirũ est. Eos aũt q̃ videntur sustulisse crucem suã et sequi xp̃m per hanc latã et spaciosam velle incedere non tibi prodigiũ videatur. Deniqꝫ monachi cum de monasteriis requirũt. et de locis habitationum percunctantur ante omnia inquirũt si requies sit in loco si abundent omnia. si aquarũ copia consluant. Sed et si de heremo requirat. etiam ibi ante omnia de requie tractãt et de oportunitate ministerii corporalis. Jam vero si ad aliquã dispensationem vocaueris aut aliquid ministerii diuini iiungere volueris prima statim sollicitudo eius et prima verba eius ista sunt. Si est ibi requies quo eundũ est si inueniantur ea q̃ necessaria sunt abundanter si nichil desit eorum q̃ lata via et spaciosa deposcit. Quid agis o homo quid loquaris. Artam viam et angustam iussus es ambulare vt quid de requie. vt quid de abundantia percunctaris. ¶ Per angustam ianuã transire iussus es vt quid amplos requiris ingressus. Est aliquid ista permutatione nequius est aliquid ista peruersitate deterius. Et quidem qui principibus seculi ministrant hoĩũ nichil requirunt sꝫ tm̃ si lucri habeat aliquid temporalis militie cuius locus. Quid si solum esse cognouerit ibi nullus refugitur labor nullũ periculum vitatur nulla indignitas excusatur. seruilia etiam si ab ingenuo deposcantur officia nõ negabit. Peregrinationes quoqꝫ longissimas periculosasqꝫ non respuet contumelias cruciatus permutationes temporũ fieret omnia spe lucri. Nec timet ne forte ab ipsa miserabili spe decipiatur ac decidat nec inmaturam peregrinis locis mortem ⁊ subitam pertimescit separationẽ suorum coniugis etiam ac liberorum absentiam tolerabiliter patitur non patrie nõ carorum mollitur affectu sed desiderio et cupiditate pecunie velut amens agitur et amore eius incensus nichil laboris sentit nichil doloris intelligit. Nos econtrario qui non pecuniam querimus sꝫ sapientiam nec terram sed celum petimus ⁊ ad celi diuicias festinamus quas neqꝫ oculus vidit neqꝫ auris audiuit nec in cor hominis ascẽderunt. Hec inquã querentes et pro his celo ipsi vim parantes inferre de requie corporis percunctamur. Vide illis quanto miseriores simus et molliores. Quid dicis o homo quid agis. Celum paras ascendere ⁊ regnum celi inuadere ⁊ interrogas ne qua tibi difficultas occurrat in itinere ne quid in via tibi asperum accidat aut laboriosum ⁊ non erubescis non pudore oppressus sub terram temetipsm defodis. Si enim omnia tibi mala occurrerent. Si vniuersa tibi pericula imminerent si conuitia si iniurie si ignominie si calumnie si gladius si ferrum si ignis si bestie si precipicia si fames. si egritudo si cuncta que dici vel cogitari possunt mala super te irruent dignum aliquod erat vt nõ tibi hec omnia pro tantis et talibus causis ridẽda prorsus ⁊ penit⁹ spernenda viderẽtur. Anilis animi metus hic ⁊ effeminate. Erit ergo aliquis ita abiectus ⁊ ita infelix ⁊ ita degeneris animi vt celum cupiens ascendere de terrena requie cogitet quam non solum requirere sed etiam paratam recipere iudeorum est. Non video carissime q̃ aliquis nostrũ vera ⁊ perfecta cupidine celestium teneatur. Aliõqñ omnia q̃ videntur esse grauia vmbras putaret et risum. hec de via lata crisosto. De via vero arta sic dicit Gregorius: Gregori⁹ Arta quippe bene viuendi cẽsura non est ampla via sed semita in qua quisqꝫ studiose cõstringitur qui sub preceptorum custodia solicite coangustatur. An non quasi quedam angustia itineris est in hoc quidem mundo viuere. sed de mundi huius concupiscentia nil habere. aliena nõ appetere. propria non tenere. laudes mundi despicere. ⁊ pro deo opprobria amare. gloriam fugere ⁊ despectum sequi. adulatores despicere. despicientes honorare. mala nocentium ex corde dimittere ⁊ erga eos dilectionis gratiam immobilem in corde retinere. Que quidem omnia semite sunt sed magne. quia quanto in hac vita pro ipsa viuendi custodia angusta sunt tanto amplius i eterna retributione dilatantur. Perfecta quippe scientia est ⁊ cuncta hec agere ⁊ de suis viribus scire se nichil posse. Unde ⁊ iohannes abbas montis synai: Joh. Attẽdamus nobis ipsis nequando artam ⁊ angustam viam ambulare dicimur ampiam et spaciosam tenentes curramus. Artam viam indicabit tibi ⁊ lucidabit tribulatio vẽtris statio ad vigilandum in orationibus per totam noctẽ mensura aque ⁊ panis penuria. subsannationes. derisiones. illusiones. decisio propriarum voluntatum ignominiarum poculum passionum ⁊ impulsionum patientia sub despectione esse sine murmuratione. violentia iniuriarũ lesus sustinere fortiter. detractione non indignari. contemptus ⁊ vilipẽsus non irasci iudicatus humiliari. Beati post dictam viam ingredientes quoniam ipsorum est regnum celorum. hec iohannes. Non autem te moueat quia hic dicitur (angusta est porta ⁊ arta via que ducit ad vitam) ⁊ dicitur iugum enim meum suaue ⁊ onus meum leue. quia sicut onus dicitur leue in comparatiõe ad mercedem licet in se sit graue sic presentia incommoda respectu glorie future. Itaqꝫ lata dici potest hec via quia in amore celestium cor dilatat cogitantium quoniam nõ sunt condigne passiones huius temporis ad futurã gloriam que reuelabitur in nobis. ⁊ angusta quia amorem terrenorum angustat ⁊ a terrenis hominem alienat. vnde scdm Crisosto. Crisosto. Arta est via ⁊ angusta ⁊ nichilomin⁹ leuis ac facilis quia cuncta aspera vite huius pertranseunt ⁊ quia ad bonum finem scilicet ad vitam perueniũt. Temporale sudorum ⁊ perpetuum coronatorum. Et q: prius sunt laboriosa que transeunt ⁊ postea gloriosa que permanent maximum potest laborum esse solatiũ. Igitur ⁊ si in se difficile sit quod iubemur tamen faciendum est vt ad gloriam peruenire mereamur. Qui enim non compatitur non conregnabit nec coronabitur nisi qui legitime certauerit. Et iterum. Si quis viam laboriosam existimat suam desidiam accusat. Si enim nautis pelagi fluctus si tempestates atqꝫ hyemps agricolis si vulnera cedesqꝫ militibus si grauissimi ictus plageqꝫ pugilibus leues videntur ⁊ tolerabiles sunt propter spem temporalium ac pereuntium commodorum tanto magis cũ celum preparatur in premio nichil ex presentibus asperitatibus debet sentiri. Nec aspicias q̃ via est aspera sed qm ducit nec alia quia lata est sed vbi desinit. Hec criso. Quõ autem domini precepta nobis nõ difficilia ⁊ onerosa sed magis facilia ⁊ leuia esse videãtur docet adhuc idem criso. dicens. Has ergo q̃ dicta sunt ne vltra inobedientiam contẽptione foueamus maxime cum premiat

voluptatē habeant in se et vtilitatē ipsa precepta. Que si molesta et onerosa plerisq̄z et ingentis cuiusdā videntur laboris intellige propter christū te illa suscepisse faciendā et qd videt esse triste iocundissimum iudicabis. Si enim cogitationem hanc semp habuerim⁹ nichil experimur onerosum sz ex diuerso plurimaz vndiq̄z capiemus voluptatem. Siquidem labor ipse non amplius labor apparebit sed quantomagis intenditur tantodulcior te voluptuosior fiet. Quando igitur te cupiditas pecuniarz aliouimq̄z obsederit ꝯsuetudo vitioꝝ ipse ad aīam tuā loquere. Tristaris qz te corporis voluptate defraudo sz letare potius qz celorum tibi regna prouideo. Non eniz ꝓpter hominem sz ꝓpter deum ista operaris. Paululum igitur expecta et videbis q̄z sit commodū grande gratuz Disce presentis vite pondera magnanimiter sustinere et ineffabili apud deum fiducia ac liberalitate gaudebis Si enim ista semper nostre inculcemus anime celeriter ab omnibus illā vitijs subtrahemus. Unde illud a te ac solum requirit deus vt aduersus hostem feras inimicicias pro honore regis et tua salute suscipias. ¶ Itaq̄z si ei istud obtuleris omne iam bellum ipse conficiet. Ita etiam illa que importabilia nunc putamus facilia prorsus ac leuia amabiliaq̄z ducemus. Quamdiu enim in vitijs pmaucinus asperam atq̄z difficilem et omnino arduam opinamur esse virtutem ipsa vero vitia desiderabilia prorsus ac dulcia. Si autē vel breui illa tempore deserim⁹ tunc et hec horribilia et turpia et virtus delectabilis apparebit ac facilis. Hec autem ex illis habunde valemus addiscere q̄ vitam suam facta in melius conuersione mu-

Seneca.

tauerunt. Hec Cris. vnde dicit et Seneca. Quedam nō quia difficilia sūt nō audemus sed nō audemus difficilia sunt. Et quia dixit paucos esse qui inueniunt angustam portā et artā viam ne heretici et peruersi homines falsitatē apparentia virtutū palliantes ⁊ se plurimūq̄z paucitate commendantes se nomine paucitatis supponant et simplices in via dei ambulantes decipiant statim subiecit dicens (Attendite) i. attente et diligēter cauete (a

Hylari⁹.

falsis prophetis) vnde Hylarius. Quia paucorum est inuenire artam viā fraudulentiā eorum qui se eam inuenire mentiuntur exponit: ne ab illa nos impediant. (Attēdite inq̄z a falsis prophetis) i. a deceptoribus hereticis. simulatis ypocritis falsis fratribus religionis speciem

Moralr.

pretendentib⁹ et huiusmodi. Moraliter tres falsi ꝓphete sunt caro mundus diabolus. Ille enim dicitur falsus ꝓpheta qui vnū predicit ⁊ premittit ⁊ aliud euenire solet sicq̄z homines decipit ⁊ fallit. Primus ergo est cōcupiscentia carnalis promittens delectationē et soluens eternam afflictionem. Secundus est cupiditas mundialis promittens sufficientiam et soluens finalem inopiā. Tertius est dyabolus siue superbia secularis promittēs exaltationem et soluens futuram abiectionem quia qui se exaltat humiliabitur. Potest etiā hoc exponi de omnibus demonibus se in angelos lucis vt iustos decipiāt transferentes. Unde dicit Johannes nolite credere omni spiritui sed probate spiritus an ex deo sint (Qui veniunt ad vos) scilicet decipiendos (in vestimentis ouium) i. sub specie religionis in conspectu hominum similes in sticie ministris in habitu humili et oratione prolixa in ieiunio arto in elemosyne largitione in verbis blandis ceterisq̄z religionis signis quia pretendunt simplicitatem simulant mansuetudinem ostentant humilitatē fingūt suam ad populum humilitatem habentes secundum apostolum speciem pietatis virtutem autē eius abnegātes vnde subiungitur (Intrinsecus autem) scilz in corde et voluntate decipiendi (sunt lupi rapaces) qz cum specie virtutis sint induti vite tñ prauitate sunt corrupti et ideo magis cauendum ne rapiendo vilansens vos blan

Crisosto⁹

dicijs et simulationibus. Unde eñ ait cris. Nulla res sic exterminat bonum sicut simulatio nam malū sub specie boni

Hieroni.

celatum dū nō cognoscitur non cauet. Ubi hiero. Et de

omnibus q̄dem intelligi pōt qui aliud habitu ac sermone ꝓmittunt aliud opere demonstrant. Sz spāliter de hereticis intelligendum est qui videnꝭ continentia castitate ieiunio quasi quadam pietatis veste se circundare intrinsecus vero hābites animū venatum simpliciorꝫ fratrum corda decipiunt hec Hiero. Et qz isti falsi ꝓphete non pñt cognosci ex apparentia exteriori ideo ostendit vñ debeant cognosci s. a fructibus et operibus. Cū eñ alteri sint exterius in conuersatione alteri interius in affectione et ita difficile cognoscantur tñ (a fructibus eorū) i. operibus (cognoscetis eos) scz finaliter non tñ oībus licet bona ⁊ laudabilia opera videantur alijs sz q̄busdam ⁊ maxime per impatientiam eoꝝ tpe ꝑsecutionis ⁊ aduersitatis qz de facili in tpe temptationis recedunt ⁊ pro simulata iu-

Augustinus

sticia pressuras non sustinent. Sed vt dicit aug. Uestimēta religiosa sine bonis operibus non solum remediuz habere non poterunt sed etiam iustum dei iudiciuz sustinebunt vt enim dicit Seneca. Malus vbi bonum se simu-

Seneca

lat tūc pessimus est. Igitur vt idem Seneca dicit qa sis interest non quid habearis ¶ Deinde probat quod proposuit exemplo particulari qz spine et tribuli ac vitis et ficulnea cognoscuntur districte ex fructibus diuersis ergo et homines. Non eñ (colligūt de spinis vuas aut de

Crisostom⁹.

tribulis ficus) Ubi criso. Quod vero dict hmōi est. Nichil habent mansuetum nichil mitte nichil dulce vsq̄z ad pellem sunt oues ideo qz facilis est cognitio vt neq̄z de ꝯtingenti dubites hec cris. Noīe spine pōt intelligi carnalis cōcupiāq̄ sp ardet ⁊ nunq̄z cōsumiꝭ noīe tribuli spūalis malicia q̄ plena est punctionibus petōꝝ noīe vue seruor vite actiue nomine ficus dulcedo vite contēplatiue. Ex cōcupiscentia ergo carnis nō colligiꝭ bona actio que requirit corpus spūi obediēs ⁊ subiectū nec de malicia cordis contemplatio que reqrit cor deuotū ⁊ pacificum qz in maliuolā aīaz non introibit sapīa q̄ ad contemplatiuam nec habitabit in corpe subdito petis q̄ ad actiuam q̄ ministerio corpis exercetur. ¶ Deinde confirmat hoc idez exemplo generali qz sicut vna queq̄z arbor ex fructu suo cognoscitur ita vnusquisq̄z hō ex fructibus et operibus suis cognosci pōt. Ideoq̄z non dixit a folijs eoruz i. verbis sz (a fructib⁹) i. opib⁹ (cognoscetis eos) Si eñ verba attendimus nō facile boni discernunꝭ a malis sz q̄ in verbis nō discernunꝭ in opibus comprehēdunꝭ si fideles sunt si mites si patientes si humiles si casti si auariciam oderit ⁊ similia que enumerare longū est. Cognoscenꝭ ergo falsi ꝓphete a fructibus suis qñ etsi aliqū bonum aliqd facere videanꝭ s. elemosynam orōnem et ieiunium ⁊ hmōi tñ qz vel ꝓ lucro vel ꝓ laude faciunt eoruz simulatio diu non pōt celari. Quāuis enim inscrutabile sit cor homīs pōt tñ humano iudicio maxime longo tpe cognosci ex actibus ⁊ opibus q̄ vocat fruct⁹ qz q̄lis vnusquisq̄z est talia dicit et operatur. Unde lz mali ⁊ viciosi maliciam suam operiant aliq̄ tpe⁊ openꝭ bonū ex genere tñ non est bene possibile qn openꝭ q̄nq̄z scdz inclinationem

Seneca

sue malicie. Unde seneca. Nemo pōt diu ferre personam ficta cito in naturā suā recidunt q̄bus veritas nō subest qui autem ex solido nascunꝭ tpe ipso in melius ꝓficiunt Detegitur etiam error q̄nq̄z tpalis commodi tēptatōe ꝑsecutionis tpe et si fingāt hūilitatem ⁊ bona opa tpe prosperitatis cū honoranꝭ detegeꝭ tñ eoꝝ superbia cum aduersis tanguntur et honor subtrahiꝭ. Possūt etiā cognosci qñ consecuti sunt ea ꝓpter q̄ operādo laborauerūt vt dignitates et hmōi qz sepe postmodum cessant operari vñ

Augustinus

Augu. Quecunq̄z in factis vel dictis apparere non potuerunt tēptatōnibus aperiunꝭ ¶ Tēptatio aūt duplex est aut in spe adipiscendi aliquod commodū tpale aut in timore amittendi. Cum eñ aliq̄bus tēptatōnibus ceperint ea ipsa illis subtrahi vel negari que isto velamine vl consecuti sunt vl consequi cupiunt tunc necesse est vt appareat vtrū lupus in ouina pelle sit an agnus in sua hec augustinus. Insuper et in hoc cognoscuntur qz simpli-

ces opprimũt maioribus detrahunt minime redarguũt correctionẽ impugnãt nõ faciunt qđ dicunt. in dignitatibus se iactant in bonis inceptis fastidiunt in aduersitatibus murmurant et maxime per impatientiã in aduersitatibus vt supra dictum est cognoscunt. Ubi nota qꝛ hõ nõ loquitur ita expresse nec ita ꝓprie sicut in lingua ꝓpa. Sunt aũt aliqui qui faciunt sicut auis in capola que mutat linguã ꝓpriam ⁊ fingit vocẽ hoĩm vel aliarũ auium et licet qñ bene scit sibi hoc faciat tñ si aliquis eam in pede leserit vel alibi dolorẽ senserit vel quicq̃ contra voluntatem receperit statim ad vocem ꝓpriam reuertitur. Sic multi qñ sunt in prosperitate vel qñ bene fit eis mutant vocem ꝓpriam deum laudant adulatiõibus seruiũt sed si sint in aliqua aduersitate vel aliquo modo ledant statim ad linguam ꝓpriam scꝫ ingratitudinem impatiẽtiã ⁊ huiusmodi reuertuntur. Et bene dixit qꝛ ex fructibꝰ cognoscuntur nam (omnis arbor bona) id est homo bonus habens voluntatẽ bonam (fructus bonos) i. opera bona ⁊ vite eterne meritoria (facit. mala aũt arbor) id est homo habens voluntatẽ prauam (fructus malos) i. opera mala et demeritoria (facit) Nam actus interior voluntatis

Ambrosius. Crisostomꝰ

causa est imediata actus exterioris. Et ideo vt amb dicit Effectus tuus operi tuo nomen imponit. vñ fm Criso. Uoluntas est aut que remuneratur pro bono aut condemnatur pro malo. opera aũt testimonia sunt voluntatis. Et vere ita est qꝛ (nõ potest arbor bona) inq̃tum hmõi (fructus malos facere neqꝫ arbor mala) inq̃tum hmõi (fructus bonos facere) Istud enim cõposite intelligendũ est quia (arbor bona) manens bona (nõ potest fructus malos) et demeritorios (facere et arbor mala) manens mala (nõ potest fructus bonos facere) id est meritorios vite eterne. Et ideo si homo bonus facit fructus malos iam bonus nõ est et si malus vult bona operari bonus primo fiat. Et vere bona arbor bonos fructus facit et mala malos qꝛ bonus homo de bono thesauro cordis sui i. de bona intentione et voluntate que sicut thesaurus absconditus latet interius in mente profert bona verba scilꝫ ⁊ facta et malus homo de malo thesauro i. mala voluntate et intentione profert mala. scilicet verba et facta qꝛ contrarie cause habent contrarios effectus. Nam fm bedã

Beda.

idem est thesaurus cordis qđ radix est arboris ⁊ quod de corde profertur idem est qꝛ arboris fructus. Unde ⁊ Remigius.

Remigius

Thesaurus cordis intentio est ex qua deus iudicat opera vt aliquãdo minora maior: aliquando maiora minor merces sequatur. Magnum donum dei est bona voluntas et prestantius super omnes res terrenas. Uñ aug. Bona voluntas est qua appetimꝰ recte honesteqꝫ

Augustinus

viuere et ad summã sapientiam peruenire. Uoluntatem quisqꝫ cum habet bonã idcirco habet quod terrenis omnibus regnis voluptatibusqꝫ omnibus corporis longe anteponendũ sit. Quisquis autem nõ habet caret profecto illa re quam prestantiorem omnibus bonis in potestate non constitutis sola illi voluntas per seipsam daret. Et iterum. Si desit facultas nõ queritur nisi voluntas. Hec aug. Arboris ergo bone radix est voluntas gratia diuina informata folium cogitatio. flos sermo. fructus opus. Arboris vero male radix est voluntas gratia dei destituta cuiꝰ cadunt folia marcent flores putrescunt fructus que ex bona arbore nõ possunt procedere. Et merito qđ de bono vel malo corde procedit bonus vel malus debet iudicari fructus ex abundantia enim bonitatis vel malicie cordis que intus latet os exterius loquitur verbum dictionis et operis. Ex interiori enĩ homine procedit exterior effectus tam in verbis q̃ in factis ac verbum et factum exterius testimoniũ cordis est et significatiuũ conceptus interioris. Per oris enim locutionẽ vniuersa que dicto vel facto vel cogitatu de corde proferuntur dñs voluit significare. nam moris scripturarum est verba pro factis et rebus ponere. vnde in Ezech. Non fuit verbum quod nõ ostenderim eis qui vtiqꝫ rerum ⁊ non verborum caldeis reuelauerat archana. De ore autẽ hic specialiter exemplificat qꝛ per os cor maxime manifestatur eo qꝛ verba in signis principatũ tenent fm aug. Deꝰ au-

August.

tem fm os omnia cordis diiudicat qui ex qua intentiõe verba procedunt nõ ignorat. Et notanter dicit (ex abũdantia cordis os loquitur) qꝛ plus intus est q̃ effunditur. Sicut fumus ab igne surgit sic olla ebulliens redundat. Uñ criso. Naturalis enim cõsequentia est vt cum intus

Crisosto.

abundat nequicia effluant oretenus verba nequã. Quare cum audieris hoĩem perniciosa et inhonesta loquentem nõ tantã putas in eo latere nequiciã quãta verbꝭ eiꝰ exprimitur sed multo ampliorẽ conijcere esse fontẽ. Quod enĩ exterius dr supfluũ est eius qđ intꝰ est. Lingua q̃dem cõfusa multa stiẽs nõ repente effundit nequitia. cor autẽ nullũ hoĩm habẽs testem sine timore quecũqꝫ vult parit mala. dei enim nõ multa cura est ei. Hec sñia ⁊ similitudo de arbore hic ponitur ꝯtra ypocrisim spãliter scribarum ⁊ phariseoꝝ sꝫ ĩtra etiã ponit ꝯtra eoꝝ maliciã et blasphemiã qua dicebãt xp̄m in beelzebub eijcere demonia. Et ne tepidi putẽt se esse imunes a pena qꝛ a malo abstinẽt aliena nõ rapiunt sine querela viuũt tñ bona non agunt proximis non cõpatiuntur sua egentibus non tribuunt ideo additur (oĩs arbor que nõ facit fructum bonũ excidetur) id est sententia iudicisa cõsorcio oĩm bonorum ⁊ numero fideliũ separabitur et sñie executiõe ab angelis messoribus (in ignẽ) eternũ gehẽne (mittetur) vbi minatur dñs infructuosis penam damni qꝛ excidẽtur a terra viuẽtium et penã sensus qꝛ mittẽtur in ignẽ eternũ. Nec exprobrabit dns qꝛ mala fecerint sed qꝛ bona non egerunt. dicens. esuriui et nõ dedistis michi manducare. ⁊c. Et sciendum qꝛ fructus cordis sunt contritio. diuine legis meditatio bñficioꝝ dei recordatio. mortis memoratio. proximi ꝯpassio. Fructus oris oratio predicatio. gratiarum actio. cõsiliũ fratris enarrãtis correctio. ignorãtis instructio. Fructus opis sunt pnĩa elemosyna obedientia. obsequioꝝ diligẽtia difficilium tolerantia. Sed ne putemus ad fructus ia ꝑtinere si quis dicat dñe dñe. et ex eo nobis arbor bona videatur esse subiungit. Quid autem vocatis me dñe ⁊ nõ facitis q̃ dico q̃si vellet dicere ypocritis ⁊ specialiter scribis ⁊ phariseis. Uos estis arbores habẽtes folia sine fructu ⁊ verba sine opere ⁊ ideo maledicti tales sunt sicut salices folia similia oliuis sed fructu carentes. Tantũ enĩ est inter dicere ⁊ facere q̃tum inter folia ⁊ fructus. Deinde ostendit qꝛ ad salutem non sufficiunt verba cõfessionis sed qđ exigitur executio diuine voluntatis dicẽs (nõ omnis qui) verbotenꝰ noie tñ (dicit michi dñe dñe) cõfitendo fidem catholicã (intrabit in regnũ celoꝝ) cõfessis enĩ fidei sine operibꝰ nõ sufficit ad salutẽ qꝛ talis fides mortua est sicut illoꝝ q deũ ore confitentur factis aũt negant. Sic modo plurimi i. ofoe positi verbotenus ⁊ noie tãtũ dicunt dñe dñe. cor aũt eoꝝ longe est a deo Ypocrite etiam dicunt hoc facto sanctitatem exteriꝰ simulantes coram ppl̃o. Sed qui facit voluntatem patris mei qui in celo est ipse intrabit ĩ regnũ celorum. Hi enim sunt fructus boni ⁊ bone arboris i. facere voluntatem patris cꝰ faciende seipsũ prebere exemplum dignatꝰ est. Quid enĩ meriti est dño dicere dñe dñe Numquid dñs non erit nisi fuerit dictꝰ a nobis. Uere dicere dñe dñe vel dominꝰ iesus ẽ corde credere ore ꝯfiteri opibus attestari. Nã vnum sine alio negare est vt enĩ ait aug. Credere in deum ẽ credendo amare et diligere cre-

Augusti.

dendo in eum ire et eius mẽbris incorporari. Et notandũ qꝛ hec videntur immediatiꝰ facere voluntatẽ dei i. super omnibus agendis sustinendis ⁊ habendis ei se cõformare et inde quies mentis faciem diuinã intuentem sꝑ vt presẽtem intueri et inde reuerẽcia pudor et disciplina intus et extra bonitatem gratuite liberalitatis dei libenter considerare sepius actualiter aduertendo inde amor gratuitus et confidentia de futuro sꝑ attendere ad edificationẽ proximi. omne verbum et opus premeditari sepius

flecti. ¶ Et ne decipiamur non solum nomine xpi per eos qui nomen et non facta habent sed etiam quibusdam factis et miraculis adiungit et dicit (Multi dicent michi in illa die) notabili et famosa terribili impiis et blanda piis scilicet die extremi iudicii qui secundum cris. loquentur corda et tacebunt ora qui non persona interrogatur sed conscientia discutitur vbi non erunt testes adulatores sed angeli veraces (Domine domine nonne in nomine tuo) .i. in virtute et inuocatione nominis tui (prophetauimus) .i. propheticum sermonem protulimus et occulta denunciauimus (et in nomine tuo demonia eiecimus) ab obsessis (et in nomine tuo virtutes multas) .i. miracula (fecimus) his similes

Crisosto

sunt boni docentes et male viuentes vbi cris. Illi quippe quia contrarium expectationis sue finem videbunt quia hic fuerunt mirabilia faciendo conspicui ibi autem se intelligent puniendos quasi stupentes dicent atque mirantes (Domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus) quemadmodum nos aduersaris modo. Quia ibi vult nouus iste finis nec a nobis aliquando preuisus. ¶ Deinde subiicitur sententia iudicis tales reprobantis et abiicientis (Et tunc) inquit (confitebor) et dicam (illis nunquam) in predestinatione (noui vos) .i. noticia approbationis sed reprobationis. Illos enim deus dicitur scire quos approbat illos vero nescire quos in sua dilectione non approbat vt ait aug.

Augusti.

Scit reprobos quos cognoscendo iudicat non autem approbat voluntatem que ab ipso discordat vt dicit

Beda

beda noticia scripturarum deo noui facit quem operum iniquitas obtutus eius ostendit indignum. Et tandem eos propter opera iniquitatis abiiciendo subiungit (discedite a me) vos non glorificantes (qui operamini iniquitatem Discedite) .i. diuisi per iniquitatem cecate in eternam damnationem non cognoscit nisi eum qui operatur equitatem a deo qui vbique est iubentur recedere quia licet sit vbique per presentiam deitatis non tamen vt obiectum beatitudinis Dicit autem in presenti qui operamini quia affectus ma-

Hieroni.

lus adhuc remanet in eis vt hiero. Non dixit qui operati estis iniquitatem ne videretur tollere penitentiam sed qui operamini hoc est qui vsque in presentem horam cum iudicii tempus aduenerit licet non habeatis facultatem peccandi tamen adhuc habetis affectum vnde et cris. Non dicit qui operati estis

Crisosto

sed qui operamini quia iniqui post mortem non desinunt esse iniqui quia et si peccare non possunt peccandi tamen voluntatem non amittunt. Nam mors animam quidem a carne separat anime autem

Crisosto

propositum non immutat. Igitur vt ait cris. Voluit dominus hoc loco asserere quod fides absque operum sanctitate nil valeat et non modo fides sed nec ipsa quidem cuiuspiam mirabilia profutura sunt si ea operatus fuerit absque possessione virtutum quia neque fides neque mirabilia quicquam valent si non assistat vita et iterum nusquam in opere signorum et mirabilium beatitudo ponitur sed in expletione mandatorum et perfectione. Qui signorum et mirabilium iudiciis probari vult non potest probus videri. Vita enim et actus probi etiam sine signis et mirabilibus merentur coronam iniqua autem conuersatio etiam si signa et prodigia fecerit supplicia non euadet hec cris. ¶ Notandum quod hic miraculorum operatio quandoque prouenit ex merito inuocantis nomen domini quandoque ex merito illius super quem inuocatur quandoque nec ex merito huius nec ex merito illius sed ob vtilitatem assistentium vt videntes hoc deum honorent et in xpm credant quandoque ad damnationem inuocantis et presentium vt videntes non videant et videntes ceci fiant quandoque etiam in elationem et vanam gloriam extollit vel aliquo alio modo facienti nocet. non mireris ergo si quandoque iniqui prophetent aut miracula faciant. quia iste sunt gratie dei gratis date que dantur principaliter ad communem vtilitatem ecclesie et raro ad vtilitatem singularis persone et ideo aliquando per malos homines a deo nobis datur ad inuocationem nominis xpi non propter merita inuocantium sed ad declarationem virtutis xpi et confirmationem fidei licet ipsi inuocantes sint mali sicut bona elemosyna aliquando datur a bono domino mediante malo seruo. Bonum ergo sectemur malum omne vitemus totoque affectu preceptis celestibus obtemperemus ac talibus officiis cogniti dei simus agentesque potius quod vult quam quod possit gloriemur. ¶ Et quia dominus repellit ipsum contemptores ore et opere legem suam non implentes concludit inutilitatem auditus vbi non sequitur opus et amonet nos vt xpi doctrinam opere impleamus ne cum operariis iniquitatis ab eo discedamus quia inutilis est legis auditio nisi sequatur operis impletio. Vnde concludit totum sermonem cuius conclusio quam terribiliter inferatur valde attendendum est (Omnis ergo) inquit nullo excluso (qui audit) aure interiori intelligendo (verba mea hec) que locutus sum in aperto (et facit ea) affectu caritatis opere adimplendo (assimilabitur viro sapienti) sibi in futurum prudenti (qui edificauit domum suam) .i. bonorum operum constructionem (supra petram) .i. xpm omnia opera sua faciens propter ipsum talis enim facit opera bona de genere et recta intentione que duo requiruntur ad impletionem legis euangelice Non enim quisque firmat quod audit vel percipit nisi faciendo et opere implendo Et quia petra est xps ille in xpo edificat qui quod ab illo audit facit (Descendit pluuia) .i. temptatio carnalis lasciuie et concupiscentie (venerunt flumina) mundane cupiditatis et auaritie (flauerunt venti) dyabolice vanitatis et superbie (et irruerunt) per impetuositatem et importunitatem temptationum (in domum illam) .i. edificium virtutum in xpo constructum sed non diruerunt eam (nec cecidit) a stabilitate virtutis succumbendo temptationibus istis (fundata enim erat) finaliter radicaliter et perseueranter per fidem spem et caritatem (supra firmam petram) et solidam .i. xpm non in terrenis Tangitur ergo hic triplex temptationum differentia in qua significantur et consistunt omnia temptationum genera potest etiam dici quod quedam sunt temptationes voluptatis et concupiscentie carnalis que designantur in pluuia que guttatim cadit et emollit alie sunt aduersitatis et tribulationis que significantur per flumina que cum impetu veniunt alie sunt persuasionis siue per minas siue per blandicias humanas siue per suggestiones dyabolicas que designantur per ventos. horum autem omnium que prosperitatibus inducitur aduersitatibus frangitur Quorum nichil metuit qui fundatam habet domum supra petram .i. xpm cui innititur in obseruatione preceptorum .i. qui non solum audit precepta domini sed etiam facit et his omnibus periculose subiacet qui audit et non facit non enim quicquam stabile fundamentum habet nec firmat in se que dominus precipit vel ipse audit nisi ea fecerit. Vnde contrarium ait. Et per oppositum (Omnis qui audit verba mea hec) supra dicta (et non facit ea) sed contemnit (similis erit) in culpa (viro stulto) et malo (qui edificauit domum suam) .i. edificium operum suorum (supra arenam) .i. amorem terrenorum mobile et instabile fundamentum quod facit omnis qui contemptis celestibus non cessat inhyare terrenis et qui intentionem suam super aliud quam super ipsum deum ponit. quia omnis creatura mutabilis est Arena cupiditati terrenorum comparatur quia sterilis sic qui amat diuitias frui non potest quia fluida sic transeunt omnia velut vmbra quia fluctibus concussa sic in mundo est pressura. Item per arenam congregationem malorum significat quia innumerabilis per multiplicitatem quia discoherens per dissensionem quia sterilis ad bonorum multiplicationem et ideo sequitur casus in peccatum (quia venerunt) supradicta mala temptationum (et irruerunt) subito impetu et simul (in domum illam) male fundatam (et cecidit) per culpam (et facta est ruina eius magna) quia ruit vsque in gehennam. Primo ruit in foueam culpe et postea in foueam gehenne que est ruina magna quia omnino irreparabilis omnis conscientia que spe fixa in deo non permanet in temptationibus subsistere non valet et tanto amplius agitatur quanto plus in his que mundi sunt a superioribus disiungitur. Vnde beda. Mani-

Beda

festum est quia ingruente quolibet temptatione mox et vere mali et ficti boni peiores fiunt donec ad extremum in perpetuam labantur in penam. vbi et cris. Et facta est inquit ruina eius ma-

Crisostom⁹.

gna. Neque enim exiguarum leuiumque rerum periculum est sed de anime discrimine de immortalibus suppliciis deque celestis regni amissione res agitur hec cris. Nec tamen semper audiens verbum dei et non faciens cadit in illam periculosam ruinam sed duplici distinctione opus est. Vna ex parte audientis quia is qui audit verbum dei aut omittit facere ex contemptu et tunc locum habet similitudo proposita aut ex fragilitate et tunc non. Alia est ex parte verbi dei quia ea verba que quis

audit. aut sunt verba necessitatis ad salutem sicut precepta euāgelica et tunc similitudo habet locū. aut sunt verba consilij et superogationis ꝛ tunc nō nisi quātum ad pfectos ¶ Moraliter domus iusti cui⁹ edificatio est bona cōsciētia ꝑtinet ad bonoꝝ operū pfectionē fossio ad cōtemptū terrenoꝝ siue pauptatē fūdatio ad meditationē celestiū et amorē impulsio ad temptationū impugnationē imobilitas ad finalē perseuerantiam. Domus impij est mala cōscientia de qua in michea adhuc ignis in domo impij cuius terrena edificatio ꝑtinet ad terrenoꝝ amorē fundamēti priuatio ad mētis instabilitatē flumims inundatio ad carnaliū deliciarū fluxibilitatē casus celeritas ad peccandi ꝓnitatē ruine magnitudo ad eternā damnationeꝫ domus etiā cōcutit in temptatiōe inclinat in delectatione cadit in cōsensu. Et est casus magnus in cōsensu quia sic cadit a grā maior in ope qꝛ sic cadit a vita maximus in obstinatiōe qꝛ sic cadit a mīa. Sapiens ergo qui audita opere cōplet et pficit structurā firmā erigit qꝛ per cumulum bonoꝝ operū deus grām dat q̄ nostra merita absqꝫ ruina casus cōsolidat et cōfirmat. Per gratiā enī bn̄ operando meremur perseuerantiā in bono vt spūale nostrū edificiū in petra fidei fundatū per spem erectū p caritatē solidatū nec pluuia nec fluminib⁹ nec vētis poterit euerti xp̄o suā gratiā donāte. Stultus vero q̄ audit ꝛ nō operatur sed audita dissimulās obliuiosus auditor factus tāq̄ sup arenā opus edificatiōis impēdit. et qꝛ aure perceptū opus nō firmat statim tēptatiōibus superuenientibus ruit et euanescit. Nō enī auditores legis iusti sunt apud deū sed factores. Sunt autē tria genera hoīm edificantium. Sūt enī qui amāt solū deū et hi edificāt aurū argentū et lapides pciosos in amore virtutis aurū. in cognitiōe veritatis argentū. in cooperatione boni operis lapides pciosos. Sunt alij q̄ amāt quedā preter deū tū nil ꝯ deum nec aliq̄d plus q̄ deum. et in his fundamētum quidē manet qꝛ amor dei nō destruit tū qꝛ ex affectu eorum que pariter amātur quedā corruptio cōtrahitur lignū ꝛ fenum et stipula supedificat in ligno petm̄ illiciti operis in feno siue opere petm̄ praue delectatiōis in stipula petm̄ illicite cogitationis. Sunt alij q̄ amāt quedā ꝯtra deum ꝛ in his omnino destruit fundamētū qꝛ amor dei esse nō pōt vbi vel solus vel summ⁹ nō est. Igitur ad p̄mos ptinet laudari et saluari ad scdos corripi ꝛ liberari ad tertios argui ꝛ dānari. Itē super fundamentum fidei quidam edificat aurum cōtemplationis quidā argentū pdicatiōis q̄dā lapides pciosos bonoꝝ operū. Isti quidē saluāt ꝛ merito fundamēti ꝛ bonoꝝ operū. Alij vero edificant ligna s. amorem ardentiorē tpaliū alij fenū s. fimum delectationum carnaliū alij stipula s. ociosoꝝ verboꝝ ꝛ operū intimeriū. Isti etiā saluant merito fundamēti et tū quasi p ignē quo exurit edificiū tanto fundamēto nō ydoneū. Deinde ad cōclusionē oīm pcedentiū subiūgit. (Et factū est cū ꝯsūmasset iesus verba hec) s. sermones istos i mōte habitos qui bn̄ dicunt ꝯsūmati qꝛ nichil impfectiōis hn̄t ꝛ oīa saluti necessaria cōtinent (admirabant turbe sup doctrina eius) et de excellētia sapie eius qꝛ nūq̄ sic hō est locut⁹. et bn̄ admirabant. qꝛ vt ait Cris. quicq̄d digne laudare nō possum⁹ admiramur. vbi ōndit eminētia doctrie xp̄i qꝛ admirabant turbe eo q̄ eminētissimas virtutes docebat et impfectionē legis supplebat ꝛ nō soluꝫ terrena bona sed celestia bona pmittebat ac doctrinā suā mirabilit cōfirmabat. vn̄ cām admirationis subdit dicens. (Erat enī docēs eos sicut ptātē hn̄s) scꝫ per seipm̄ in sermone pferēdo ꝯsilia pceptis et q̄ minus videbant in lege addēdo obscuritates legis explanādo in iure condendo et ad libitū suū sicut auctor ꝛ cōditor iuris sui mutādo vel illō sicut nemini subiect⁹ cū vellet reuocādo. vel (sicut ptāteꝫ hn̄s) infirmos sanādi ꝛ miracula faciēdi. vel (sicut ptāteꝫ hn̄s) imprimēdi ꝛ corda audientiū ad se cōuertendi (nō sicut scribe et pharisei eoꝝ) q̄ ea que per legē didicerant precepta populis dabant nec eis aliquid de his mutare licebat. Sicut nec etiā moyses aliud q̄ dn̄s iusserat potuit loqui ꝛ nichil de pceptis eius mutare vel subticere. vbi cris. Admirabant vero eius inter multa alia precipue potestatē nō ei quasi ex alterius ꝑsona pcepta ponebat sicut moyses fecerat ꝛ pphete sed fere vbiqꝫ se indicabat esse qui imperādi auctoritatē teneret. Deniqꝫ cū pcepta ipa sanciret sepe dicebat ego aūt dico vobis. et terribilis illius iudicij faciēs mentionē se mōstrabat esse iudicē de premijs atqꝫ supplicijs. hec cris. Conspice nunc ꝛ considera dn̄m iesum in sermone isto quō affectuose benigne et efficaciter loquit auditoribus et eos ad actus virtutū inducit. cōspice etiā discipulos quō reuerēter humiliter ꝛ cū tota mētis intētione eum aspiciunt et verba illa mirifica auscultāt et ea memorie commendant ꝛ cum iocūditate magna tam in verbis q̄ in aspectu fruitur. erat enī speciosus forma pre filijs hoīm ꝛ diffusa est gratia in labijs suis. in hac enī cōsideratione iocūderis et tu aspiciendo et auscultando ac si eum videres et loquentē audires et approximādo eis si forte vocatus fueris et īmorādo ibidem vt dn̄s tibi dabit. Deinde cōspice eum vna cū discipulis de mōte descendentē et cū eis familiariter etiā per viam eundo loquentē. et quō ille simplicium cetus gregatī sequitur eū nō curiose ordinati sed sicut pulli post gallinā et quilibet vt melius audiat magis eidē nitit appropinquare segre et tu pciosum illū thesaurū vel a longe si forte mica vel reliquias aliquas inde cadentes post terguꝫ tam pij magistri valeas colligere.

Oratio.

Domine iesu xp̄e clemētissime fac me per artam viam iusticie ꝛ angustā portā pnīe intrare ad aulam salutis ꝛ viā glorie doce me vitare deceptorū fallaciā ꝛ da michi interi spūalis ouis simplicitateꝫ et innocentiā fac me radicē cordis celo nō terre affigere ne in folijs verboꝝ tm̄ꝫ poti⁹ in fructib⁹ bonoꝝ opm̄ fidelis inueniar luciuri fac vt voluntatē pris celestis faciā et verba tua audiēs ope adimpleā vt in te firmatus nullis a te separer tēptationibus. Amen.

De curatione leprosi. Capitulū. xli.

Ege ergo euāgelica in mōte data ꝯcq̄nter ponit eius cōfirmatio p miracula qꝛ boni mgrī ē doctrinaꝫ suam cōprobare p facta (cū) itaqꝫ cōpleto sermone (dn̄s descēdisset de mōte secute sunt eū turbe multe) ppt grāꝫ edificationē et rogatū ppl̄i deuotionē mouebat ad faciendū miraculū. vn̄ Hiero. post pdicationē atqꝫ doctrinā signoꝝ offert occasio vt per virtutum miracula pteritus apud audiētes sermo firmetur. et cris. Post sermonē immediate pcedit ad miracula vt verbis pcedētibus auctoritatē prestaret vt mirabilis in verbis mirabilis appareret in ope. Et theophil. Doctrine aūt opatione indiget nisi eum ōnderet miracula ei⁹ sermoni nō crederet. Sic et tu post doctrinā opare vt nō sit in te vacu⁹ tuus sermo ¶ Mystice (Cū descēdisset iesus de mōte) s. diuine excellentie in vallē humilitatis manēdo qd̄ erat assumendo qd̄ nō erat tunc enī de monte descendit qn̄ se exinaniuit formē serui accipiēs tunc post descensū (secute sunt eū turbe multe) qꝛ nisi de⁹ descēdisset hō ad sequelā suā nō ascēdisset qꝛ magna glīa ꝛ dignitas est hoī sequi hūc dn̄m. et fm aug. primo leprosum mūdauit. vt ex hoc appareret nouū testamentū in mōte datū ꝛ grām euāgelij supra legē esse q̄ leprosum excludebat nō sanabat. vt aūt hic contrarietas i. eo qd̄ math. dicit cū descēdisset de mōte. Luc. vero dicit cū eēt in vna ciuitatū ad h̄ dicēdum fm glo. q̄ post descensum de mōte fuit aliqd̄ interualli anq̄ intraret ciuitatē et in illo interuallo fuit sanatus leprosus. qd̄ math. suo loco ponit. luc. vero dicit cū esset in vna ciuitatuꝫ scꝫ capharnaū qꝛ erat ibi pꝑe ad leucā et dimidiā contra orientē (leprosus) ergo (veniēs) nō tam passib⁹ corpis q̄ fide cordis (genu flexo pcidēs in faciē suā adorabat eū)

Moraliter

Crisostom⁹

Criso.

Mar. i. et luce. v.

Hiero.

Crisosto.

Theop.

Augusti.

cum humilitate corporis et (rogauit eum) cum oratione oris vbi tria ista concurrunt scilicet fides humilitas oratio nichil negatur a deo (procidit in faciem) sicut humilis maculas suas non tegens sed humiliter confitens et publicans ideo exaudiri meruit et mundari sic et tu humilieris vt exaudiri et mundari merearis vnde amb. Qui in faciem procidit humilitatis est et pudoris vt vnusquisque de vite sue maculis erubescat sed confessionem verecundia non repressit vulnus ostendit remedium postulauit (Adorabat ergo eum dicens domine) per quem omnia facta sunt (si vis potes me mundare) voluntas tua opus est et opera tue voluntati obediunt non dixit munda me sed in voluntate ei sicut deo potestatem et auctoritatem curandi tribuit et ei totum concedit quasi diceret quecunque vis potes sicut omnipotens vbi titus addiscamus ex verbis leprosi corporalium infirmitatum medelam non querere sed diuino beneplacito totum committere qui nouit opportuna et omnia iudicio disponit leprosus ergo confitendo in christo diuinam potentiam et potestatis auctoritatem ac suam ostendendo fidem et deuotionem meruit curationem (Ihesus enim misertus eius) per compassionem et affectum et extendens manum suam quod fuit liberalitatis contra auaros tetigit eum quod fuit humilitatis contra superbos dicens volo quod fuit pietatis contra inuidos mundare quod fuit potestatis contra incredulos. ¶ Ubi notandum quod lepram corporalem quinque modis curatam legimus. Primo per ablutionem sic patet in naaman et significat lacrimarum effusionem. Secundo per ostensionem sicut patet in decem leprosis qui eundo ad ostendendum se sacerdotibus mundati sunt et significat confessionem. Tertio per separationem sicut patet in maria sorore moysi et significat excommunicationem que instar cauterii debet esse medicinalis. Quarto per inclusionem sicut patet in manu moysi que de sinu extracta leprosa apparuit sed in sinum reposita curata fuit sic multi qui in seculo spiritualiter erant leprosi mundantur claustrum ingressi. Quinto per tactum sicut patet hic vbi manus christi carnem leprosi tetigit et mundauit. ¶ Ubi notandum quod triplex est dei tactus valde virtuosus scilicet tactus pure corporalis et tactus pure spiritualis et tactus partim corporalis et partim spiritualis. Tactus pure corporalis est in quo et quod tangit et quod tangitur est pure corporale et iste fuit in christo valde virtuosus quia omnem infirmitatem sanabat vt sicut de multis patet in euangelio. Tactus partim spiritualis et partim corporalis est in quo quod tangit est spiritus sed quod tangit est corporale vel spirituale hic est tactus tribulationis et iste tactus est similiter valde virtuosus valet namque ad constringendum peccatorum duriciam et ad reprimendum carnis concupiscentiam et ad probandum iustorum patientiam. Tactus pure spiritualis est in quo et quod tangit et quod tangitur est spiritus et hic est tactus interne inspirationis et iste similiter est valde virtuosus ¶ Uirtus autem eius ad septem effectus est secundum septem dona spiritussancti. Primus effectus est boni propositi inspiratio siue conceptio et hic pertinet ad donum timoris a quo concipitur spiritus salutis Secundus est per gratiam peccatorum remissio et hic poterit referri ad donum pietatis secundum illud dan. peccata tua elemosynis redime. Tertius est vtilium siue necessariorum ad salutem instructio et hoc refertur ad donum scientie que docet recte conuersari Quartus est ad bene operandum et ardua aggrediendum roboratio et hoc quantum ad donum consilii quod respicit maxime opera superogationis. Quintus effectus est in tribulatione consolatio per quam anima fortificatur ad tolerandum aduersa et hoc quantum ad donum fortitudinis que precipue attenditur in tolerantia aduersorum. Sextus est caritatis et dilectionis dei inflamatio et hoc quantum ad donum intellectus que docet intelligere i. intus legere dei beneficia per que animam in eius amorem accenditur et inflamatur. Septimus est a terrenis eleuatio et celestium contemplatio et hoc quantum ad donum sapientie que est de eternis s. donis que sursum sunt sapere non que super terram (Et confestim mundata est lepra eius) ad dominum imperium et voluntatem statim opus est secutum secundum cirillum. Ista dictio confestim tardius profertur opus sanationis fuerit factum eum autem hic magna appareat domini potestas non minor eius declaratur humilitas leprosum enim quem lex extra castra eiciebat quem scribe et pharisei vix respicere dignabantur ipse tangere non recusauit non solum propter occultum rei mysterium sed vt nobis formam humilitatis preberet et compassionis exemplum ne quis hominem pro quacunque corporis maculatione vel infirmitatem sperneret vel abhorreret. Item tetigit eum vt se non esse sub lege sed supra legem que leprosum tangere prohibuerat nec seruum sed dominum legis ostenderet qui cum secundum legem ambulasset etiam supra legem sanaret eos quos remedia legis non sanauerant. Item vt lepra que contaminare tangentem solebat econtra tactu domini fugaretur et recederet neque enim manus a lepra facta est immunda sed corpus leprosum a manu tactum est mundatum. Lex namque que facere non potuit vt lepra tangentem non sordidaret ideo lepram tangi prohibuit non vt leprosi non sanarentur sed vt tangentes non inquinarentur non autem inquinaria lepra potuit qua eam mundauit et ideo quamuis litteram legis soluerit tamen prohibitioni legis non obuiauit. Nec propositum eius soluit. Quia non erat prohibitum tangere leprosum ei qui ex tactu suo poterat curare eum sicut helyas et heliseus non fecerunt contra legem tangendo mortuum ad resuscitandum. Licet etiam dominus posset solo verbo curare leprosum tamen apposuit manum quia humanitas christi erat quasi instrumentum ipsius diuinitatis et ideo sicut artifex mediante instrumento operatur sic virtus diuina in christo per applicationem humanitatis aliqua faciebat vt eam coniunctam diuinitati declararet. Et precepit ei dominus quod miraculum factum nemini diceret ne iactanter se sanatum esse predicaret vt daret nobis exemplum et nos doceret non diligere ostentationem et honorem et bona que facimus non esse diuulganda sed subticenda vt non solum abstineamus a mercede pecunie sed etiam gratie humane et vane glorie et ista non queramus in operibus nostris ne vnquam aliqua sinistra manus se admisceat dextre in eis Unde ait Cris. Et nulli hoc eum iussit fateri docens quam esset alienus ab aura glorie et pompa iactantie. Et certe nouerat ille quod non esset taciturnus sed passim tam gratie de beneficium predicaturus et tamen quantum in ipso est fugit ostare quod fecerat. Et alibi publicari talis ipse precepit non contra se veniens sed curatos a se gratos esse precipiens. Non enim semetipsum predicari iussit sed dari gloriam deo vt et per leprosum nos non esse inane gloriosos et glorie ac iactantie renunciandum doceret et per illum quem a legione mundauerat non esse ingratos sed gratias nos deo referre commoueret eius beneficia confiteri atque vt ostenderet se ex mirabilibus suis laudem non nisi deo referendam. Quia enim homines quamdiu egritudine detinentur dei semper meminerunt a morbo autem liberati grauius obsidentur languore desidie idcirco precipiens vt et egroti et sani deum iugiter recordemur ei quem curauerat ait da gloriam deo Hec crisostomus. ¶ Ubi notandum quod triplex est preceptum scilicet cautele probationis et obedientie. In primo non interdicitur actus qui optimus est sed gloria que immiscet se bonis actibus et honestis tale preceptum fuit hic. In secundo non vult deus actum sed ostensionem virtutis que latet in eo cui datur preceptum et est vtilis sibi et aliis ostensio virtutis eius sicut in precepto facto abrahe de immolatione filii cui dicitur nunc cognoui i. te et alios cognoscere feci quod timeas dominum. In tertio autem vult deus actum vt patet Exo per totum Uel iussit vt nemini diceret propter credentium sponte maiorem vtilitatem quia meliores sunt qui spontanee quam qui speratis beneficiis credunt. Uel vt nemini diceret scilicet antequam ea que in lege sunt compleret quia prius expectandum erat iudicium sacerdotum ad quos secundum legem pertinebat iudicare de lepra vnde Cris Uel non simpliciter prohibet vt non aliquis dicat sed vt antequam ostenderet se sacerdoti nemini diceret ne forte si ante alicui nunciaret audiret sacerdotes et occasionem habentes lepre propter odium et inimicicias christi expellerent eum de populo quasi leprosum non recipientes manus

Ambrosius | Titus | Cirillus | Crisostomus. | Crisostomus.

datum hec criso. Et humiliter misit eum ad sacerdotes quoꝝ erat lepram discernere precepitqꝫ scdm legē munus eius offerre. Uocauit primo ideo fecit qꝛ licet esset mūdatus non tñ reputabatur mundus nec debebat scdm legē restitui ad cōmunē habitationē hoīm nisi prius per sacerdotū iudiciū mundatus esse demōstraret et munus dño pro eius mūdatione offertur. Uñ sicut ad eorum arbitriū separabatur ita nō sine eorum arbitrio ad consortiū aliorꝫ admittebatur. Scdo ꝓpter humilitatē vt sacerdotibus deferens non videretur eorum gloriaꝫ rapere vel honorem z vt ostenderet exhibendam sacerdotibus reuerentiā. Tertio vt quod in eo sepe criminabantur ostēderet se non legis transgressorem nec legem soluere sed implere ꝑm legem gradiens z supra legē curans. Quarto vt intelligerent eum non legis ordine z consuetudine ſꝫ dei grā z operatione supra legem curatum esse z se maioris virtutis esse q̄ legem vel sacerdotes qꝛ lepram cognoscebant quam mundare non poterant. Itē vt sacerdotum animos ad crudelitatē prouocaret z non credentibus oēm excusationem auferret offerri munus voluit i testimonium illis id est contra illos si viso miraculo non crederent sed pro illis in testimoniū salutis si crederent. vt scilicet videntes leprosum mundatum si crederēt mūdatori salui fierent z sic credentibus esset testimonium z causa salutis eoꝝ si non crederēt inexcusabiles essent eo q̄ viderunt z nō crediderint et sic non credentibus fieret accusatio et testimoniuꝫ damnationis eorum. Per hoc etiā q̄ eum ad sacerdotes misit figurare z docere voluit q̄ peccator q̄ per leprosum signatur licet sit mundatus a lepra peccati per contritionē tñ adhuc tenetur se sacerdoti ostendere per confessionē z ad eius consiliū subire satisfactionē. Uñ dñs istū leprosum tangendo mundauit et postea vt sacerdoti se representaret z sacrificiū offerret ꝑcepit. Tunc enī leprosus a deo tangitur qñ peccator cōpungitur tunc sacerdoti se representat qñ peccatū confitēdo manifestat tunc sacrificium offert qñ satisfactionē cōplet. Piger quippe expectat donec sacerdos eum q̄rat. sed tu preueni sacerdotem z leprā anime ostēde per oris confessionē. que confessio quattuor cōditiões debet hr̄e. Prima est qꝛ debet esse voluntaria vñ dicit (vade) non ductus nec tractus nec coactus sicut q̄ tormētis affliciꝰ vel timore mortis in vltimis confitetur peccata. Scda ē qꝛ cōfessio debet esse nuda z aperta vñ dicit (ostende) q̄d scꝫ egisti quid cogitasti quid locutus es. nō dicit absconde scꝫ excusationibus aut verboꝝ palliatiōibus vel mentiendo aut etiā minuendo vel non plene omnia peccata cum debitis circūstantijs recitando. Tertia est qꝛ confessio debet esse pura vñ dicit (te) scꝫ ostēde z nō alios. Cōtra q̄s aliqui dupliciter faciunt. vel aliorū facta recitādo vel eos cum q̄bus peccauerunt reuelando. Quarta est qꝛ confessio debet esse ordinaria. vñ dicit (sacerdoti) q̄a non cuicūqꝫ facienda est sed sacerdotibus q̄ habent clauem scientie et auctoritatis. Typice leprosus significat genus humanū lepra originali infectū et per hoc aduatia peccata prouū. Per leprā enī que morbus contagiosus est originalis culpa significatur q̄ per carnalē generationē ad posteros diriuatur q̄ manu xp̄i tactus sanatur. qꝛ virtute eius per baptismū emundatur. Per oblationeꝫ aūt muneris z diuulgationē operis significatur q̄ baptizatus tenetur deo fideliter seruire z eum iugiter collaudare. Uñ beda. Typice aūt leprosus humanū genus languidum peccatis significat plenum lepra qñ omēs peccauerūt et egent gratia dei. illa scꝫ vt extenta manu i. incarnato dei verbo humanāqꝫ cōtingente naturā a prisci erroris varietate mūdentur z offerant pro sua emundatione corpora sua hostiam deo viuam hec beda. hoc idē dñs miraculū per gratiam suam facere quotidie non dedignatur. Quotienscūqꝫ enī aliquē impiū iustificat recte leprosum mundat. ¶ Moraliter quippe per leprosum significatur peccator pluribus de causis. Primo qꝛ lepra

Moraliter

est morbus contagiosus et periculosum est cōmorari leprosis sic peccatores contagiosi sunt z inficiunt alios ad peccandum et ideo periculosum est conuersari cum eis. Scdo qꝛ lepra est morbus periculosus inficit enī totum corpus nō tñ partē eius ſꝫ peccatū est periculosius corpus et aīam inficit z corrumpit z ideo valde timendū et fugiendum est. Tertio qꝛ lepra est morbus fetidus z abominabilis sic peccatores fetentes sunt z abominabiles deo et angelis. Quarto qꝛ leprosi separantur ab alijs hoībus z locantur extra alios sic peccatores positi sunt ex gratiam dei et extra cōmunionē fidelium et ecclesie. z separantur a bonis hic q̄tum ad meritum sed in futuro q̄tū ad consortium et q̄tum ad locum z q̄tum ad p̄miū. Quinto qꝛ sicut lepra varium exprimit colorē in cute sic peccatū varias habet species in mēte. Illa enī aīa leprosa est que supbia ira auaritia accidia gula inuidia vel luxuria sordescit. Nam significatur in carnis tumore superbia. i. exustione iracundia in siti auaritia. in ponderositate accidia. in prurigine gula. in putredine inuidia in fetore anhelitus luxuria. Talis leprosus confidenter currat ad iesum festinet ad medicum nō desperet vere peniteat z mūdari desideret. Cum fideli leproso ex humilitate z pudore in faciē procidat vt de sue vite maculis erubescat. Sꝫ confessionem verecundia non reprimat vulnus ostēdat. ac cum lacrimis z gemitibus se peccatorē recognoscat. detecto vulnere remedium querat et dñi misericordiam compuncto animo ex corde imploret et remediū postulet. Deo se humiliet z deprecetur eum vt sua gratia se tāgat et sanet. Confiteatur sese immundum et xp̄m potentem ad se mundandum et apud ipm cum leproso clamet et dicat (Dñe si vis potes me mundare) Si enī hoc egerit certus sit de misericordia nō desperet de venia qꝛ benignus est dñs qui neminem ad se venientē repellit sed oībus sinū sue misericordie aperit et expandit. Nō egret spacio annorū vel longitudine tēporis in pnīa ſꝫ cor cōtritū et humiliatū reqrit z digne penitētibꝰ peccata per misericordiā relaxat. Tali enī manꝰ diuine mīe protenditur cuius tactu z imperio cūcta eius crimina relaxātur. Extendit enī dñs manū qñ diuine miserationis impendit auxilium z statim consequitur remissionē delictorum. Nec debet ecclie recōciliari talis nisi iudicio sacerdotis. A peccatis aūt mūdatus debet deo offerre munus. i. sacrificū laudis z cū vbiqꝫ laudare qꝛ debet deo valde gratus esse ei ſꝑ gratias referēdo z proximis bona q̄ potest faciēdo seruans erga deū z erga proximos caritatē. Nichil enī nobis per vanā gloriā debemus attribuere sed omīa deo offerre. De oībus enī opibus nr̄is deus vult vt habeamꝰ totū meritū et proximꝰ habeat bonū exemplum. sed deꝰ vult habere laudē z gloriā. Tria cuī deus sibi specialiter reseruauit z nulli creature vnq̄ꝫ cōmunicare voluit scꝫ gl̄iam vindictā z iudicij potestatē. Gloriam autē auferūt vane gloriosi vindictā supbi z iracundi qui de iniurijs sibi illatis vindicare se cupiunt iudicium temerarij z presumptuosi qui de occultis aliorum iudicare volunt. Et qꝛ vt dicit tytus oportet beneficiatum gratum esse gratias reddere etiā si beneficians nō indigeat. Ideo licet precepisset dñs leproso mundato vt de sua curatione taceret tamen (egressus) et recedens (sermonē) id est opera z verba dñi (diffamabat) et sermo sanitatis z doctrine de illo magis perambulabat quia hoc ipso q̄ homo fugit famam et gloriam acquirat eam. Nam vt ait bern. Hoc solū habet mūdi glīa gloriosum q̄ insequētes se fugit z fugientes insequitur. Et adeo comparatur vmbre quam si secutus fueris nō apprehendes et si precurreris non effugies. Ille itaqꝫ functus officio euangeliste (cepit predicare) z se interius exteriusqꝫ sanatum docere ita q̄ eius saluatio multos ad deum cogeret venire. et iesus iam non posset manifeste propter turbā z pressuram hominū ad querendū sanitates z videndū miracula concurrentiū in ciuitatem ad orandū introire. Uñ se-

Tytus.

Ber.

cedebat in desertum vt secretius oraret. Sanat vt deus sed orat vt homo (Et conueniebant ad eum vndiqȝ) turbe vt eius doctrinam audirent et sanitates perciperent. Strepitum igitur ꝛ tumultū dn̄s fugit ꝛ secretū locū q̄rit vt ostendat se magis quietam et seculi curis remotaȝ diligere vitam qȝ tumultum et carnales mētes declinat secretas vero a mundanis curis visitat. In quo etiaȝ ondit ꝙ predicatores verbi diuini debent fugere applausum populi et aliquādo se retrahere a multitudine vt vacent orationi. Ubi hieronimus. Quod autem non poterat iesus manifeste in ciuitatem introire sȝ foris in desertis locis esse signatur ꝙ nō omnibus manifestatur iesus qui laus atqȝ plateis seruiūt laudibus et proprijs voluntatibus sed his qui cum petro foris exeunt et in desertis locis sunt que elegit dominus adorandum et reficiendum populum qui deserunt delectationes mundi ꝛ omnia que possident vt dicant portio mea dn̄s. Gloria vero dn̄i manifestatur his qui vndiqȝ ꝯuenīūt i. ꝙ ꝑ plana et ardua ad eū veniunt quos nichil pōt sꝑare a caritate xp̄i. Ubi ꝛ Beda. Quia in vrbe miracula facit in deserto vero vel monte orando pernoctat vtriusqȝ nobis vite ꝛ actiue scȝ ꝛ cōtemplatiue documēta premonstrat vt nec contemplationis studio quis proximorum curam negligat nec curā ꝓximoꝝ immoderatius obligatus ꝯtemplationis studia derelinquat quatenus nec amorem dei prepediat amor proximi nec amori ꝓximi obuiet amor dei. In monte quippe orare est relictis infirmarum cogitationum curis tota mente quemlibet ad eterna superne cōtemplatōnis gaudia festinare. In desertū secedere ꝛ orare est exurgentem intrinsecus strepitū terrenoꝝ desideriorū ꝓmere ꝛ quoddā sibi cū dn̄o intra se secretū q̄rere, vbi cū illo exteriore cessante tumultu per interna desiderta silenter loquat. Un̄ etiaȝ Grego. Redemptor nr̄ ꝑ diem miracula in vrbibus exhibet ꝛ ad orōnis studiū in mōte ꝑnoctat vt ꝑfectis videlȝ predicatoribus innuat q̄tenus nec actiuam amore speculatōis funditus deserāt nec ꝯtemplationis gaudia ꝯpatiōis nimiet ate ꝯtemnāt sȝ quieti contemplantes sorbeāt qđ occupati erga proximos loq̄ntes ꝓfundant. Hec Grego. Qr autē hic secūdm marcū ꝛ lucam dr̄ qr ih̄s (nō posset manifeste in ciuitatē introire sȝ secedebat in desertum) non intelligitur de illa die qua curauerat leprosū qr illo curato intrauit ipsa die capharnaum ciuitatem secundo miliario sibi proximam anteq̄ȝ sermo seu fama ad multos ꝑueniret. Un̄ ꝛ math. hoc miraculum de leproso cum sequenti de centurionis seruo simul continuat.

Oratio

Omine ihesu xp̄e q̄ de monte p̄ris soliȷ et virginalis vteri descendisti vt sanares lepram generis humani ecce ego leprosus varijs peccatorū maculis aspersus adoro te dn̄e si vis potes me mundare Extende manum gratie et pietatis tange interiora ꝛ exteriora leprosi te inuocātis miserere michi penitēti ꝛ impera morbo pctī Deus meus ꝛ misericordia mea q̄ non vis mortē pctōris sȝ vt cōuertat ꝛ viuat ꝑfice hec in me pctōre vt in anima non moriar sȝ conuertar et viuam tecum in eternum Amen.

De seruo paralitico centurionis. Ca xlij.

Einde cepit ihesus

appropinquare ciuitati capharnaū q̄ vt dictuȝ est ibi ꝓpe erat ꝛ tunc (Centurio) seu tribunus id est princeps centum militū positus ibi a romanis pro collectione tributi et custodia galilee ne forte vellent cōtra romanos quibus tota illa terra subiecta erat rebellare propter quod manebat in capharnaum que erat metropolis illius terre tūc ciuitas glōsa sȝ nunc valde abiecta (Accessit ad eum) fide desiderio et deuotione potiusq̄ȝ gressu corporalis p̄ntie. Unde Origeñ. Accessit alienigena generatione sȝ domesticus corde alienus natione sȝ primus fide ꝛ princeps militū ꝛ socius angelorum Iste non erat iudeus sed gentilis ꝛ iō ꝑ seipm̄ non est ausus ad ihesum corꝑaliter accedere reputans se indignū p̄ntia xp̄i esse sȝ primo ꝑ seniores iudeoꝝ quasi ꝑ familiares ꝛ dilectos ihesu accessit quos misit ad eum rogans ꝑ eos et dicens (Dn̄e) in cuius p̄tāte est morbus et sanitas mors ꝛ vita (puer meus) i. seruus ꝛ subditus quem curialiter loquens vocat puerum ab etate vel familiaritate potiusq̄ȝ conditione contra suꝑbos qui dedignant famulos (iacet paraliticus in domo) cōtra inhumanos dn̄os qui de domo sua expellunt infirmos et ad hospitale mittunt eos (ꝛ male torquetur) propter multa incommoda q̄ patit. Tria verba hec s. iacet ꝑaliticus ꝛ torquet dicit vt ꝛ anime sue angustias indicet ꝛ dn̄m ac misericordiaȝ flectat Un̄ crisosto. Infirmitatem tm̄mō exposuit sed remedium sanitatis in potestate misercdie eius dimisit Dn̄i na autem ꝓuidentia iudei sunt missi vt inexcusabiles fierent si viso miraculo et credente gentili non crederent Iste quidem centurio auditis xp̄i miraculis firmiter credidit ꝙ poterat sanare seruum eius qui erat sibi carus ꝛ moriturus nisi per christū fuisset sanatus et ideo de eius sanatione erat sollicitus. In hoc ergo facto centurionis tantam curam et sollicitudinem pro seruo habentis discere debemus commisereri seruis nostris et subditis ac sollicitudinem ꝛ curam habere de eis. Nō erat ipse sicut multi sunt hodie qui videntes subditos suos infirmari eos negligunt ꝛ plus de seipsis sanis q̄ȝ de subditis infirmis solliciti sunt plusq̄ȝ sibiipsis in voluptatibus q̄ȝ subditis in necessitatibus condescendunt. Rogauit inq̄ȝ affectans vt veniret ad domum suā minus plene ꝑcangustia serui et desiderio cure cogitans christi maiestatē et reuerentiam. Ihesus aūt sciens deuotionem eius respōdit per ipsos internuncios (Ego veniā) ecce humilitas (et curabo eum) ecce pietas. Uenit aūt potentia sanandi non p̄ntia corporali (Et ibat cum illis) Alteriusmodi erat iste medicus q̄ȝ sunt illi qui non pauperes sȝ diuites visitare sunt parati (Et cum iam esset) prope domum cēturio plenius cogitans ꝛ ꝑ actū fidei se ꝯuertens ad xp̄i eminentiam ꝛ maiestatem accessit aū reditū alioꝝ ꝑ amicos sibi magis domesticos quos (misit ad eum) rogans vt non veniret et (dicens. Dn̄e noli vexari nō enim sum dignus vt intres sub tectum meum) Non dicit palatiū non domum licet princeps esset sed tectum pre humilitate sui et consideratione magnitudinis xp̄i propter gentilis vite conscientiam timebat offendere xp̄ȝ quē credebat deum si corporali p̄ntia intraret ad eū Sed fm aug. dicendo se indignum p̄stitit se dignum nō intra cuius parietes sed in cuiu scor xp̄s intraret. Un̄ ꝛ cris. Quia indignum se fecit suscipiendi christum in domo dignus factus est regno. Et ad maiorem sui humiliatone mādiecit dicens (ꝓpter qđ ꝛ meipm̄ arbitratus nō sum dignus vt venire mad te) et internuncios submisi pro me (Sed tm̄) sine presentia corporali (dic verbo) per quod omnia creātur regunt ꝛ sanant (ꝛ sanabit puer) ꝛ seruus (me⁹) ipse enim dixit ꝛ facta sunt vt dicit hic Beda Magna ē fides que dicere credit esse facere. Ubi petrus cantor parisiensis Hinc argue melius esse abstinere ab ordine a cōfectione vel sumptione eucharistie nisi plurimum ad hoc vel illud accedentem confortet bona conscientia q̄ȝ ordinari vel conficere vel sumere cū ꝯscīa nō dico lesa qr hoc esset mortale sed dubia de qua dubito an sana sit cum sic accedens potius grauet q̄ȝ iuuet Et quia irregularitas excludit aliquem a ministerio huius sacramenti iō non debet ignorare ex quo īcurritur irregularitas ex quo ponit se ad talem actum sed scire debet suū statuȝ. In opere huius centurionis tres mirabiles nobis ostenduntur virtutes scilicet humilitas fides et prudentia. Magnaȝ enim humilitatem habuit qui cum dominus ad eum venire paratus esset indignum se vt sub tectum suum intraret iudicauit. Perfectam quoqȝ habuit fidem quia cum

Marginalia: Hieroni. — Beda. — Gregor. — Ma. octa uo luce se ptimo et io. quat to — Orige. — Crisostom⁹. — Augustinus — Crisostom⁹. — Beda. — Pe. cantor

esset gentilis solo verbo deum credidit posse puero reddere sanitatem. Non paruam etiam prudentiam habuit quia vltra carnem diuinitatem latentem cognouit. et eum quem corporaliter ambulantem vidit vbiqz per diuinitatem esse presentem intellexit. Nec caritas in eo defuit quia cum multi pro sua suorūqz filiorum ac carorum salute ad dn̄m rogaturi accederēt ille pro seruo tm̄ sanitate rogauit. Ūn̄ adhuc in fidei cōstantia perseuerans ostendit q̄ verbo potest sanare dicens (Nam et ego hō sum sub potestate) altiori scz preside z imperatore (cōstitutus h̄ns sub me milites) et seruos (et dico huic) militi (vade z vadit) q̄ntum ad negociū implendū in absentia (et alio) qđ antiquus est grāmatica i alij (dico veni z venit) q̄ntum ad officiū implendū in p̄sentia (et seruo meo) dico (fac hoc z facit) sine resistentia. Ex his cōcludit q̄ si dicto eius vn⁹ vadit z alius venit z alius facit qđ iubet multo plus si xp̄s deus z dn̄s dicat infirmitati vade z vadet et sanitati veni et veniet z paralitico fac hoc z faciet vel seruiētibus sibi angelis et hec miracula faciant z facient Et est rō a minori talis potius debet fieri verbum dei q̄ hōis subiecti sed verbum meū fit qui sum hō z non deus subiectus et nō dn̄s summus ergo z tuū qui es de⁹ z summus dn̄s. Si ergo ego q̄ sum homo modice potētie z maiori subiectus solo verbo operor p ministros meos z possum imperare inferioribus q̄ ad verbū meū michi obediunt multo magis tu qui deus es vbiqz p̄ns z potens super oēs potestates z oīm dn̄s cui oēs potestates seruiūt cui angeli et oīa obediunt poteris solo verbo z sine p̄sentia corporali seruū meū curare et ideo nō est necesse corporaliter eundo te fatigare. (Audiens aūt iesus) verba centurionis expressiua tante fidei scz q̄ sub velamento carnis agnouit excellentiā maiestatis (miratus est) i. ad modū mirantis se habuit z vultum mirantis ońdit. Admirabatur dn̄s fidē centurionis quā cordi eius mirabiliter ministrabat et magnalia dei in eo laudauit nō q̄ ei aliquid mirandū esset q̄ cuncta mirabiliter operat̄ sed vt nos in

Augustinus

bn̄ficijs dei mirari et laudare doceret. vn̄ aug. Quis miratur dn̄s nobis mirandū esse signat. q̄bus adhuc opus est sic moueri oēs enī tales motus cū de deo dicitur nō perturbati animi signa sunt sed docētis magistri. Centurionis ergo dn̄s fidem admirans pariter et collaudans sequentibus se dixit fidem eius approbando z in exemplum p̄ponendo (Non inueni tantā fidem) i. tante fidei signū vel fidei facilitatē scz in credēdo: (in israel:) id est i populo israhelitico f huiꝰ tp̄is p̄ntis. Inuenit enī in antiqs maiorē vt in abrahā ysaac z iacob z alijs pluribꝰ patriarchis et p̄phetis qui fuerūt fidei nr̄e principium. Excipit aūt semp beata virgo cum d z meritis vel peccatis fit mētio Nec tn̄ hoc verbū xp̄i de oībus p̄sentibus est intelligendum q̄ excludunt illi q̄bus loquebat̄ scz apl̄i sequentes eum. Hoc aūt apparet p̄ū cōem vsum loquendi. vt si quis intrat domū aliquā cum societate si nullum ibi inuenerit dicit nō inueni aliquē in domo ista. in tali ei modo loquendi non cōnumerat secum venietes et redditur locutio vera pro pluribus absentibus. Uel s̄m cris. Si vo

Crisostom⁹.

lumus fidem huius preferre fidei apostolo z sic intelligēdum est s̄m q̄ vnūquodqz bonū hominis scd̄m qualitatem illius laudat̄. Rusticum enī dicere aliquid sapienter magnū est qđ de p̄ho nō est mirum. Sic et hic. Non enī erat equale iudeū credere et gentilē. Uel s̄m eundē cris. Intelligendū est q̄ntum ad originē credendi q̄ alij pluribus signis visis crediderunt iste vero nullo miraculo viso sed tm̄ auditu credidit. Ubi hiero De presentibꝰ dicit

Hieronim⁹.

non inueni tantam fidem in israel. non de patriarchis et prophetis nisi forte in centurione fides gentium preponatur israeli. Et beda p̄ntibus ideo fides cēturionis an

Beda.

fertur q̄ illi legis prophetarūqz monitis edocti erāt hic aūt nemine docēte sponte credidit. hec beda. Mirabat̄ ergo iesus de fide cēturionis gentilis hoīs z eā laudauit vt ex istius laude erubescant z cōfundantur israhelite et

ideo tunc fidē gentiū mirabat̄ quam vltra fidē iudeorū crescere videbat. Nec solum fides gentiū est in centurione collaudata sed etiā p̄figurata. Unde occasione accepta ex fide huius gētilis cōcludit et predicit dn̄s cōuersionē et vocationē gentilium et ex opposito scz infidelitate reprobationē iudeoꝝ dicēs Amen i fideliter: dico: et p̄dico: vobis q̄ ad exemplū istius i quo fides gentiū p̄figurat̄: multi: sed nō oēs q̄ nō oēs obediunt euangelio: ab oriēte et occidēte: ac etiā ab austro z aquilone i. ex omni parte mūdi z ex oī genere gentiū: venient: ad fidem et vnitatē eccl̄ie. Ūn̄ s̄m aug. Illis duabꝰ partibus

Augus.

scz oriente et occidēte totus orbis designat̄. Ūn̄ sub typo eccl̄ie dictum fuit iacob dilataberis ad orientē z occidentem ad septētrionē z meridiē. ¶ Moraliter ab orien

Moralit.

te veniunt qui ex cōsideratione p̄prie natiuitatis humiliant̄ vel qui p̄niam agunt in sua iuuentute ab occidente qui ex memoria mortis cōuertunt̄ vel qui penitentiā agunt in senectute. ab austro qui fauente p̄speritate vacant operibus pietatis z inter p̄spera seruant temperantiā. ab aquilone qui necessitate vrgēte cōpungunt̄ et inter aduersa seruant patientiā. de his enī oībus aliq saluabūtur: Et recūbēt: id est feliciter requiescet nō carnaliter iacētes sed sp̄ualiter pausantes: cū abrahā ysaac et iacob: quoꝝ fidem imitati sunt z cū alijs fidelibꝰ z amicis meis: in regno celoꝝ: et istoꝝ vbi lux z gloria et longeuitas vite eterne et omne bonū. abrahā ysaac z iacob specialiter nominantur q̄ istis principaliter facta est p̄missio de terra p̄missionis per quā patria beatoꝝ significat̄. Filij autē regni i iudei in q̄bus regnabat deꝰ vel filij regni: vocatione nō electione p̄missione nō cōsecutiōe. sua reputatione nō re qui pro regno habēdo facti fuerāt sed se indignos reddiderunt: eijcient̄ a facie z visione dei: in tenebras exteriores: q̄ in se habēt interiores. Tenebre

Grego.

patrie sunt culpe alie autē sunt gehenne Nam s̄m grego. interiores tenebre sunt cecitas mentis exteriores eterna nox damnationis. Ideo autē dicuntur ibi esse tenebre exteriores q̄ licet ibi sit ignis tn̄ nō lucet ad ostendendum damnatis aliquid ad eorū consolationē sed ad eorū desolationē Unde Isid. Ignis gehēne lucebit miseris ad

Isidorus

miserie augmentū vt videant vnde doleant nō ad consolationē vt videant vnde gaudeant: Ibi erit fletus: oculorum ex fumo et calore ignis eo q̄ mors intrauit per fenestras q̄ nō licet intueri qđ nō licet cōcupisci: et stridor dentium: ex frigore q̄ hic gaudebant de edacitate vel: fletus: ex angustia animi: stridor ex indignantis affectu eo q̄ sero penituerunt de peccato et in hoc ostenditur tormentorum magnitudo: Et dixit iesus centurioni: scz per internūcios supradictos: Uade. id est securus reuertaris: et sicut: perfecte: credidisti: sic: fiat tibi: in sanatione serui tui vt sicut per nūcios accessisse sic et per nuncios reuersus fuisse intelligatur. Ubi rabanus fidei merito ostē

Raban⁹.

dit impetrasse salutem seruo vt fidei robur magis in eo accresceret quo prospiceret quecunqz vellet per illam impetrasse se posse: Et sanatus est puer: verbo xp̄i absentis: ex illa hora: quia xp̄s protulit hoc verbum fiat quo etiā verbo omnia creata sunt vt fides centurionis verificaretur et potentia christi quam centurio confessus fuerat ex opere subsecuto pateret dixerat enim centurio z confessus est: dic verbum et sanabitur puer meus: et xp̄s dixit et opere compleuit. Ūn̄ cris. vbi velocitatē admirare neqz enim solum curare sed inopinate z in momento

Crisosto.

tēporis hoc facere virtutem xp̄i ostendebat. In itinere aūt verbo sanauit cum ne putaretur ire corporaliter ob impotentiā z nō ob humilitatē. Hic considerandum est q̄ntum vniuscuiusqz fides valeat propria qñ tantū valuit aliena nā p̄pter fidē centurionis sanitas puero est reddita Considera etiā hic humilitatē dn̄i q̄ ad seruū centurionis etiā nō rogatus ire paratus fuit ad filium autem reguli de quo infra d̄r q̄si pompā refugiēs etiam rogatus ire noluit. Excelsus enim dn̄s humilia de prope respicit

Gregori. et alta .i. superba a longe contemnit. In quo secundum greg. Superbia nostra retunditur et increpatur qui personas acceptando in hominibus non naturam qua ad ymaginem dei facti sunt sed honores et divitias venerantur. Ecce de celo venit qui sermo occurrere in terram non despicit et tamen humiliari in terra contemnimus qui de terra sum⁹. Quid vero apud deum vilius quod est despectus ꝑt quam servare honorem apud homines et interni testis oculos non timere et secundum ambro. Ambrosi ad reguli filium noluit pergere ne in reguli filio videretur magis divitijs detulisse hic ipse prexit ne videretur in centurionis famulo conditionem despexisse servilem omnis enim servus et liber in christo unum sumus hec amb. In centurione fides gentium prefiguratur et per eum primicie et electi de gentibus designantur qui quasi centenario milite stipati virtutum perfectione sunt sublimes credentes in christum et laborantes ad conversionem aliorum. unde Remig. per centurionem designantur qui primi ex gentibus crediderunt et perfecti in virtutibus fuerunt. Centurio enim dicitur qui centum militibus preest. Centenarius autem numerus perfectus est. Recte ergo centurio pro puero suo rogat quia primitie gentium pro salute totius gentilitatis deo supplicaverunt. Etsi opponitur de magis qui prius domino crediderunt respondendumque centurio dicitur primitie gentium quia primus credidit a nullo edoctus nisi a spiritusancto magi vero etsi primi crediderunt edocti tamen per libros balaam et per nove stelle indicium. Ipsis autem gentibus corporalis christi presentia non est exhibita sed verbum fidei per apostolos eis misit et ab infidelitate sanavit. Remigiu.

Moralit. Moraliter per istum puerum centurionis significatur peccator propter quattuor mala que peccator incurrit que designantur in quattuor conditionibus que de isto puero hic scribuntur. Primum malum peccatoris est servitus peccati .i. pravitas peccandi unde dicitur de puero isto quod erat servus unde iohannes omnis qui facit peccatum servus est peccati et petrus a quo quis superatus est huius et servus est et aug. Peccator est servus tot dominorum quot viciorum. Peccatum autem cum homini dominatur facit eum primum ad peccandum ut ex uno peccato ad aliud tendat peccatum etiam ulterius deducit ad aliam servitutem .s. dyaboli quia superbus est servus luciferi avarus est servus mammonis luxuriosus est servus asmodei. Secundum malum est impotentia ad bene operandum quod significatur per iacentem unde dicitur iste puer iacere in domo iacentes enim nichil operantur vel operari possunt. Iacet autem peccator aliquando in igne iracundie aliquando in luto luxurie aliquando in splnio avaricie Et bene dicitur iacere quia nullum bonum meritorium potest operari. Tertium malum est tremor et timor quia semper est peccator in timore quod per palisim designatur ex qua fit dissolutio et tremor membrorum. Si enim dicatur peccatori ut det elemosinam aut male acquisita vel ablata restituat timet ne sibi deficiat. Si dicitur quod ieiunet timet ne esuriat. Si dicitur quod confiteatur peccata sua timet de verecundia. Si dicitur quod faciat penitentiam et satisfactionem de peccatis timet de afflictione et incommodo corporis. Ecce quomodo iste paliticus tremit et ad sonitum folij pavescit. Quartum malum est afflictio spiritus quod signatur per hoc quod de puero isto dicitur quod male torquetur. Et revera omnis peccator male torquetur in seipso propter vermen conscientie qui semper pungit et rodit unde Augusti. aug. Iussisti domine et ita est ut pena sibiipsi sit omnis inordinatus animus unde et Sap. Semper presumit seva et perturbata conscientia. Ex alio etiam torquetur peccator dum anxius est quomodo acquirat honores divitias mundi oblectamenta corporis. Torquetur inter prospera per curam superfluam et inter adversa per impatientiam Item male torquetur qui considerat turpitudinem viciorum in quibus iacet et penas infernales quibus eternaliter subiacebit nec tamen miser per penitentiam resilit. Sed tamen talem quandoque curat dominus veniendo ad eum suffragantibus meritis sanctorum. Tu ergo si habes animam paraliticam et talia mala in te sentis roga et mitte sanctos ut ad dominum intercedant pro te sicut seniores pro centurione et clama ad dominum dicens devote cum eodem (Domine puer meus iacet paraliticus in domo et male torquetur et non sum dignus) propter fragilitatem nature propter feditatem culpe et multiplicitatem miserie (ut intres sub tectum meum) tam angustum tam immundum tam ruinosum (sed tantum dic verbo et sanabitur) ad tuum imperium. Et quia istud verbum centurionis tante efficatie fuit quod ut supradictum est dignum prestitit ut in corde eius christus habitaret et ad recipiendum corpus christi in sacramento eucharistie nullus est dignus ideo quando ad mensam christi accedimus et fragilitatem nostram consideramus verbis centurionis edocti dicamus singuli. (Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum) non sum dignus ut corpus et sanguinem tuum suscipiam in os meum ut vel virtute verborum istorum digni effici mereamur. unde Orige. nunc etiam quando sancti et acceptabiles ecclesiarum antistites sub tectum tuum intrant ibidem dominus per eos ingreditur et tu sic estimes quasi dominum suscipiens et quando corpus et sanguinem domini manducas et bibis tunc dominus sub tectum tuum intrat et tu ergo humilians te ipsum dicas Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. Ubi enim indigne ingreditur ibi ad iudicium ingreditur accipienti hec origenes. Origenes Per istum etiam centurionem significatur ratio vel intellectus cuius servus est appetitus sensitivus qui debet obedire rationi sed ex corruptione nature est infirmus ad obediendum ei propter quod homo per rationem cognoscens hanc infirmitatem in suo appetitu sensitivo per se et per alios debet rogare deum ut sanet servum suum et sic puer eius sanatur per dominum. Item sicut ille centurio dicebat (nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites et dico huic vade et vadit et alio veniet venit et servo meo fac hoc et facit) sic ut dicit cassianus perfecta mens que per centurionem intelligitur sub dei potestate constituta omnibus viribus suis dominatur et habet potestatem cogitationes noxias depellendi et in bonis cogitationibus immorandi. Cassianus Tunc malis cogitationibus dicere possum⁹ abite et abscedent bonis vero dicemus venite et venient servo quoque nostro .i. corpori quod debet servire spiritui eaque castitatis et continentie sunt similiter iniungemus et sine ulla conditione obtemperabit omnemque subiectionis spiritui exhibens famulatum.

Oratio.

Domine ihesu christe non sum dignus ut intres sub tectum carnis mee quia puer sensualitatis iacet paraliticus dissolutus morbo peccati in domo corporis mei et male torquetur concupiarum motibus sed veni per gratie infusionem et dic verbo veritatis ut sanetur puer meus et resurgat a peccatis. Presta misericors deus michi misero sub potestate tue gratie constituto et habenti de tua gratia sub me vires et virtutes naturales ut habeam potestatem cogitationes et motus noxios repellendi et in bonis immorandi ac corpori ut spiritui serviat imperandi. Amen.

De curatione demoniaci et socru petri. xliij.

T ingrediebatur

dominus iesus in civitatem (caphatnaum) quod interpretatur ager seu villa pulcritudinis et pinguedinis et consolationis et significat animam religiosi devoti que debet esse impinguata pinguedine triplici .s. caritatis devotionis et contemplationis. Ad istam villam descendit libenter christus et ob hoc efficitur villa pulcritudinis et consolationis De pulcritudine et consolatione huius ville dicit petrus ravennas. Iuxta sententiam cordis mei si paradisus in hac vita presenti est vel in claustro vel in scolis est quicquid est enim extra hec duo plenum est anxietate inquietudine amaritudine formidine sollicitudine et dolore Hoc tamen quod dicit de scolis intellige de divinis scripturis non de alijs vanis scientijs. Unde hugo. Nichil in hac vita dulcius sentitur nichil avidius sumitur nichil ita mentem ab amore mundi separat nichil sic animum contra temptationes roborat nichil ita hominem excitat et adiuvat ad omne opus bonum et ad omnem laborem sicut studium sacre scripture. Et statim sabbato quando plures concurrebant et ab operibus ser-

Marci primo et nono luce quarto et mathei octavo.

Pe. ravenas

Hugo.

ustibus quiescēdo spūalibus vacabāt (ingressus synago
gam) vbi legisperiti ad docendū ꝛ cōis ppl̄s ad audien
dum legis doctrinā cōueniebant: docebat eos: maxime
tali tpe et loco docebat xp̄s qꝛ erant cōgruentia doctri-
ne eius tunc enī plurium ad synagogā fiebat cōuentus.
Sic nō quilibet xp̄ianus tenet diebus dn̄icis venire ad
eccl'iam ꝛ audire ibi missam totā et integrā. Et nota ꝙ
missa est aliquo modo de lege nature diuina et euangeli
ca lex nature vult ꝙ quilibet aliquo tp̄is spacio vacet ad
orandū deū lex scripture precipit sabbato vacandū ad
orationē sed canones ordinauerūt ad istā orōnē ꝛ tēpus
misse vbi deus ꝛ hō realiter cōtinet. Jō vt dicit glo. pec
cāt mortaliter q missam nō audiūt qꝛ preceptū est nisi co
gat necessitas aliis vero diebus nō est preceptū sed con
silium. (Et stupebāt) i. admirabantur (sup doctrina ei⁹)
tum qꝛ legē et ꝓphetas nō didicerat ꝛ tn̄ clarissime doce
bat. tum qꝛ doctrinā suam diuinis operibus ꝯformabat
vn̄ subditur (Erat enī docens eos quasi ptātē habēs) qꝛ
in ostensione signoꝝ et virtutis docebat ꝛ qꝛ pro timore
veritatē nō celabat (et nō sicut scribe) q solam verbis do

Beda.

cebant ꝛ veritatē dicere timebāt vel qꝛ non custodiebāt
ideo dicere erubescebāt. Unde beda. Sermo doctoris
in potestate fit cū ea que docet opatur. Nam q factis ipe
sua dicta destruit ꝯtēnit vel iō in ptāte (erat docens eos
et non sicut scribe) qm̄ scribe q per legē didicerāt ꝑcepta
ppl̄is dabāt ipe vero qsi auctor impletorꝙ legis vl' mu
tando vel augēdo q min⁹ videbant libere substituit. hec
beda. Quia ergo xp̄s doctrinā suā cōfirmabat per opera
miraculosa ceteri ꝑdicatores ꝛ doctores q hoc nō possūt
debēt doctrinā suā cōfirmare per opa virtuosa ꝛ nō sicut
scribe qui dicūt ꝛ nō faciūt ac doctrinā suā verboꝝ iactā
tia affirmant ꝛ ostentāt. vn̄ statim potestas dn̄i ostendit
per factū cum subditur (Et erat in synagoga eoꝝ) forte
adductus ad locum sanctū vt ibi liberaret (homo) qdam
(hn̄s spiritū imūdū) i. obsessus a demōe (exclamauit)
voce magna (dicens. Quid nobis ꝛ tibi nazarene. Veni
sti ante tēpus pdere nos) i. diminuere ꝛ auferre nostram
potestatē nocendi hoībus et torquere nos. Quia enī dy
abolus inuidia motus de salute hoīm torquetur. Jdeo
de xp̄i doctrina que erat animarū salus et medicina dole

Theophil⁹.

bat et sic clamabat. vn̄ Theophi. Exire enī ab homine ꝑ
ditionem suam dicebat demoniū. Jmmisericordes enī
existūt in hoīes mali aliqd pati se estimātes cum hoīes
nō molestant. (Scio) te qs sis q̄d est vehementer opinor
scꝫ: scis deū q̄d est xp̄s ad salutē hoīm missus. Per pro-
phetias enī de xp̄o dictas que determinauerāt tēpus et
modū ꝛ locum ventēdi ipsius xp̄i et per alias circumstan
tias sciebāt ipm esse xp̄m in lege ꝑmissum verūtn̄ nescie-
bant ipm esse deum nec per tēptationē xp̄i in deserto dy
abolus potuit scire de xp̄o vtrum dei filius per naturam
esset licet ad hunc finem tripliciter eum temptauerit. Si
enim cognouissent demones ipm esse deum nunꝙ indu
xissent iudeos ad ipm crucifigendū. vnde apostolus. Si
enim cognouissent nunꝙ dn̄m glorie crucifixissent. Ec-
ce quante peruersitatis sunt multi hoīes qui in aduersi-
tate sua deū blasphemant cum tn̄ demones ipm predi-

Beda.

cent. vbi Beda. Non voluntas ista cōfessio est quam pre
mium non sequitur cōfitendi. sed necessitatis extorsio q
cogit inuitos. Et velut si serui fugitiui post multū tēpo-
ris dn̄m videant nichil aliud nisi de verberibus suspicā-
tur sic ꝛ demones cernentes dominū in terris repēte ver
sari ad iudicandos se venisse credebant presentia saluato
ris tormenta sunt demonū hec Beda. Dicitur antē de-
mon spiritus immundus ab effectu qꝛ facit immundum
quem possidet sicut dicitur spiritus surdus vel mutus qꝛ

Crisostom⁹.

hominē surdum vel mutum facit. Vel ꝓm Crisosto. im-
mundus dicitur propter impietatē ac elōgationē a deo
et qꝛ omibus immundiis et prauis operationibus se im-
miscet. Jpm quoqꝫ imundū spiritū dn̄s licet vera de eo
testificantem iussit obmutescere ne veris falsa misceret. ꝛ
ne videretur ab ipso testimonium querere maxime quia
pharisei dicebant ipm in beelzebub demonia eijcere ꝛ ne
videretur vtilitas crucis et passionis sue. Jn quo datur
nobis dogma salutiferum vt demonibus qui mendaces
sunt ꝛ in veritate nō steterunt non credamus quantūcū-
qꝫ denuncient veritatem quia si aliquos sibi credentes i
uenerint veritati mendacium miscent et veritatē in mē-
dacium conuertunt ac vera dicendo nituntur credentes
in errorem ydolatrie ꝛ peccata inducere. Per hoc autē
ꝙ christus increpauit demonem qui suam confitebatur
potestatem ꝛ sanctitatē imponēs ei silētium docuit nos

Seneca.

laudes turpium fugere. Unde scd̄m Senecam tā triste
et tam turpe nobis esse debet laudari a turpibus ꝙ si lau
demur ob turpia. Et spiritus immūdus iussus exire ab
homine proiecit illum in medium: et discerpens eum: ꝙ̄
tum ad afflictionem exiuit inde ꝛ nichil ei nocuit ꝙ̄tum

Hiero.

ad mutilationem. Ubi hiero. Spiritus discerpēs homi-
nem exiit ab eo. Appropinquante salute appropinquat
temptatio Pharao dimissus ab israel persequitur isra-
el Dyabolus contemptus surgit in scandala Hec hiero.

Moral.

Sic etiam accidit spiritaliter quia dyabolus sepe in me
dium proijcit peccatum alicuius ad eius infamationem
et cum peccator videt se confusum dimittit peccatū co-
giturqꝫ dyabolus ab eo exire. Unde in psal. Jmple fa-
cies eorum ignominia et querent nomen tuum domine.
Verecundia enim quam habet peccator de peccato est
valde vtilis ad dimittendum peccatum. Propter quod

Seneca.

dicit Seneca ꝙ mittendus est pudor quia ꝙ̄diu in ani-
mo durauerit aliquis erat bone spei locus. Per hoc aūt
q̄d: discerpens eum exiit ab ipo: intelligitur ꝙ nullus li-
beratur a dyabolo nisi discerpatur per compunctionem
et contritionem salutarem. Et specialiter hoc de carnis
vicio intelligitur quia vicium carnale non nisi carnis af-
flictione curatur vt per que quis peccat per hec et tor-

Grego.

queatur. Et factus est sicut mortuus ita vt multi dicerēt
quia mortuus est. Unde grego. Velut mortuus quippe
ostenditur qui a maligni spiritus potestate liberatur qꝛ
quisquis iam terrena desideria subijcit vitam in se carna
lis conuersationis extinguit et mundo mortuus appa-
ret quia possessore prauo qui per immunda desideria se
agitabat caret. Quem multi mortuum dicunt quia spiri
tualiter viuere nesciunt cum qui carnalia bona non sequi
tur extinctum funditus arbitrantur hec grego. Si ergo
a maligno liberatus est mortuus sequitur ꝙ qui non est
mundo mortuus non est a maligno liberatus quod est
verbum terribile mundum diligentibus. Jesus autem
tenens manum eius leuauit eum et surrexit. ipse enī pro

Ambro.

stratis manum auxilij porrigit ipe elysos erigit vbi am
bro. Mystice autem qui in synagoga habebat spiritum i
mundum populus est iudeorum qui innodatus dyabo-
li laqueis simulatam corporis mundiciā interioris men-
tis sordibus inquinabat. Et bene spiritum immundum
habebat quia spiritūsanctum amiserat. Introierat enim

Theophi.

dyabolus vn̄ xp̄s exierat. vbi et Theophi. Sciendum
est etiā ꝙ multi nunc demonia habent. omnes scꝫ qui de
monioꝝ desideria implent vt furiosi habent demonium
ire et sic de ceteris. Sed dn̄s in synagogam venit cū mēs
hominis fuerit cōgregata ꝛ tunc dicit demoni inhabitā
ti obmutesce et statim egreditur ab eo: Et protinus egre
diens dn̄s de synagoga: scꝫ post predicationē ꝛ eius con
firmationem post demonis expulsionem introiuit in do
mum petri vt ibi refectionē acciperet post laborē. Salua-
tor enī noster cū corpus passibile ad nostrā accepisset sa-
lutem aliqn̄ declinabat ad loca familiariū sibi ꝛ deuoto

Cyrillus

rum ad quietem habendā post laborem et fatigationem
et isto modo venit ad petri domū seu hospiciū vnde Cy
rillus. Aspice autem quō manet penes virum inopē xp̄s
qui spontaneā paupertatē pro nobis passus est vt disca
mus cū pauperibus conuersari nec spernere depressos

Crisosto.

et pauperes. Unde crisosto. Et nimirū excogita quales

erant domus piscatorū hoꝝ sed tamen non dedignatus
est sub vilia tuguria piscatorum intrare erudiens ꝑ om-
nia humanum conculcare timorem. Et iterum propter
hoc nunq̄ intrauit in domum preclaram xp̄s sed in do-
mum publicani et principis publicanorum ⁊ piscatoris
palatia dimittens et eos qui mollia induunt vestimenta
Si itaq; eum vis ⁊ tu vocare orna domum tuam elemo
synis orationibus supplicationibus vigilijs. Nullus ita
q; verecundetur domum vilem habens si hec habuerit
oportoria. Nullus diues magnū sapiat domum habēs
preciosam sed verecundetur magis et hanc zeletur illāz
dimittens vt et hic christum suscipiat et illic eternis po-
tiatur tabernaculis Hec crisostomus Hic quidam dicūt
q̄ licet petrus fuerit de bethsaida tamē ratiōe vxoris ha
bebat domum in capharnaum Sed contra hoc videtur
quod marcus dicit venit (in domū Symonis ⁊ andree)

Stepha. Ideo dicendum secundum stephanum q̄ domus petri
non dicitur possessiue sed ad quam declinare consueuit
causa vendendi pisces et hac etiam familiaritate vxorē
duxit de domo illa que etiam dicitur domus Andree ꝑ
pter inseparabilitatem illorum in piscium negociatione
¶ Et mox discipulis petētibus pro socru petri id estima
tre vxoris eius febricitante (stans) dominus (super illaz
imperauit febri vt cessaret) vel recederet (et apprehensa
manu leuauit eam) que statim et subito liberata est ita vt
(continuo surgens ministrauerit ei) et discipulis suis vi
tes quas accepit. Quasi gratias agendo in obsequiū sui
exercens saluatoris. Non remanente vt solet molestia
egritudinis Quod non nisi diuina virtute potuit fieri.
Natura enim non operatur in instanti. Et ideo hoc pro
prium est medici celestis sed secus est in alijs licet enim
virtute nature possit homo a febribus curari non tamen
in instanti ac ita subito et perfecte q̄ possit statim opera
consueta facere sicut hic dicitur factum esse ex quo osten
ditur ista curatio miraculosa ad discipulorum confirma

tur sine periculis cuiusqz bnficio et auxilio fideles adiuti
transfretatis et emersis mūdi fluctibus pueniūt ad littus
et portum patrie celestis. Hanc naviculā xps in die pasce
ues cum discipulis suis ascendit p quā mare pntis secu-
li trāsiuit nō quidē qz qd ipsi tunc passi fuerint sz qr sic eis
exemplū patiēdi reliquit. Unn ascendente eo in hanc navi
culam sunt eum cōsecuti qr ois ad tormenta et usqz ad
mortē fuerunt eū imitati. Cū ergo xps in cruce positus
fuisset magnus motus in mari factus est qr mentes disci
pulorum mote sunt qr a stabilitate fidei corruerunt terre
motus magnus factus est petre scisse sunt et cetera signa
que tunc facta sunt ita qr navicula operta est fluctibus qr
tota vis psecutōis circa crucē xpi fuit et mētes oim cōtra
ipsam fluctuabāt et facta est crux xpi iudeis scandalū gen
tibus aūt stultitia. Sz inter has commotōes ipse dormi
ebat in cruce moriendo qr suum dormire hoc loco mori
est. Excitaut autem discipuli dnm dū turbati mente ma
ximis desideriorum clamoribus resurrectionē efflagitāt
di. (Salva nos) resurgendo a mortuis qr (pimus) ptur-
batione tue mortis. Ipse vero resurgēs et p resurrectōez
excitatus primo increpat discipulorum modicam fidez qr
exprobrauit incredulitatem eorum et duriciā cordis (Im
perauit aūt vētis) qr dyaboli supbiā strauit imperauit (et
mari) qr vesaniā iudeorum compescuit (et facta ē tranquilli
tas magna) et consolatio qr visa resurrectōne sedate sunt
mētes discipulorū et gauise nos vero hoies vidētes hec
oia et cognoscētes dicimus (qlis est hic) et quantus disci
puli ergo .i. hoies fideles dnt eū seq iuxta illd Si qs vult
post me venire abneget semetipsum et tollat crucez suaz
et sequatur me. ¶ Et qui ppriaz maxime crux tollit ideo
Moraliter etiam tropologice seu moraliter p naviculam pnia desi
gnatur qr p ipsam hō ad portū salutis deducit et qcunqz
extra ipsam naviculā invētus fuerit ad portū salutis non
perveniet sz ipsum unda infernalis involuet iō significa-
ta est per archaz noe. qr illi qui in eā ascēderūt fuerūt salua
ti qui vero nō ascenderūt fuerūt submersi. Tunc aūt ihs
naviculaz hanc ascendit qn qs salutis sue auidus pniam
assumit et sepe contingit qr qn qs pniam inchoat gravis
temptatio eū pulsat nec deus ipm liberat sz auxiliuz sub
trahit ipm iō recurrere dz ad eū p feruētē orōnē et rā pse
veranter instare donec impetret dei miseratione. Tanta
aūt gra sepe eum cōsequit qr ipse etiā in admirationem
Beda excitatur. Unn scdm bedā cum signo dnice crucis imbuti
seculum relinquere disponimus navē cum iesu conscen
dimus mare transire conamur. Qui enim abnegans im
pietatem et secularia desideria crucifigit membra sua cū
vicijs et concupiscentijs et cui crucifixus est mundus et
ipse mundo quasi cū dno navem ascendens mare huius
seculi transire desiderat sed nobis navigantibus quasi in
ter equoris fremitus obdormit dns qn crebrescente vel
immundorū spirituū vel hoim pravorum vel nostrarum
cogitationum impetu fidei splendor obtenebrescit spei
celsitudo cōtabescit amoris flamma refrigescit sed tunc
ad dnm recurramus qtenus tempestatē cōpescat trāquil

litatē refundat ⁊ portū salutis indulgeat. Potest etiam
aliter tropologice seu mo. expo. vt p nauiculaȝ intelligat
quelibet fidelis aīa hec nauicula mari exponit qr corpi
sociat. vere enī corpus nr̄m mare est qr omīs opera eius
amaritudinē habēt annexā. In hanc nauiculā xp̄s ascen
dit cū eā per grām inhabitat. Sequūtur aūt eū discipuli
id est virtutes tres theologice. ⁊ quatuor cardinales et
septē dona spūssancti ecce q̄ꝫ pulcra xp̄i comitiua q̄ eum
semp comitabat ⁊ quotidie cū in aīam fideleȝ ascenderit
comitatur. Sed ⁊ hanc nauiculā cōmouent venti tēpta
tionū .i. exteriores demonū impulsiōes ⁊ vnde seu pcel
le passionū .i. interiores vexatiōes carnales que frequen
ter insurgunt pie in xp̄o viuētibus et nonnūq̄ꝫ est tantus
temptationū impetus q̄ quasi aīa operit fluctibus ex q̄
bus timendū est virtutes et dona periclitari in ea ꝫ xp̄s
in nobis dormit cū talia permittit eo q̄ somno nr̄o con
sopiatur in nobis ita q̄ videt nos dereliquisse sed nō est
ita imo ipse promisit dicēs cum ipso sum in tribulatō̄e ⁊c.
Et ideo redeunte anima ad se virtutes ⁊ dona excitant
dn̄m exclamantes voce grandi ⁊ di. (Dn̄e salua nos pe-
rimus) tunc xp̄s oēm tribulantiā sedat exteriores vētos
demonum cōpescit. fluctus carnis cōtra animā se erigen
tis mitigat et sic fit magna tranquillitas exterius cū tri
bulatio ⁊ temptatio cessat vel interius cū patientiam bo
nam prestat. et hec tranquillitas virtutis melior est q̄ꝫ trā
quillitas corporalis. sicut dictū fuit paul' sufficit tibi gratia
mea. ppter q̄d subiungit libenter igitur gloriabor in infir
mitatibus meis vt inhabitet in me virtus xp̄i. tā magna
aūt fit tranquillitas ita vt ipse totus homo miretur ⁊ di
cat. (Qualis est hic) misericordissim' potētissimus et sa
pientissimus dn̄s (qr mare ⁊ venti) temptationū ⁊ passio
num (obediūt ei) ad nutū. quid igit tam benignissimū q̄ꝫ
q̄ deus in hanc nauiculā de celo veniens pro delicijs ha
bet esse cum filijs hoīm quid interest tā admirantissime vti
litatis esse poterit q̄ꝫ q̄ deus cōiunctus aīe ipsam promo
uet ad salutē qui descendēs in aīam dormire tunc dicit.
cum subtracta grā spūali motus temptationis insurgūt
vigilare vero ⁊ excitari tūc dr̄ cū spūalis grā iam presens
sentitur ad cuius p̄ntiam oīa temptationū genera con-
quiescūt. Circa istō aug quasi de vno exemplū inducens

Augustinus

sicait. Intrant venti in cor tuum vtiq̄ꝫ vbi nauigas vbi
hanc vitā tanq̄ꝫ pcellosum ⁊ periculosum pelagus tran
sis intrant venti mouēt fluctus turbant nauē. Qui sunt
venti. Audisti cōuiciū irasceris cōuiciū ventus est iracū
dia fluctus est periclitaris disponis respōdere disponis
maledictum maledicto reddere iam nauis propinquat
naufragio excita xp̄m dormientem ideo ⁊ fluctus ⁊ ma
la pro malis reddere preparas qr xp̄s dormit in naui. In
corde enim tuo somnus xp̄i oblitio fidei. nam si excites
xp̄m id est recolas fidem q̄d tibi dicit tanq̄ꝫ vigilans xp̄s
in corde tuo ego audiui demonium habes ⁊ pro eis ora-
ui audit dn̄s et patitur audit seruus et indignatur ꝫ vin
dictam vis quid enim ego iam sum vindicatus enim tibi
hec loquitur fides tua quasi imperat ventis ⁊ fluctibus ⁊
fit tranquillitas. hec aug. Et similiter de alijs que nos tē
ptāt vel tribulant intelligas suo modo vt ex omni parte
concludatur mala conditio q̄ sicut modicum foramen
existens in naui ponit eam in periculo nisi obstruatur sic
anima est in periculo damnationis propter vnam malā
conditionem nisi excludatur et ideo dicitur in pūerbus.
omni custodia serua cor tuum. ⁊ in ecclesiastico. sepi au-
res tuas spinis et ori facito ostia ⁊ seras auribus. Igitur
qū tribulamur ⁊ temptamur debemus esse constantes i
fide et nil hesitare qr licet circa nos ⁊ facta nostra dn̄s vi
deatur dormire ipse tn̄ diligentissimus est super custodia
nostra quotidie qui ⁊ si iā sui corporis somno non dormiat
caueam' tn̄ ne nr̄i corporis somno nobis dormiat ⁊ q̄escat
Dormit enī qū ab orationibus et bonis operibus cessa-
mus ⁊ suscitādus tūc est in nobis crebris ⁊ deuotis p̄ci-
bus et ipse tunc facit trāquillitatē qr facit in tēptatiōe p-
uentū sed fatut ipm magis obdormire faciunt i hoc ꝫ q̄
magis ad hūanū cōsilium q̄ꝫ ad diuinū cōfugiunt. vnde
Aug. nichil magis suggerit hūano cordi ab inuisibilib' ex

Augusti.

pugnātibus inimicis nisi q̄ de' nō est adiutor. vt requiren
tes alia adiutoria inueniamur inualidi ⁊ ab inimicis ipsis
capiamur. hec aug. Volens ergo ad seruitutē dei accede
re sm̄ cōsiliū sapientis pparet se ad tēptatiōes iminētes
cum enī quis a vicijs ⁊ pctīs se subtrahere voluerit vt so
li deo vacare .i. intendere possit cōmotio magna fit in ma
ri seu mūdo .i. psecutio multiplex cui' causa est triplex ꝫ
impulsus ventoꝝ hoc est tēptatio a diabolo turbatio ma
ris hoc est tēptatio a mūdo. commotio tēpestatis hoc est
tēptatio a carne quas tēptatiōes ɔtra se sentit insurgere
Procella enī tēptatiōis ex inuidia diaboli conatus viri
iusti a bono proposito cōmouere optat aliquādo prauo-
rum psecutiōibus exterius aliq̄n impulsu malarū cogita
tionū interius nōnūq̄ꝫ etiā ex propria fragilitate carnis
stimulus qr quāto magis quis deo appropinquare volu
erit ⁊ in deum pfecerit tanto amplius inuenit q̄d durius
portet. In exēplo videlꝫ israhelitarū q̄ tunc duri' a pha-
raone sunt afflicti qū per moysen ⁊ aaron ad terram pro
missionis sunt vocati q̄d dn̄s etiaȝ suo exemplo ostendit
qū post baptismū et ieiuniū temptationes diaboli ptulit
sepe enī post cōuersionem nos diabolus acrius temptat
quos a sua seruitute recedere considerat ꝫ ille qui nō dor
mitat neq̄ꝫ dormiet custodiens israhel quasi dormit i na
ui cum mentē viri iusti inter procellas temptationū diu-
tius permittit fatigari. Cūq̄ꝫ sentit temptationes suauis
tute superare nō posse accedit ad omnipotentiam dei re
currens ⁊ suscitat dn̄m cum per mentis deuotionem ill
appropinquans ⁊ suam fragilitatē humiliter recogno-
scit ac diuinā potentiā ac dei miam deuotissime totis vi
ribus mētis implorare nō cessat quousq̄ꝫ i sui adiutoriuȝ
diuinū excitet auxiliū tūc enī surgēs iperat vētis et ma-
ri qr tēptamēta diaboli insurgētia cōtra mentē viri iusti
cōquiescere facit ⁊ eū sibi libere seruire pmittit. fit autem
tūc magna tranqllitas qr expulsis malarū tēptationum
radicib' virtutes aīe ⁊ ea q̄ pri' nō sine formidīe obserua
bat postmodū velut naturalit̄ p bonā ɔsuetudinē custo-
dire icipit gaudēs cū pp̄ha ⁊ cātans. declinate a me mali
gni ⁊ scrutabor mādata dei mei sicq̄ꝫ trāsnauigato mari
et huius seculi fluctibus calcatis ad portum feliciter per
uenit paradisi.

Oratio.

Domine iesu xp̄e impera suggestionū ⁊ tēptatio-
num flatibus ⁊ motibus veni ⁊ gradere sup cor
dis fluctus vt serena et tranquilla fiant oīa mea
requiescat in te deus meus cor meū. cor mare magnum
tumēs fluctibus dormiat ab oībus q̄ sub celo sunt vigi-
lans in te quaten' amplectar te vnū bonū meū et ɔtem-
pler te lumen oculoꝝ meoꝝ ⁊ letabūdus cantem ⁊ dicaȝ
ego dormio et cor meum vigilet ⁊ illud in pace in idipm
dormiam et requiescam. Amen.

De duob' demoniacis a legiōe obsessis. Ca. xlvij.

Dum autē iesus et discipuli eius trāsfretassent et mare galilee trāsiuissent venerūt in regionē gerasenorū

Mat. viij

contra galileam. Gerasa quippe est insignis ciuitas ara
bie transiordanem iuxta montē galaad in quo laban cō
prehendit iacob in tribu manasse non longe a stagno ty
beriadis ex opposito galilee stagno interiacēte a qua ci-
uitate denominatur regio gerasenorum ⁊ cum de naui
essent ad terram egressi (occurrerunt ei duo) homies de
moniaci (seui nimis) qr in se et in alios seuiebant non qr
demoniaci aliquid possint nisi q̄tum deus eis permittit
(ita vt nemo posset p viā illā trāsire) hoc eī intēdūt seuiē
tes in nos demones .s. obstruere nobis viā vite (exeūtes
de monumētis) in q̄bus habitabāt (⁊ domiciliū hebāt)
Ideo i monumētis gētiliū vbi corpora eoꝝ sepulta erāt

demones hītabant tanq̄ hītur sup corpa eorū ptātem post iudiciū sup q̄s aīas ptātem iam hēbāt in monumētis enī aliqū demoniaci hītant vt p hoc demones terrorem hoībus de aīabus defunctoꝝ ingerāt et ēt q̄ i mortuis opib9 .i. in pctīs delectant ꝛ gaudēt q̄ ēt vinciebant catenis ꝛ ɔpedibus ꝛ ruptis vinculis agebant ī deserto a demōib9 his silēs sunt mali religiosi si q̄s vincl'a obieɔ ɔstōem nō pñt tenere q̄n exeāt de monumētis .i. de claustris in mundo mortui dūt eē ꝛ hoc ad negocia secularia vel inutilia seu etiam mala exercenda. Et virtutē dei sentientes atq; ex magno timore non ex hūilitate aū ihm ꝑcidentes eum adorauerunt ꝛ clamātes scoacti voce magna vt eñ dicit hila. nō ē volūtatis confessio sȝ nc̄citatis

Hylari9.

extorsio qr timēt eius pñriaȝ dixerūt (Quid nobis ꝛ tibi ihu fili dei) q d nichil ē cōe tibi ꝛ nobis tu deus nos dyaboli tu hūilis nos supbi tu venisti saluare nos pdere vñ apl's que ɔuentio xpi ad belial i ad dyabolū certe nulla qr xp̄s oīa facit bñ dyabolus oīa male supia dubitās dixit si filius dei eē h eruditus tormentis asserit ihu fili dei pena n. oclos apit q̄s culpa claudit nō cognouerāt ex certa sciā ihm eē filiū dei sȝ ex ɔiecturis q̄busdā opinabant nō tñ de hoc certi vñ aug. q̄ demones clamant q̄d nobis

Augusti.

et tibi iesu fili dei magis ex suspitione q̄ ex cognitōe dixisse credēdi sunt si eñ cognouissent nunq̄ dñm glīe crucifigi pmisissent. Istis demoniacis ex tiore dñi adorantibus ꝛ cōfitentibus siles sunt q̄ timore gehēne potius q̄ amore iusticie deo seruiūt q̄ magis hñt oculū sinistrum ad gehennā vel cōmodū transitoriū q̄ oculū dextrū ad celum ꝛ incommutabile bonū nō gratis colētes deū. Venisti ante tp̄s debitū torq̄re nos. Sciebāt eñ in die iudicij sic facturam dānatōeȝ ꝛ se mittēdos in abyssum et torquendos sȝ iam torq̄ri se dicebāt qr fm Hiero pñtia sal-

Heroni. Crisosto

uatoris tormētū ē demonū vñ cris. ceteri flagellabant inuisibiliter puncti et infixi ꝛ itolerabilia patiētes ex pñtia sola vel iō torquebant qr suspicabant q̄ exire et a lesione cessare cogerent nā scd̄m hier o. magnū tormētū ē demonibus a lesione hoīm cessare ꝑpter odiū q̄d erga nos habent ꝛ tāto grauiu9 dimittūt q̄nto diutiu9 posséderāt caueat ergo lesus a dyabolo vt cito eius iugum dirūpat qr tanto facilius q̄nto citius eius dñium euitatur (Et interrogabat iesus de noīe non qr ignoraret sȝ vt multitudo demonum ex confessione eorū appareret et magis credibile esset q̄ tot demones in duob9 hoībus fuissent et vt confessa peste virtus curāns gratior emicaret. Vñ dixerunt (legio michi nomen ē) qr multi sumus legio aūt proprie dr̄ numerus determiatus armatoꝝ in exercitu ꝛ cōtinet sex milia sex centos sexaginta sex ꝛ inde dr̄ legio in demonibus q̄ militant contra nos ꝛ qr ꝛ si non possint hominibus nocere in persona saltem appetunt eis nocere in rebus. rogabāt iesum si eos eijceret (ne se expelleret ex regione) i. hītatōeȝ hoīȝ vl' (i abissuȝ) ꝛ i infernū loc9 n infernus debet demōibus pmittunt tñ inter hoīes habitare vsq; ad iudicium vt gloriosior sit victoria electorūȝ in superatione demonum temptantiū sed mitteret eos in porcos vt saltē sic in aliquo affligerent hoīes qr vbiq; hoīes in mesticiam mittere studēt ꝛ de pditione eorū gaudent Ecce demonuȝ infirmitas qr nil pñt nisi permissi si ergo porcis nocere nō poterāt nisi pmissi mīto minus hoībus factis ad ymaginē dei oȝ igr̄ deū solū timere illos autē ɔtemnere in q̄ etiā apparet eoꝝ vilitas qr ingredi volūt in porcos (Et pmisit) dñs ɔcedēdo eis petitionē ipsoꝝ q̄d ptȝ per sequentē effectū nā porcoꝝ gregeȝ q̄ iuxta pascebantur inuaserunt et duo milia in stagno genezareth seu tyberiadis submersērūt ꝛ sic demoniaci liberati sunt ꝛ curati pmisit āt hoc dñs nō ꝑpter eoꝝ ꝑsuasionē vl' vt impiā eoꝝ impleret volūtatē sȝ ꝑpter mītiplicē cāȝ ꝛ vtilitatē. Quaꝝ prima ē qr forte hoīes illius terre petīs suis illud dānū sibi fieri demeruerant. Scd̄a vt ex euentu ꝛ iacture magnitudine appareat hominibus q̄ȝ sint crudeles et nocentes sibi subditis obtēperantibus et q̄ homines

quos magis odiunt plus affligerēt si deus pmitteret et eis liceret vñ Criso. ꝛ concessit eis volens furiam quā cōtra homīes hñt demones oībus demonstrare ꝛ q̄ multo peiora vellent hoībus infligere si possent virtute nō impediti diuīa ꝛ qr in hoībus hanc demonstrationem fieri eius pietas non ferebat ipsos in porcos intrare permisit vt in illis virtus ꝛ furor demonū videat. Tercia scd̄m Criso. vt discant omnes q̄n neq; aduersus porcos audent. vel pñt nisi deus concesserit vel pmiserit. Quarta propter sa-

Crisostom9.

lutem hoīm vt inde homibus salutis occasio preberetur ꝛ vt hoīes regionis illius discerēt dei virtutem ꝛ in eius venirent cognitionem. Huius enīȝ occasione pastores fugerunt ꝛ hec omnia hoībus i ciuitate gerasa nūciauerūt Quinta ꝑpter dignitatem hominū ostendā. s. q̄ȝ dignior sit hō bestijs eum ꝑpter salutem duoꝝ hoīm perire pmisit deus duo milia porcoꝝ multum ergo peccant qui hominem perdere vel mutilare nō formidāt. Sexta ad cōtumeliam demonum qr porcus aīal ē immundū. Elegerunt eñ intrare in porcos qr hoc magis sibi permitti putabant et hoc magis cōgruebat porci n. ꝑpter immundiciam et serpentes ꝑpter astuciam magis eis cōpetūt vñ Remigius ideo aūt non petierūt mitti in hoīes qr illum

Remigius

cuius virtute torquebant hūanaȝ spēm gestare videbāt nec petierunt vt in pecora mitterentur qr velut munda aīalia in templo dei offerebantur. Petierūt autem vt in porcos mitterentur qr nullū aīal immūdius est porco et demones semꝑ in spurcitijs delectant. Septima ꝑpter misterium nam porci q̄ nō hñt ad celū faciē sȝ ad terram ꝛ in luto iacere delectantur significant illos q̄ deum pre oculis non hñt sed vicijs sordidantur ꝛ in ptātem demonum traduntur et in infernū cū eis finaliter demergunt et nūc suffocati in aquis ꝛ voluptatibus huius mūdi tūc suffocabuntur in abyssis et puteo inferni vnde glo. Nisi quis more porci vixerit dyabolus ptātem in eo non habebit nisi forte ad ꝑbandum nō ad perdenduȝ vñ ꝛ aug.

Augustinus

Certi misterij gratia ꝛ certa dispensatiōe dimisit demones in porcos vt ostenderet dyabolum in eis dñari q̄ vitam porcoruȝ gerunt vbi scd̄m Ambro clementiam do-

Ambrosius.

mini debemus aduertere q̄ nullum prius ipse ɔdemnat sȝ vnusquisq; ipse sibi auctor est pene. Timeant ergo hi dimosi castrimargi et immundi qui in sordibus luxurie et voluptatum viuunt ne in ptātem dyaboli etiam viuentes dño iubente vel permittente tradantur ꝛ postea cū eo in infernum demergantur. Dicit etiā q̄ demones nobiliores peccata detestantur vtpote sicut q̄ȝ to magis hō debet detestari ea. Patet autem ex hoc q̄ȝ detestabilis sit libido castrimargia sicut et supbia non enim legitur dyabolum in aliq̄d animalis organum intrasse preter q̄ȝ porci serpentis et hominis vbi Criso. Cum porcini homines

Crisostom9.

sunt facile capi possunt ab actionibus. Porcini sunt homines auide comedentes per gulam pingues ad luxuriam in luto iacentes per accidiam in terra fodientes ꝑ auariciam spumantes per iracundiam per porcos etiaȝ significantur detractores et referendarij qui pascunt de fecibus et mundicijs aliorum tanq̄ porci referētes que vident vel audiunt rodūt vitam eoꝝ quos etiam demones intrant et demergunt in infernum Erubesce miser de hoc detestabili officio pacis turbamento et discordie seminario et insuper time de aīe ꝑiculo qr dyabolus in te ptātem accepit q̄ñ te ad hoc offīn ꝑduxit ꝛ qui nūc te suffocauit in hoc vicio postea te suffocabit in inferno. Timeat etiam et caueat auditor ne talibus consentiendo ꝛ aures prebendo eis similis fiat qr sicut sup linguam detractoris sic super aures auditoris dyabolus sedet et si non esset auditor non esset detractor vñ glo. super illud vētus aquilo dissipat pluuias et facies tristis linguā detrahentem sic dicit. Si hylari vultu detractorem audieris tu illi das fomitem detrahēdi si vero tristi discit non libenter dicere q̄d didicerit nō libēter audiri. Aufer dñe obprobrium talium hoīm pestiferoꝝ a religione seruorū

tuoꝝ. ¶ Mystice per demoniacū significatur diabolus q̄ in monumētis et in montibus .i. in fedis ꝛ superbis habitat hoībus. Nomē eius legio dr̄ qꝛ multis in malum associatur eius aūt eiectio per xp̄m significauit de monū multitudinē deuincendā per ip̄m. legio q̄ꝫ ab hoībus pulsa porcos ingrediť qꝛ demones ab illis q̄ ad vitam eternaꝫ predestinati sunt per grām electi male viuētibus ꝛ terrenis intēdentibus dn̄antur. qđ tn̄ nō faciūt nisi iesus concedat qꝛ nec malos tēptare possunt nisi potētia diuina p̄mittat. Grex vero porcoꝝ a legione ī mare proijciť dum per demones maloꝝ vniuersitas ad infernalem amaritudinem perducitur. Non repugnat aūt qđ matheus de duobus demoniacis. marcus vero ꝛ lucas de vno loquūtur. *Augustinus* sed f̄m aug. intelligas vnum eoꝝ fuisse persone alicuius *Crisostomus.* clarioris ꝛ famosioris vel f̄m Criso. senioris et insanie maioris pro quo illa regio maxime dolebat. qđ volentes significare duo euangeliste solum vnum cōmemorandum iudicauerunt de quo facti huius fama latius preclariusq̄ꝫ fragrauerat. Illi aūt hoīes de ciuitate exeuntes (venerūt ad iesum) vbi *Titus* Titus. illos aūt ad saluatorem duxit dāut necessitas. frequēter enī deus hoīes damnat ī rebus possessis ꝛ confert beneficium aīabus. Et hoīes iesum ac facta videntes conscij fragilitatis sue velut adhuc infirmi et presentia dn̄i indigni rogabant eum ex humilitate vt a finibus eoꝝ discederet qꝛ timore magno admirationis et reuerentie tenebantur. Reputabāt enī se indignos tanto doctore et eius cōuersatione sicut centurio reputabat se indignum tanto hospite ꝛ sicut petrus fragilitatis sue memor ait exi a me dn̄e qꝛ homo peccator sum vel forte isti geraseni ex peccatis suis territi timebant offendere p̄sentiam xp̄i et per ꝯñs incurrere penam maiorē precedēti ꝛ per eum amplius q̄ꝫ in amissione porcoꝝ damnificati sicut oza tangens archā dei. Ipse aūt ascendit nauem: vt infirmos desereret q̄bus oneri suā p̄ntiā esse videbat. *Crisostomus.* vbi Criso. Attende aūt xp̄i humilitatē postq̄ꝫ enī collatis a se talibus bn̄ficiis emittebāť non obstat sed discedit et eos qui seip̄os indignos sua doctrina promulgauerant dereliquit dans eis doctores liberatos a demonibus et porcorum pastores: Cūq̄ꝫ iesus nauem ascenderet: rogabat illum ex deuotione sanatus: vt cū eo esset: qꝛ gratus de bn̄ficio sibi collato eum sequi volebat. Jesus aūt: non admisit: id est nō recepit eū ad discipulatū p̄pter p̄cedentis passiōis horrorē ꝛ ne scriberet demoni qđ iste faceret si discipulus xp̄i esset. Ex hoc loco accipiť ꝛ ꝯsuetū est in eccl̄ia q̄ demoniaci et furiosi post curationē nō promouentur ad eccl̄iastica officia sed dn̄s eum quē curauerat secum ducere noluit vt iactantie cām vitare doceret ꝛ p̄pter fructū predicatiōis ip̄m ad suos remisit vt per eum aliis p̄curareť salus ꝛ infidelibus esset exēplo ipse sanatus. vn̄ eum a sua sequela simpliciter nō repellit sed ip̄m p̄dicatorē magnaliū diuini cōstituit dr̄. Uade in domū tuā: ad tuos q̄bus ex officio caritatis plus teneris: et nuncia illis quātā tibi dn̄s fecit ꝛ tui misertus sit: sanans te ī aīa *Theophilus.* et in corpe. vn̄ theoph. Uide saluatoris humilitatē nō dixit denuncia oīa que feci tibi sed oīa que fecit tibi dn̄s. sic tu cum bonū aliq̄đ operaris nō tibi sed deo attribuas *Crisostomus.* vn̄ et cris. Licꝫ aūt aliis sanatis p̄cepit nemini dicere cōueniēter tn̄ huic p̄cepit q̄ annunciet qm̄ oīs illa regio de *Augustinus* monibus detenta sine deo manebat. vn̄ etiā aug. q̄ autez iste sanatus cupit iam esse cum xp̄o. ꝛ diciť ei redi in domum tuā ꝛ narra quanta tibi fecit deus sic intelligiť vt si quisq̄ꝫ intelligat post remissionē petoꝝ redeundum sibi esse in cōscientiā bonā sicut in domū ꝛ seruiendum euangelio p̄pter alioꝝ salutē vt deinde cū xp̄o requiescat. Ne *Gregorius.* dum p̄propere vult iā esse cū xp̄o negligat predicatiōis mysteriū fraterne redēptioni accomodatū. Et greg. cuꝫ enī quātūlibet parū de diuina cogitatiōe p̄ceperimus redire iam ad humana nolumus quietē cōtemplatiōis querentes sꝫ dn̄s p̄cepit vt mēs prius exsudet in ope et postmodū refici debeat p̄ cōtemplationē. Et abiit: nō mente sed corpe separatus a dn̄o: et predicauit ī decapoli .i. in regione .x. ciuitatum: quāta sibi fecisset iesus: magnalia: et oēs mirabanť: ꝛ per eū ad fidem edificabanť. Ecce mutatio dextre excelsi qꝛ ex infideli ꝛ demoniaco factus est p̄dicator fidelis ꝛ demonis operāte dn̄o. et vere fidelis qꝛ ad gloriam dei et ad vtilitatē proximi effectus est talis. Qđ vero hic dr̄ de vno intelligendum est etiā de alio qui erat cum eo qꝛ ambo volentes xp̄m sequi ad suos missi sunt ꝛ ambo salutē sibi factam ꝛ magnalia dei predicauerunt p̄ quo q̄ꝫ exēplo doceť quēq̄ꝫ suo p̄ximo salutē sibi factam p̄dicare ꝛ a diabolo se liberatum esse verbis ꝛ operibus bonis demonstrare ꝛ alios ad eandem salutem percipiēdā vocare. Studeamus ergo ꝛ nos si nōdum liberati sumus a diabolo liberari et si iam nos liberatos eē cognoscimus salutem aliis predicemus quam nos obtinuisse gaudemus memores quod scriptū est qui audit dicat veni. Sꝫ multi hoc exemplū minime sequuntur et de his que ad corpora pertinent circa amicos suos solliciti sunt ꝛ inquirunt sed de his que ad salutē aīarum pertinent sollicitudinem nullam gerunt.

Oratio.

Domine iesu xp̄e amator hoīm benignissime supplico lacrimabiliter bonitati tue libera me ab oībus petoꝝ sordibus et demonum infestatōibus meq̄ꝫ ab eis liberatum vsq̄ꝫ in finē misericorditer custodi illesum vt ad tuā gloriā ꝛ p̄ximoꝝ vtilitatē valeā verbis narrare ꝛ operibus demōstrare q̄ꝫta magnalia feceris aīe mee p̄ tuā grām liberare quatenus cognoscētes ceteri qꝛ hec mutatio dextre excelsi oēs meo exēplo p̄uocenť te misericorditer ad meliora cōuertantur. Amen.

De curatiōe paralitici per tectū dimissi. Ca. xlvij.

Tcum dn̄s iesus ascēdisset in naiculā vt de terra gerasenoꝝ rediret in galileā. vn̄ illuc venerat f̄m Criso. *Mathei. Marci. luce v. Crisostomus* nauigio transierat q̄ poterat pede p̄trāsire. nō sꝫ enī voluit potētiā ondere ī mirabilibus ne incarnatiōis noceret mysterio. Et ꝯtra hoīes huius mūdi si vllā hūt potētiā sꝫ volūt ea vti magis q̄ꝫ veritate iusticie iō etiā sine vehiculo nauis trāsire noluit vt nos doceret naui et suffragio p̄nie vti ī mari seculi huius vt ī ciuitatē celestē p̄ueniamus Hec enī nauis p̄nie ī ciuitatē celestē deducit. 2º secūř. Et venit ī ciuitatē suā .s. capharnaū in q̄ frequētius cōuersari solebat ꝛ miracula opari. f̄m Cris. ciuitatē suā h̄ dicit capharnaū quā nō nascēdo sꝫ miraculis illustrādo suā ipse *Crisostomus* fecerat. Alia q̄dē eū extulit ꝛ extra in lucē duxit vt bethleem. alia aūt nutriuit vt nazareth. alia aūt diu ihabitantē habuit vt caphamaū. hanc enī ciuitatē magis freq̄ntauit ꝯuersatiōe ꝛ in miraculoꝝ opatiōe. qꝛ scđꝫ aug. erat q̄ *Augustinus* si metropolis ꝛ insignior ciuitas galilee vbi plurimoꝝ cōcursu fides ꝛ doctrina eius clarius pateret ꝛ miraculis cōfirmata ad multos salubriť p̄ueniret. vel qꝛ vt supra dcm̄ ē caphamaū interp̄tať villa pulcritudīs ꝛ pinguedis ꝛ cōsolatiōis q̄ sunt occasio peccādi multis iō ad sui ꝯuersionē pluribus indigebat miraculis vel sicut metropolim regionis alicuius ciuitatē nr̄am dicimus existētes tn̄ de ciuitate subiecta illi ita ꝛ capharnaū metropolis nazareth galylee sita īter nazareth ꝛ stagnū diciť ciuitas dn̄i ī nazareth concepti ꝛ nutriti. Et cum in domo doceret turbas: viri quatuor portantes in lecto paraliticū: inueniētesq̄ꝫ multitudine ianuā obturatā ꝛ nō valentes introire p̄ eā: ꝛ illū inferre pre turba ascēderunt sup̄ra tectū: et nudantes illud: per tegulas submiserūt illum cū lecto in mediū an̄ iesum: ꝛ hoc fuit signum magnū fidei ip̄oꝝ. Unde post fidem eorum ostendit dominus diuine potestatis actum et super animam et super corpus ipsum. et hoc tripliciť. primo in remissione criminis secundo in cognitione cogitationis. ꝛ hec duo pertinent ad animam. tertio ī subita curatione egritudinis corporalis. nam videns iesus fidem illorum. scilicet offerētium et etiā paralitici oblati

non eũ se portari et per tectum submitti sustinuisset nisi curationis fidem hũisset dimisit ei pctã di (Cõfide fili remittuntur tibi pctã tua) z non dicit remitto ſʒ remittunt cã hũilitatis et pietatis insinuãde ex hoc pʒ q̃ fides palitici aderat q̃ illʒ sanitas corpalis vel aliqd hmõi dei alicui ppter fidem alienã remissio tñ pctõrum nõ dat alicui adulto sine fide ppua z iõ hũ filiũ vocat q̃ iam credebat

Hieroni.

vbi hiero. O mira humilitas despectũ et debilez totisqʒ membroꝝ compagibus dissolutũ filiũ vocat quem sacerdotes non dignabantur attingere. Aut certe iõ filium q̃ dimittuntur ei pctã sua (Et quidã de scribis) .i. legisperitis (dixerũt intra se) .i. cogitabant q̃ extra dicere ppt ppl'm nõ audebãt verbũ .n. intrinsecũ est cogitatio mẽtis (Hic blasphemat) .i. qđ dei est sibi vsurpat Est .n. blasphemare deo iniuriaʒ irrogare quod fit tripliciter vel cũ deo attribuit qđ ei nõ ꝯuenit vel ab eo remouet qđ ei conuenit vel cũ hõ sibi qđ ppriũ ẽ dei tribuit z hoc mõ tertio iudicabant eum blasphemare q̃ ipm putabant hoiem tñ et non deũ eẽ dimittere aũt pctã soli deo ꝯuenit. Sed xps ꝯuenienter eos redarguit oñdẽs se esse deuz dupl'r. Pmo q̃ rñdet eoꝝ cogitatõibus q̃s cogñscere p certitudinẽ soli deo ppriũ ẽ di (Ut qd cogitatis mala in cordib⁹ vr̃is) imponẽdo michi falso blasphemiã s. me nõ posse pctã dimittere et qđ dei ẽ vsurpare .q. d. qua ptãte cogitationes vr̃as video etiã pctã dimittere possuʒ q̃ cogitatiões sũt fons boni z origo mali iõ saluator nr̃ cuʒ vidisset malas scribaꝝ cogitationes ne vlterius pdirẽt in peius statim redarguit eos di. (vt qd cogitatis mala in cordibus vr̃is) dãs nobis doctrinã vt q̃cito ppẽderimus nos mala cogitatiõe pulsari stati dẽmus nosmetipsos rephendere. vt q. d. tibijpsi hec xpi verba vt qd cogitas mala in corde tuo. Deĩn hoc ẽt oñdit sanãdo palitiçũ p impiũ tanq̃ ppria virtute qđ est eiusdez ptãtis sicut et peccata dimittere licet eniʒ palisis virtute nature aliqñ possit curari nõ tñ subito nec ita perfecte vt statim homo possit lectuʒ in quo iacet portare vt hic dr̃ factum esse vñ subiũgit (quid ẽ facili⁹) int duo ista s. (dicere dimittũt tibi pctã tua aut dicere surge z ambula) hoc ẽ solo verbo efficere vt dimittantur peccata an verbo efficere vt paraliticus surgat sanus et ambulet .q. d. Si vobis hoc manifestius z maius videt scʒ subita curatio corporum q̃ animaruz z possuʒ hoꝝ primũ g̃ z reliquũ q̃ eq̃lis ptãtis ẽ vtrũqʒ z vtrumqʒ ẽ virtutis infinite. Uñ ex hoc cõcludit virtutem diuinitatis sue p factum di. (Ut autẽ sciatis q̃ filius homĩs habʒ ptãtem in terra dimittendi pctã tũc ait palitico) q̃ verbũ interponit ab euãg. (Surge) s. sanus a lecto (tolle lectũ tuũ) in quo diu decubueras infirmãdo vt qđ fuit testimoniũ infirmitatis sit pbatio sanitatis (et vade in domum tuaʒ) p te non indigẽs vt prius portitore. Et fecit sic (magnificãs deũ) q̃ sanauit cum magna virtus vbi sine mora salus imperium comitat vt nemo iam dubitarʒ eum palitico dimisisse pctã qui eundem sublato grabato ambulare precepit vñ merito q̃ aderãt stupẽtes et mirantes relictis blasphemijs ad laudez cõuertuntur tãte maiestatis ppter qđ seq̃tur (Uidẽtes aũt turbe) s. miraculum factum in palitico (timuerũt) reuerẽdo z admirãdo (z glĩficauerũt) laudãdo (deũ q̃ dedit ptãtem talem) scʒ dimittẽdi pctã z curandi solo verbo infirmos (homĩbus) ad eoꝝ scʒ salutẽ vel scđm glo. hoiem tam potẽter inter hoies operantẽ. Et hãc ptãtem dedit deus pater xpo causatiue hoibus aũt receptiue. Xps quippe tribus de causis miracula faciebat primo ppter vtilitatem circa q̃s faciebat vtilitatem q̃ eos in corpore z in anima curabat secundo propter aliorum conuersionem q̃ multi videntes ea conuertebantur tertio propter dei gloriam z honorem et ista triplex cã hic tangitur Ex hoc tñ qđ timuerunt videtur q̃ nec de christo plenã cognitõem habebãt q̃ purũ hominem eẽ z posse z hanc ptãtem a deo credebant vñ glo. Spectãt surgentẽ increduli imitantur abeuntem et diuini operis miracula malunt timere q̃ crede-re nam si crederent non timerent sed diligerent perfecta enim caritas foras mittit timorem. ¶ Cõsidera hic q̃ dominus curando palitiçũ incepit a morbo spũali qui erat causa z radix morbi corporalis q̃ primo remisit peccata eius que fuerunt cã morbi ad modũ boni medici qui primo remouet causam morbi et tunc postmodũ intẽdit curationem. Infirmitas autẽ hec fuerat inflicta palitico propter peccata sua vt purgarẽtur z iõ dñs primo remouit causam q̃ cessante causa cessat et effectus introduct⁹ ob illã causam. Nulla enim nocebat aduersitas si nulla dñetur iniquitas vnde scđm glo. qnqʒ modis infirmitates contingunt vel vt iustis merita per patientiam augeantur vt iob vel ad custodiam virtutum ne supbia temptet vt paulo vel ad corrigendum peccata vt marie lepra et sicut huic palitico vel ad gloriam dei vt ceco nato z lazaro vel ad initium pene vt herodi quatenus hic videatur quid in inferno sequat. Hic ergo scđm hiero datur intelligi plerasqʒ corporum debilitates euenire propter pctã. Et iõ prius pctã dimittũtur vt causis debilitatis ablatis sanitas restituatur z sic visibile signum vt inuisibile sic probetur vnde z Beda. Curaturus aũt hoiem a

Hieronim⁹.

paralisi dñs primo pctõrum vincula dissoluit vt ostenderet eum ob nexus culpatum artuũ dissolutiõe fuisse dampnatum nec nisi his relaxatis membroruʒ posse recuperatione sanari. Sed heu nos econuerso magis satagimus de curatione corpis q̃ anime ideo sepe destituimur vtrobiqʒ vnde Crisostomus. Nos autem si corporaliter patiamur satagimus nociuum abijcere. Cũ vero male sit aĩe differimus atqʒ ideo nec a corporis nociuis curamur.

Beda

Crisostom⁹.

Abscindamus ergo fontem malorum et cessabũt egritudinuʒ fluxus hec Criso. ergo quia constat q̃ ppter pctã qñqʒ homo egrotat medicus egrum visitans primo euʒ ad penitentiã et confessionem monere debet ne peccato tanq̃ ferro manente in vulnere frustra sit emplastruʒ apponere. Unde peccant medici qui curam materialez adhibent corpori priusq̃ cura spiritualis sit adhibita anime ignorantes causam morbi videlicet pro peccato aĩe inflictus sit corpori vbi Criso sʒ q̃ hec ipsa domini gesta spiritalium in se rerum cõtinẽt rõem cuius typũ paraliticus iste gerat debemus aduertere. Figuraʒ namqʒ in eo ppl'i gentilium preostensam esse cognoscimus qui peccatis grauibus aĩo dissolutus quasi quadam insanabili infirmitate plagatus in quattuor angulis mundi istius velut in lecto iacebat. Unde z in eo palitico cui remissa sunt pctã id ostensum est q̃ pplus gentiũ qui graui valitudine peccatorum laborabat data sibi remissiõe p medicinam celestem integrã z pfectã sanitatẽ scđm corpus et animaʒ eterne salutis acceperit. Cui non immerito post remissionem peccatoruʒ reddita salute iam dr̃ redi in domum tuam .i. in domum padisi de qua adam iam duduʒ expulsus fuerat qui huius infirmitatis auctor extiterat et merito sequitur. Hoc viso turbe timuerunt et magnificauerunt deum qui tantam potestatẽ dedit hominibus magnificatur enim deus qui vel apostolis suis potestatem emittẽdi pctã donauit vel hoibus tantam gratiam concessit vt post remissionez pctõꝝ p meritũ fidei atqʒ iustitie ptãtem accipiant ad paradisum redeũdi vbi et hylarius. Uidẽtes aũt turbe timuerũt magni eniʒ timoris

Crisostom⁹.

res nõ ẽ dimissis pctis a xpo in mortẽ resolui q̃ nullus ẽ in domum eternam reditus si cui indulta non fuerit venia delictoꝝ cessante autem timore hono z deo reddit q̃ ptãs a hoibus hac vita data sit p verbũ eius et remissiõis pctõrum z corpoꝝ resurrectiõnis z reuersiõis in celũ hec hila. Moraliter p paliticum q̃ priuatus ẽ vsu membroꝝ corpalium significat hõ pctõr opibus meritorijs priuatus z turpi marcẽs ocio. Talis enim priuat gressu meritorie affectionis z tactu bone operationis et gustu suauitatis celestis et visu diuine contemplationis z auditu diuini sermonis z odoratu diuine ꝯsolationis. Et sic iacet in lecto qñ superueniẽs tenet eũ praua ꝯsuetudo hoc

Hylarius

Moraliter.

eni lectus dici potest hoc loco. Ipsum quoqꝫ pctm̄ more
paralisis facit tremulū per mali dilectionē reddit insen-
sibilē per obstinationē impedit loquelā p desperationē.
Ubi sciendū q sicut dn̄s legitur resuscitasse tres mortu-
os sed multo plures sunt sic legitur curasse tres paraliti
cos licet etiā plures sint. s. paraliticū in domo paraliti-
cū iuxta pbaticā piscinā paraliticū in lecto. vt in propo-
sito. Et qr paraliticus vt dictū est peccatorē signat ideo
notandū q tria sunt genera pctōꝝ. scꝫ peccator occult⁹.
publicus et cōsuetudinari⁹. Paraliticus i domo est pec
cator occultus. paraliticus iuxta piscinam est peccator
manifestus. paralitic⁹ in lecto est peccator cōsuetudina-
rius. ꝛ hoc pctm̄ in ꝯsuetudine ductū difficulter relinqr.
et paralitic⁹ hic in lecto iacere dr̄ i pctm̄ cōtinuare dr̄. p-
dictos pctōres quatuor exportāt extra domū ꝓprie con
scientie et etiā extra ecclesiam tam militantem q̄ trium
phantem. Primū est tepiditas boni. qn̄ enim homo in-
cipit ex desidia tepescere in bono inchoato talis dimit-
tit deum ꝛ per cōsequens dimittitur a deo. Scdm̄ est de
lectatio mali qd̄ cōiungit quasi socius eius. cū enī deus
derelinquitur statim anima in malo delectatur ꝛ hi duo
socij precedunt. Tertium est mali operatio cum delecta
tio ad opus ducitur. Quartum est mali operis consuetu
do cum ipm̄ malum frequentatur. Et hi duo sequuntur
portantes peccatorē extra suffragia ecclesie quibus ipse
priuatur. Sunt aūt quatuor q̄ ipm̄ reportant ꝛ reconci-
liant. Primum est vite breuitas vt homo consideret q̄
breuis sit vita presens et incerta. Secundum est timor
pene gehennalis. vt homo consideret eius acerbitatē
diuersitatem eternitatem. Tertium est consideratio
culpe vt homo cōsideret qd̄ grauedinis quid immundicie
quid malicie sit in peccatis. Quartū est spes venie vt q̄
uis in multis offenderimus nichilominus tamē veniam
speremus. Qui hec quatuor habuerit ante deū portabit
et misericordiā cōsequetur. Uel portitores eius vt sanct
a xp̄o sunt quatuor sue salutis procuratores scꝫ monens
secrete. predicans publice. orans pro eo. et inuitans exē
plo. et sic isti offerunt eū xp̄o sollicitantes pro ipo. et ipse
offert qn̄ eis cōformat cōsentiendo ꝛ meritis eoꝝ obicē
nō ponendo. Xp̄s autē fidē illoꝝ inspicit cū preces eoꝝ
exaudit et paraliticus curat qn̄ peccatū sibi dimittitur ꝛ
donat sibi grā per quā ad actus meritorios restituitur ꝛ
tunc suū male cōsuetudinis lectum tollit qn̄ ab ea p exer
citiū boni operis recedit ꝛ sic pcedens de virtute in vir-
tutē vadit in domū suam qn̄ bonis actibus ad celestem
festinat patriā ꝛ populus eū glorificat de mutatiōe tali.
qm̄ hec est dextere excelsi. Illi vero q inde murmurant si
gnāt demones qui inde valde dolent. Christus vero cu
rāo quatuor iperat penitēti. Primo aīā oīa vt cōfidat et
spem de venia cōsequēda habeat quē etiā iam filiū per
adoptionē vocat. Deinde volens eū sanare iubet eū sur-
gere et lectum tollere et in domū suam abire. surgere in-
quā a peccato ꝛ mētis delectiōe. i peccato enī male dele
ctādo pctōr quasi i lecto qescit ꝛ ex pctō ita mens deijcit
vt nunq̄ possit esse leta qr sp̄ ꝓsumit seua perturbata con
scientia tūc aūt surgit qū ista deserit. Tollere vero lectū
et portare est vt pctm̄ qd̄ erat sibi quieti et delectationi i
cipiat sibi esse oneri ꝛ dolori. Abire quoqꝫ in domū suā
vt in celū meditatione pergat vel cōscientiā suam que do
mus aīe est discutiat ꝛ si quid ibi inmundū inuenerit per
os qn̄ per ostiū cōfitēdo ꝓiciat a qua homo p multitudi
nem pctōꝝ ita alienat q quasi ipam pdat ꝛ seipm̄ nō co-
gnoscat. Nō ergo paralitic⁹ hoc est mollicie et illecebris
carnis vel voluptate seculi resolutus ꝛ torpēs ac pretur
ba cogitationū ꝛ causarū seculi videre deū non valens
postq̄ supra tectū carnis ascēderit vt spūs dicetur carni.
videt deum ꝛ ad cognitionē dei vere redit ꝛ tūc deus eū
sanat per grām ab oī qd̄ deliquit ꝛ vocat filiū p adoptio
nē et iubet surgere de torpore negligentie ꝛ se erigere a
carnalibus desiderijs per pnīam et corpus in cuius desi

derijs iacuit ad voluptatē spiritus attollere ac carni do
minari per ꝯtinentiā ꝛ ire ac tēdere per bonā oꝑationē
et honestā cōuersationē in domū suā scꝫ paradisum que
prima fuit hoīs dom⁹ hoc est in habitationē eternam vel
in bonā cōscientiā segregat⁹ a terrenis ꝛ custodiens illā
vel ne iterū peccet ad internā sui custodiam. Ubi beda.
Spiritaliter de lecto surgere est aīam se a carnalib⁹ de-
siderijs vbi egra quiescebat abstrahere. Lectum vero tol
lere est ipam qꝫ carnē per cōtinentie frena correptā spe
celestium premioꝝ delicijs priuare terrenis. Ipse est enī
lectus q per singulas noctes lauat a dauid. i. pro vniuſ-
cuiusqꝫ nocte maculis digno pnīe fletu castigat. Subla-
to aūt lecto domū ire ad paradisum redire est. Ipsa est ei
vera domus que hoīem prima suscepit non iure amissa
sed fraude tandēqꝫ restituta per eum qui fraudulēto ho-
sti nichil debuit. Ubi et ansel sed ꝛ domū illam non pre-
teribis vbi p tegulas paralitic⁹ añ pedes eius submittit.
vbi pictas et potestas obuiauerunt sibi. Fili inquit re-
mittuntur tibi pctā tua o mira clementia o inenarrabilis mi
sericordia. Accepit felix remissionē peccatoꝝ suoꝝ quā
non petebat quā nō precesserat cōfessio nō meruerat sa-
tisfactio non exigebat contritio. Corporis salutem pete
bat nō anime ꝛ salutem corporis ꝛ anime recepit. Uere
dn̄e vita ꝛ voluntate tua si decreueris saluare nos nemo
poterit prohibere si aliud decreueris non est qui audeat
dicere cur ita facis. Pharisee quid murmuras an oculus
tuus nequā est qr ipse bonus est certe miseretur cui ipse vo
luerit ploremus et oremus vt velit bonis etiā operibus
pinguescat oratio augeatur deuotio. excitetur dilectio
leuentur pure manus in oratione quas nō sanguis inmū-
dicie maculauit. tactus illicitus sedauit. auaritia non ex
asperauit leuetur et cor sine ira ꝛ disceptatione qd̄ tran-
quillitas sedauit pax composuit puritas conscientie la-
uit sed nichil horum paraliticus ille legitur ꝑmisisse qui
tñ legitur remissionē omniū peccatoꝝ meruisse. Hec est
aūt ineffabilis mīa eius virtus cui sicut blasphemum est
derogare ita et hoc sibi presumere stultissimum. Potest
cuicunqꝫ vult ꝛ hoc ipm̄ efficaciter dicere qd̄ dixit para-
litico dimittunt tibi peccata tua sed quicūqꝫ sine suo la-
bore vel cōtritione vel cōfessione vel etiā orōne sibi h dī-
cēdo expectat nūq̄ ei remittitur pctā hec ansel.

Domine iesu xp̄e q in passiōe tua na Orō.
uiculā crucis ascendisti in resurrectione trāsfre-
tasti ꝛ in ascensione in ciuitatē tuā venisti ecce ti
mor de pctīs de ira dei de periculo supplicienti s infirmi
tatis et de incertitudine mortis offerunt tibi aīam meā pctī
morbo dissolutam. Pro iacenti in pctīs vt ꝯfidat de grā
remissionis resurgat per contritionē ꝛ ꝯfessionē tollat le
ctum suū p satisfactionē ambulet p ꝓfectū virtutū in do
mum suam eternā beatitudinē vt turbe fideliū videāt ti
meant ꝛ glorificent deum qui talem potestatē dedit ad
hominum vtilitatem. Amen.

De emorroissa et archisynagogi filia. Ca. xlix.

Post hec quidam

Mat. ix. Mar. v. Luce. viij.

princeps synagoge noīe Iairus accessit
ad ihm̄ tā fidei q̄ corpis gressib⁹ (ꝛ ado-
rabat eū) faciēdo sibi reuerentiā debitā ꝛ
pcidendo ad pedes ei⁹ qbus circūporta
uit oībus salutē (rogās) p (vnica filia au xij an. di. Dn̄e filia
mea mō defuncta ē) i. e mortua. Hoc dicit fm reputatōē
qr eā desperabat filiā posse īuenire viuā de ea loquebat
vt iā defuncta desiderās a dn̄o vel morientem sanari vel
mortuā suscitari. Sꝫ marcus dicit q erat in extremis tū
erat mortiꝫ ita ꝓpinqua q reputabatur mortua vñ scdm̄
communē modū loquēdi de illo qui sic est morti propin
quus dicitur q est mortuus qr quod modicum distare vi
det quasi nihil reputatur (sꝫ veni) ꝛ per misericordiam appro
pinqua (ꝛ impone manum tuam) adiutricē super eam et

viuet sanitate sibi restituta duo petit propter tertium scilicet ut veniat et manum imponat et sic filia reuiuiscat ignorans scilicet quod et absens liberare poterat.

Moraliter

Sic moraliter cum quilibet non habeat nisi vnicam animam magis debet curare de eius sanatione quia si eam amittit totum amittit Spiritualiter autem venit deus per gratiam preuenientem manum imponit per gratiam concomitantem et tunc anima viuit per gratiam cooperantem (Et surgens iesus sequebatur eum et discipuli eius et turba multa cum eo) in hoc datur subditis forma obediendi ac paribus mutuo obsequendi et prelatis animas mortuas suscitandi.

Remigius

Vnde remig. Miranda autem pariter atque imitanda domini humilitas et mansuetudo. Nam mox vt rogatus est rogantem cepit sequi hinc subditos et prelatos pariter instruxit subditis exemplum obedientie reliquit prelatis vero instantiam et sollicitudinem docendi demonstrauit vt quotiens audierint aliquem mortuum in anima statim adesse studeant vnde et crisostomus

Crisosto

Cum rogatus esset dominus a yairo vt ad suscitandam filiam ipsius veniret non moratur sed statim surgens secutus est eum Quo exemplo docuit nos impigros in omni opere dei esse debere ¶ Et dum iesus pergeret ecce mulier emorroyssa a morbo quem patiebatur sic dicta (ab annis xii sanguinis fluxum passa que in medicos erogat omnem substantiam suam accessit retro) et a tergo tum quia verecundabatur de infirmitate fetida quia tamen secundum legem reputabatur immunda tum quia ante faciem non potuisset accedere pre turba tum propter mysterium confusionis quam debet homo habere pro culpa sua (et tetigit fimbriam vestimenti eius) non solum tactu corporali sed et deuotione fidei in quo laudanda est humilitas eius quia indignam se reputabat tangere pedes domini vel plenitudinem vestimenti. Habebat enim xpus fimbrias iuxta consuetudinem iudeorum secundum legis preceptum. Ecce quia non habebat dominus ianitores vel stipatores seu ministerios nec aliquem qui comprimentes eum verberaret et ideo libere mulier accedit et turbe comprimunt

Remigi.

Vbi remigius. In quo fides eius admiranda est quia desperans de salute medicorum in quos sua erogauerat intellexit celestem adesse medicum et in eo totam suam intentionem collocauit et ideo saluari promeruit.

Raba

Vbi raba. Docet mulier quantum sit corpus xpi quod in fimbria tantam demonstrauit esse virtutem quod quam sperare debemus quod non solum corpus dominicum contingimus sed conficimus et sumimus. Illa quidem medicinam accepit ex vulnere ve illis quibus ipsa medicina in vulnus conuertatur (dicebat enim intra se) firmiter scilicet credendo (si tetigero tantum vestimentum eius salua (ab infirmitate mea ero non quia vestimenta aliquam virtutem sanandi habebant sed quia per hoc declaratur virtus illorum quorum vestimenta sunt. Tangens autem (confestim mente sanata a plaga sua) Et est notabile quod accessit accedens dixit dicens tetigit tangens curationem accepit quia his tribus scilicet verbo fide et opere omnis salus acquiritur (Et cognoscens iesus ex se exisse virtutem dixit Quis me tetigit) Non querit ex ignorantia vt doceatur sed vt mulier sanata confiteatur et per confessionem appareat fides eius et a christo commendetur tum propter mulieris meritum per humilem confessionem tum propter astantium edificationem tum propter dei laudem et glorificationem tum propter spem archisynagogi augendam et eius de sanatione filie sue assecurationem Et dicentibus discipulis quod turbe eum comprimerent dixit (Tetigit me aliquis nam et ego noui virtutem de me exisse) effectum virtutis in curatione infirmitatis. Nam licet turbe qui in ipsum pre deuotione audiendi irruebant eum comprimerent et in tali pressura corporaliter tangerent non tamen tangebant eum cum tali deuotione et fide sicut ista mulier tetigerat et de tali tactu singulariter dominus querebat (Videns autem mulier quia non latuit) timens corde et (tremens) corpore ad maiestatem diuinitatis cuius virtutem in se experta fuit. (venit et ante pedes illius procidit ac causam) tactus et sanationem (coram hominibus indicauit) confitendo veritatem de quantitate et prolixitate infirmitatis et de perceptione integre sanitatis hoc enim dominus sciri voluit ad laudem dei et aliorum vtilitatem. ¶ Sed querit crisostomus

Crisostom⁹.

quare ipsam manifestat deus cum ipsa latenter accesserit et respondens ponit ad hoc sex rationes. Prima est vt mulier sanguinaria christum tangens non haberet inde conscientie remorsum. Secunda vt mulierem emendet quia estimabat hoc latere christum. Tertia vt fidem eius ostendat omnibus ad exemplar celeriter credendi. Quarta vt monstraret se cognitorem omnium. Quinta vt ostendat quod vt deus sistit sanguinis fluxum. Sexta vt in fidem dirigat archisynagogum. ¶ At iesus conuersus et videns eam. i. approbans ipsius fidem dixit illi (Confide filia fides tua te saluam fecit) i. hanc tibi salutem meruit. Cum enim operatio miraculosa sit supra naturam fidei attribuit eam eo quod fides est de his que sunt supra naturam vbi hie.

Hieronim⁹.

Non autem dixit quia fides tua te saluam factura est sed saluam fecit quasi dicat in eo quod credidisti iam salua facta es vbi et cris.

Crisostom⁹.

quia formidolosa erat hec mulier propter hoc ait confide et filiam eam fecerat. Filia vero vocat sanatam fidei ratione fides enim xpi dei filiationem prestat. Notandum etiam quod dominus non dicit ego sanaui te sed fides tua vt vitandam ostentationem doceat et meritum fidei extollat vnde secundum cris. Dominus ait quod fides sua ipsam sanauerat nolens sue virtuti sed fidei eius sanitatis beneficium arrogare docens per hoc in virtuosis actibus nostris non nostram sed dei laudem querere debere et predicare et addidit dominus (Vade in pace) que. s. prius eras in perturbatione propter longam infirmitatem tuam corporalem vbi cris.

Crisostom⁹.

dicit autem ei vade in pacem mittens in finem bonorum. In pace enim deus habitat vt cognoscat quod non solum corpore curata est sed etiam a causis corporalibus passionis i. peccatis mutata (Et salua facta est mulier ex illa hora) Vbi glo. Intelligendum est ex illa hora ex qua tetigit fimbriam non ex illa hora ex qua iesus conuersus est ad eam iam enim facta salua erat vt ex verbis domini perpendi potest.

Ambrosius.

Ex verbis ambro. quibusdam videtur quod hec mulier martha fuerit qui in quodam sermone inter beneficia xpi que enumerat sic dicit. Dum larguum sanguinis fluxum siccauit in martha dum demones expulit de maria dum corpus rediuiui spiritus calore constrinxit in lazaro. Sed ex istis verbis ambro. non habetur quod martha fuerit a xpo curata a fluxu sanguinis quod autem martha fuerit hec mulier de qua hic agitur non habetur ex verbis illis Et quod hec mulier non fuerit martha ex hoc videtur quia de hac muliere dicitur quod omnem substantiam suam in medicos erogauerat martha autem diues erat. Hoc etiam patet per eusebium qui

Eusebius

dicit hanc mulierem fuisse quandam cesaree philippi ciuem Nam secundum eum mulier emorroyssa postquam sanata est fecit in cesare philippi (vnde oriunda est) statuam eneam in curia sua fieri ad ymaginem christi cum fimbriis vestimenti ipsamque ymaginem in magna reuerentia habebat et deuote adorabat. Fecit et ex opposito ymaginem suam flexis genibus et manibus iunctis ac cancellatis quasi precaretur et supplicaret versus quam ymaginem christi manum extendebat Contigit autem quod subtus ymaginem christi creuit herba quedam nullius efficacie et virtutis que cum fimbriam attingebat tante virtutis erat quod omnes infirmitates sanabat. ¶ Iterum dicit hieroni. quod iulianus

Hieronim⁹.

apostata cum cognouisset quod in cesarea philippi esset simulacrum quod scilicet sanguinis liberata pro fluuio femina fecerat eo deposito suam ymaginem ibi collocauit que fulminis ictu fracta est. His habes quoddam valde notabilitatis ad humilitatis custodiam sicut bern. hoc modo introducit dicens.

Bernardus.

Quilibet domino perfecte seruiens potest appellari fimbria quasi vltima pars vestimenti domini propter suam humilem reputationem qui ergo ad tantum statum peruenerit quod sciat se a domino exaudiri in liberandis infirmis vel aliis miraculis non extollatur propterea quia non ipse sed dominus facit. Quamuis enim hec mulier tangeret fimbriam ad cuius tactum se liberari confidebat et sic contigit non tamen a fimbria sed a domino virtus liberatio

nis exiuit Et propterea ipse dixit (sensi de me virtutē exisse) Nota igitur hoc bū et nichil boni tibi imperpetuum attribuas qr totum est a dño Allegorice mulier sanguine fluens seda dño curata est ecclesia de gentibus congregata que fedata fuit sanguinis martyrum effusiōe z ydolatrie pollutione et his que carnis z sanguinis geruntur delectatione Que et fimbriam vestimenti christi tetigit qñ fidem īcarnationis credidit humanitas enī vestimentum diuinitatis est in xpo. De quo dicit q in similitudie hoīm factus est et habitu inuētus vt homo. z tunc a fluxu sanguinis sanata fuit qr fundere sanguinē catholicū desiuit et ab ydolatrie ac carnis delectatione z sanguinis effusione sanata fuit ac ab eius pollutione cessauit. p gente autē dño ad filiam archisy. mulier morbosa sanata est quia sic dispensata est salus humani generis vt primo aliqui ex israel deinde plenitudo gentiū intraret z sic oīs israel saluus fieret. Emorroissa autē sanata archisynagogi filia nunciatur mortua qr dum gentilitas ad deū conuertitur synagoga perfidie et inde recte mortua nūciatur hoc etiā significatum fuit in parabola de duobus filiis quorū senior de conuersione tristabatur iu nioris. Vñ

Ambrosius. amb. Quem aūt putamus synagoge principē esse nisi legem cuius contemplatione dñs synagogā non penitus dereliquit. Ad hanc autē principis filiam dñs pperat dei verbū vt saluos faceret filios israel sancta ecclesia ex gētibus congregata que inferiorū lapsu criminū deperibat. paratam aliis fide preripuit sanitatē. Quid aūt sibi vult q hec principis filia annorum xii. moriebatur et mulier ista fluxu sanguinis ab annis xii. laborabat nisi vt intelligatur qr q̄diu synagoga viguit laborauit ecclesia Vñ

Hieronim⁹. et hiero. Nota ergo q eo tempore hec mulier .i. gentium populus ceperat egrotare quo genus credidit iudeorū nisi eni ex cōparatione criminū viciū non ostendit.

Moraliter. Moraliter etiā per mulierē sanguinis fluxum patientē personā peccatrix a longo tempore et de pctō in peccatum cadēs potest intelligi que tū remediū querit a dño dicēs et Libera me de sanguinibus deus de⁹ salutis mee. Dominus ergo quotidie mulierē sanguine fluentē sanat dñi aīam diuersis viciis corruptā per gratiā curat. Deinde cum vtiq ad archisinagogū venissent dicentes filiā iam esse mortuā dixit iesus archisinagogo eum ad fidem confortando (noli timere) in fide dubitando (tantūmō crede et salua erit) a morte (Et veniens dñs iesus ad domū principis) inuenit filiam eius iam defunctam z tibicines conductiuos carmen lugubre canentes. diuerse eni melodie diuersas passiones excitant in hoīe. aliqu e eni excitant audaciam vt patet in tubis bellicis et alique deuotionē vt patet in canticis ecclesiasticis aliquc leticiam vt patet in diuersis instrumētis musicis. aliqu e excitāt fletum et deuotā lamentationē z talibus vtebanṫ antiquitus in exequiis magnarū personarum vt puocareṫ multitudo ad fletum z luctū. Christianis tñ nō cōuenit tales habere qr nō debent incōsolabiliter flere (et inuenit) etiā (turbam tumultuantē) in fletu planctu z vlulatu multo qd vocatur tumultus qr inde causatur sonus cōfusus ac etiā in preparatione funeralium. Et dicebat (nolite flere non est mortua puella) .i. de sti in morte mansura (sed dormit) scz michi qr ita de facili possum eam suscitare vt de

Beda somno excitare. vñ Beda hoībus mortua erat qr suscitare nequiuerant deo dormiebat .in cuius dispositiōe et aīa recepta viuebat et caro resuscitanda quiescebat vñ mos apud xpianos obtinuit q mortui qui resurrecturi eē nō dubitantur dormiētes vocētur (Et deridebant eū) putātes q de dormitione somni diceret et eā esse mortuā nescirent Ecce deridetur in cubis principum nec ira sciṫ nec

Hieronim⁹. arguit eos qr quāto maior fuit derisio tanto postea maior virtutis ostensio. vbi hiero. Non autē erant digni vt viderent mysterium resurgentis quiresuscitantē īdignis contumeliis irridebant. Quāuis autē dñs deridebaṫ ab eis non tamen destitit ab incepto in quo instruūtur boni q cum derideantur a malis nō ideo debent desistere a bono inchoato. Et cum eiecisset turbam scz lamentantium tumultuantiū et deridentiū qui propter incredulitatem et derisionē nō erant digni videre miraculum (intrauit cū patre et matre puelle) quos in fide confortare tanto miraculo disponebat (ac petro iacobo et iohāne) quos specialiter instrui volebat hos eni .v. voluit habere testes miraculi vt in ore duorū parentū vel triū apl'orū staret omne verbū. In hoc etiā facto oñdit nobis dñs qr blasphemis z irrisoribus nō sunt reuelanda mysteria sed

Crisosto. fidelibus qui honorent ea. Et ſm Criso. in hoc q turba eijcitur z discipuli solum in domū intrant et neq3 hi oēs

Theoph. erudit nos gloriā que est a multis euitare. vnde z Theophi. Mortuā suscitans eiecit oēs quastuos docēs absq inani gloria esse et nichil ad demonstrationē facere. non eni humilis xps ad ostētationē volebat aliquid operari Predictos aūt tres discipulos tm permisit dñs interesse sue transfigurationi item agonis sui orationi. itē huic suscitationi. primo ppter eorū dignitatē. scdo ppter signādam trinitatis fidem. tertio ppter testiū numerū sufficientem. quarto propter oīm statuū ecclesie significationem et cōmendationē. Per petrum eni qui vxorē habuit significant coniugati. per iohannē q virgo fuit virgines p iacobū q nescit virgo fuisse vel vxorē habuisse viduat' status. Patrē aūt z matrē pmisit intrare propter eorū credulitatē et propter eorū testificationē (Et tenēs manum puelle ait illi tibi dico surge) per tactum et vocem cū curabat vt oñderet q hūanitas esset instrumentū diuinitatis miracula faciētis. vñ ſm Criso. manus iesu viuificans

Crisosto. i. ex xpo mortuum corpus viuificat vox aūt iacentē excitat (Et confestim surrexit puella z ambulabat) qr nulla mora inter verbū eius z factū erat vbi Criso In ambula

Crisosto. tione eius nō solū suscitata sed z perfecte sanata oñdit (Et iussit illi dari manducare) ad demōstrandū q eā vere suscitauit et nō vt videaṫ fantasma esse qd factum est.

Moralit. ¶ Mystice puella in domo mortua est alma mortua per peccatū in cogitatiōe. Dicit aūt dñs q puella dormit qa qui i peccāt in pñti adhuc per pniam resuscitari pñt. Tibicines sunt demones suggerentes vel homines adulatores qui fouēt mortuā z tenēt hic corpus in carnis lasciuia et solatiis que faciliter terminanṫ ad luctum inferni et desolatiōis. Sed nos ad patriā tendentes mortiferos sirenarū cantus surda aure pretereamus. Unde hercules fecit se ligari in malo nauis et aures suas obturauit. ne deceptus sirenarū cantibus in mare saltaret. Turbe tumultuantes sunt affectiones vel amici carnales derisores sunt seculares vel detractores. Turba ergo foras eijcitur vt puella suscitetur qr anima intus iacens mortua non resurgit nisi prius affectiones carnales et cure seculares de corde expellantur. hec enim impediunt ne quis ad ꝯsiderationē sue salutis se collegat Tibicines etiā eijci debēt qui tanq3 magistri in errorem aīam demulcēt Derisores quoq3 eijciendi sunt qr contemnendi et minime curandi Et tunc puella suscitatur qñ xps domū cordis ingreditur ducēs secū iohannē grām petrum cognitionē z iacobum supplantationem viciorū. Qui vero a spirituali morte ſ viciis resuscitatus fuerit. non solum a sordibus sceleris exurgere sed et in bonis ābulare z pficere debet z mox celesti pane ſ. verbi dei z sacr' altar' saciari necesse habet Pñt aūt hic notari tria ſ. pctōris periculū in filia i in aīa moriente penitentis remediū ī pncipe .i. in ecclia deum rogāte. creatoris bñficiū in xpo ppiciante. Periculū sic procedit nam morti appropinquat cū delectabile illicitū concipit in extremis laborat cū ad ꝯsensum accedit ſ3 moritur cū consentit et tūc opera sunt mortificata. Remediū q̄ritur .cū princeps ad xpm accedit credendo. adorat diligendo dñm appellat mentendo Beneficiū datur cū xps surgit p̄ces exaudiēdo turbā eijcit peccata expellēdo. vel impediētia remouendo domū intrat grām infundēdo: prius enim eijcitur cul

pa et sic ingreditur gratia. Et ad insinuãdũ hũilitatẽ do cens dñs iesus fugere ostentatiõem & inanẽ gloriam pre cepit parentibus ne alicui dicerẽt qđ factum erat osten dens vt dicit gregorius q largitor bonoꝝ est non aũt cu pidus glorie datqꝫ totũ nichil recipiens. Et tñ exiuit fa ma hec in vniuersam terram illam scꝫ prouincie galilee ad manifestandam miraculi magnitudinẽ & veritatẽ vbiqꝫ. Prohibuit quidẽ dñs iactantiã nõ miraculi manifesta tionem q: res ipsa se indicabat & manifestam faciebat ac si dicat. Nolite gloriari in bonis operibus vestris sicut nec ego in eis. Ubi sciendum q xp̃s publicari prohibuit opera miraculoꝝ ꝑpter mũdi honorem et laudes hoĩm seu vanam gloriam sꝫ non ad glorificandum deum et ad fidem probandaꝫ propter que dñs miracula faciebat nõ ꝓhibuit enarrare. Uñ & parentes puelle preceptum dñi seruauerũt ꝑpter humanũ applausum ipsum miraculũ non publicando nec contra ꝓhibitõem dei fecerunt hoc ad dei gloriam predicando. Et similiter fecerunt duo a cecitate curati de quibus mox subiungitur et plures alij de quibus alibi simile reperitur.

Oratio.

Domine ihesu xp̃e adoro pedes misericordie et veritatis tue deprecor te piissime sana tactu gra tie tue animaꝫ meam sanguinolentã & peccatis varijs maculatam ac resuscitatã eaꝫ a morte voluntatis propositiqꝫ pessimi et occulti ac restitue me deo et patri tuo cui filiuꝫ inter coheredes tuos adoptasti. Ne memi neris bone domine iusticie tue aduersus peccatoreꝫ tuũ neqꝫ ire aduersus reum tuum sꝫ memor esto benignitatis tue erga creaturam tuam et miserationis tue erga miseꝝ tuum domine deus meus. Amen.

De duobus cecis et vno muto.　Ca.l.

Mathei nono

Transeunte inde

iesu scꝫ de domo principis (secuti sunt eũ duo ceci) misericordiã cum clamore in via petẽtes et deuota oratione dicentes (Miserere nostri fili dauid) Uulgata enim erat fama apud iudeos q: christus nasci turus erat de semine dauid secundum carnem. Et iõ q: credebãt ipsum esse xp̃m ipsi dauid ꝓmissum vocant sic eum sic dauid filiuꝫ. Clamabant aũt q: ad lr̃am non vi

Crisosto

debant qm̃ ꝑpe est dñs vbi Criso. Uide autẽ eorum desi derium et a clamore & ab ipsa interpellatione. Neqꝫ eniꝫ simpliciter accesserunt sꝫ magne clamantes et nichil ali ud q̃ꝫ misericordiam postulantes. Filiũ auteꝫ dauid vo cabant q: nomen honoris esse videbatur (Cum autem venisset domum) i. ad hospitiuꝫ suũ in illa regione inter rogauit eos si crederent eum hoc posse facere q d. confes si estis humanitatem me dicendo filiuꝫ dauid si creditis q possum hoc facere vt deus opus enim est diuinitatis. Non interrogat quasi ignorans eorum fidem q: omnia sciebat per certitudinem sꝫ vt confessio exterior adderet fidei interiori & sic essent digniores illuminari et mercede ampliori q: scđm apostolũ corde creditur ad iusticiã ore

Raba

aũt confessio fit ad salutem vñ Raba. Non quasi nescius interrogabat sꝫ vt fidem confessio promat cõfessionẽ vir tus salusqꝫ committetur virtutẽ (Dicũt ei) fidẽ confiten

Crisosto

do (vtiqꝫ dñe) vbi Criso. Non vltra filiũ dauid vocant sꝫ altius extenduntur & dñm confitent qđ est nomen po testatis (Tunc) post confessionẽ fidei (tetigit oculos eo

Raba

rum) vbi Raba. Confessio oris tactum meruit diuine pi etatis. Felix tactus ad quem tanta sequitur virtus et di xit (scđm fidem vestram fiat vobis) sicut fides menteꝫ illuminat ita oculus luceꝫ restituat (Et) statim illumina ti sunt (et aperti oculi eorum) Ecce quanta est fides sim pliciter credentium que meretur tot donorum colatiõeꝫ et augmentũ a deo vt omnia possibilia sint credenti Nõ eos in via curat vt laudes hominum et iactantie glori

Crisosto

am vitare doceat. vnde Crisostomus Rursus autẽ hoc erudit nos gloriam multitudinis expellere q: enim pro

pe erat domus ducit eos illuc singulariter curatur9. Un de et propter humilitatem etiaꝫ (comminatur eis ne cui dicant) vt ad fugiendam iactantiam et inanem gloriam

Crisostom9.

nos instruat vt enim dicit Crisostomus. Iustus cum lau datur in facie flagellatur in mente. Sed (illi) ceci illumi nati (exeuntes) scꝫ de domo (diffamauerũt eũ) i. famaꝫ eius per miraculũ factum diuulgauerũt (in tota terra il la) et publice nunciauerũt. & ꝑpter memoriam gratie nõ potuerunt beneficiuꝫ tacere. sed nõ ingrati gratie dei fa cti sunt eius precones et euãgeliste. vnde Hiero. Dñs q

Hieronim9.

dem ꝑpter humilitatẽ fugiens iactantie gloriam hoc ꝑ ceperat et illi ꝑpter memoriam gratie nõ possunt tacere beneficiũ. vñ & Criso. Si autẽ alteri videt dicens. Uade

Crisostom9.

et enarra gloriã dei nõ est cõtrarium illi hoc sed vt valde conueniẽs. Erudit eñ nosipsos quidem de nobisipsis ni chil dicere. sed et eos qui volunt nos ꝑpter nos laudere prohibere. Si autẽ ad dei gloriã refertur non solum ꝓhi bere sed et iniungere hoc facere. Ut eñ supradictum est solum ꝓhibet dñs publicari beneficia ad laudem huma nam: sed non prohibet hec enarrari ad dei gloriam. Ubi sciendũ q preceptum dat vel exequendũ vel ad proban dum vel ad instruendũ. Primum obligat ad faciendum rem precepti. Secundũ ad sequendũ voluntatẽ seu intẽ tionem precipientis. Tertiũ ad discendum aliquid ex ꝓ cepto. et hoc tertio modo (cõminatus est eis ne alicui di cerent) Unde nõ fuit simpliciter inhibitio dicẽdi. sed po tius moralis instructio: vt exemplo sui bona que faciunt homines velint latere. sed tñ vt prosint alijs prodãt iu sti et ideo isti nõ sunt trãsgressi q: non fecerunt cõtra intẽ tionem precipientis Unde deus iussit taceri non simpli citer sed propter gloriã sed taceri nõ potuit veruꝫ est vti liter ꝑpter aliorum salutẽ. Nam nõ posse vtiliter fieri dr̃ secundũ ius nõ posse fieri. De hoc etiam habes supra de curatione leprosi. ¶ Allegorice vterqꝫ populus cecus et sine lumine veritatis erat dño per hoc seculũ transeunte eyuit vterqꝫ in domum i. in sanctam ecclesiam veniat et verbo dei credat lumen nõ meretur recipere. In ipsa eñ ecclesia in quaꝫ venit xp̃s per carnem illuminãtur ceci p fidem xp̃i incarnati. vñ Remigi. Allegorice auteꝫ p hos

Remigius

duos cecos duo populi designãtur i. iudaicus et gẽtilis De vtroqꝫ autem populo in se credentes xp̃us illumina uit in domo: per quã intelligitur ecclesia. q: absqꝫ vnita te ecclesie nullus saluari meretur. Illi aũt qui crediderũt aduentum dñi per vniuersuꝫ orbem diffamauerunt hec Remi. Spũaliter etiaꝫ duo ceci sunt intellectus et affe

Moraliter

ctus duo autem sunt oculi intellectus dexter fides diui nitatis sinister fides humanitatis duo similiter sunt oculi affectus dexter amor bonitatis siue glorie diuine sinister timor iusticie vel gehenne. Et sic est quadruplex cecitas in quattuor oculis Prima est error circa diuinitatem. se cunda est error circa humanitatem tertia est malignitas contemnens bonitatem siue gloriaꝫ diuinam. quarta est presumptuositas non videns gehennam et non timens iusticiam (Egressis auteꝫ) de domo (illis) scꝫ duobus ce cis iam illuminatis (obtulerunt ei) homines illius terre (hominem mutum) et quod peius est (habentem demo

Crisostom9.

nium) hic Crisostom9 non erat mutus a natura sed a de mone insidiante et linguam tenente et ideo (eiecto) & ex pulso per dñm (demonio locutus est) q: a morbo impedi mento habuit loq̃ndi officium sicut prius. In quo scđm

Hylarius

Hilarium rex ordo seruatus est nam demonium prius ejicitur & tũc reliqua corporis officia succedunt (Et mirate sunt turbe) i. ex signoꝝ nouitate (dicẽtes. Nunq̃ appa ruit sic in israhel) i. talia miracula non sunt visa inter iu

Crisostom9.

deos vbi Criso. Preponebant quidem ceteris eum nõ q: curabat solum sꝫ quoniã facile et velociter & infinitas egritudines et sanabiles sanabat. ¶ Pharisei autem di cebant in principe demoniorum eijcit demonia. Quasi dicerent non est hec potestas a se vel a deo sed a dyabo lo vbi Hieronimus. Qui virtutem negare non possunt

Hieronim9.

Remigius

opus calūniabant̄. et Remigi. Scribe nãq; et pharisei facta dñi negabãt q̄ poterãt et que nõ poterãt negare in sinistrã partẽ interpretabant̄. Turbe nãq; deuoti et simplices opera dei cõfitebant̄ ⁊ cū dei reuerentia ⁊ laude admirabant̄ s; pharisei inuidi et infideles expulsionem demonis principi demonioꝝ ascribebãt ⁊ opera dei calūniabant̄. Odium em̄ et inuidia faciunt interpretari facta in deteriorẽ partẽ ⁊ peruerti iudicia. Pharisei aūt odiebãt xp̄m q2 acriter arguebat vicia eorum et ideo miracula a xp̄o facta virtute diuina dicebant esse facta arte magica et eodẽ mõ eiectionẽ demonū factã per xp̄m dicebãt fieri virtute cuiusdam demonis superioris sibi familiaris ⁊ priuati quem vocabant beelzebub cui inferiores demones obediebãt ad nutū de corporibus exeundo. S; istō inferius de alio demoniaco rationabiliter reprobatur a xp̄o. Mystice aūt in turbis cõfessio nationum in pharisëis infidelitas signatur iudeoꝝ. Et sicut in duobus cecis signatus est vterq; populus iudeoꝝ ⁊ gentiū ita in hoīe muto et demoniaco generaliter signatum est omẽ gen9 humanū vñ p̄dicatores obtulerūt dño hoīem mutum. i. genus humanū mutū a cõfessione fidei demoniū hñtem et ydolatrie deditum. Sed (eiecto demonio) ⁊ ydolatria relicta (locut9 est mutus) ⁊ xp̄m cõfessus. Per istū etiam mutū signatur q̄libet hõ possessus a demone p̄ peccatū mortale et dimitit9 q2 loq̄ nõ potest meritorie s; deo curãdus offertur qñ iusti pro eo dep̄cant̄ ⁊ tunc demon eijcit̄ qñ pct̄m ipius a deo per infusionẽ grẽ relaxatur tunc q; soluit̄ ei9 lingua ad dei p̄conia p̄soluẽda. Qñ enim a demone per pct̄m possidet̄ q̄si conuertat̄ et ad p̄niam redeat mox videbis mutū loquentẽ deū laudantẽ seip̄m accusantem et veritatẽ predicantẽ. Pharisei aūt hoc demonioꝝ principi attribuentes sunt hoīes maligni bona aliorum deprauare et peruertere studentes. Dñs aūt nõ desistebat a predicatione p̄pter illorum deprauationē docẽs nos accusatoribus nr̄is retribuere non accusationes sed bñficia. vñ criso.

Crisostom9.

Voluit dñs ip̄o facto accusationẽ redarguere phariseoꝝ dicentiū (ī p̄ncipe demonioꝝ eijcit demonia) demonē em̄ q̄uleiū passus non bñfacit sed nocet eis q̄ eū inhonorãt dñs aūt ꝯtrariū facit q̄ post cõuicia et contumelias non solū nõ punit s; etiã nec increpauit quinimo bñficia prestitit. Vñ seq̄t̄ (Et circuībat iesus) hoc est ꝯtra negligẽtes (oẽs ciuitates ⁊ castella) id ẽ oīa loca maiora ⁊ minora hoc est ꝯtra locoꝝ vel p̄sonarū acceptores. vñ Theophilus.

Theophil9.

Non solum in ciuitatibus dñs predicabat sed etiã in castellis vt discamus p̄ua loca non spernere neq; magnas semp̄ q̄rere ciuitates s; verbum dei ī vicis abiectis ⁊ vilibus seminare. (Circuibat) inquã (docens in synagogis eoꝝ) i. in locis cõibus et debitis vbi erat ꝯsuetus hoīm non in latibulis sicut mos est hereticis (et predicãs euãgeliū regni) i. legem nouā que īmediate ducit ad regnum q̄d non faciebat lex vet9 non fabulosa inutilia vel curiosa (et curans omnem languorem) prolixum q̄ licet non sit multū vehemens grauat tñ ex diuturnitate (et oẽm infirmitatẽ) .i. vehemẽtẽ q; que grauat ex passionis acerbitate vt non sermone tm̄ s; et opere p̄suaderet. Ex quo patẽt multa miracula hic in quodã generali conclusa ad cõfirmationẽ legis euãgelice a xp̄o facta. Hic em̄ ponuntur miracula ī generali q2 euangeliste non poterãt oīa facta xp̄i scribere in particulari. Nam vt dicit iohãnes multa alia signa fecit iesus q̄ non sunt scripta in li. hoc. Sicut enī in ecclesia legitur et dicit̄ in martirilogio et aliorū plurimorū sctōꝝ martyrū et cõfessorū atq; virginū hac. s. de cã q2 karolus magn9 fecit īq̄ri diligẽter obitus ⁊ actus martyrū et aliorum sanctorū et īuẽtū est q̄ diebus singulis occurrebãt pl9 q̄̄ trecenta festa p̄pter q̄d statutū est vt in fine martirologij addatur clausula predicta vt saltẽ in generali fiat memoria sanctorū in die transitus eorū ita similiter euangeliste q2 non poterãt omnia miracula xp̄i in p̄ticulari scribere ideo frequẽter multa cõcludūt in quadã generalita

te sicut patet hic et alibi in diuersis locis euãgelij (Circuibat) ergo iesus nõ ad deuorandū et perdendū sed ad maxima bñficia eis afferendum vnū quidẽ regni euãgelium aliud aūt oīm egritudinū curationẽ. in quorū p̄mo salus aīarū in scd̄o salus corporū exp̄mit̄ ⁊ illos q̄s corpore sanabat extrinsecus etiã mente sanabat intrinsecus. Oīm quidẽ salutẽ affectabat et bonū cõmune magis q̄̄ priuarū p̄curabat. Sed proch dolor hodie bonū priuatum magis q̄̄ cõmune querit̄ ⁊ per hoc in magna p̄te mundus destruit̄. Hoc aūt p̄cedit ex defectu caritatis. que nõ querit q̄ sua sunt s; que aliorū. vñ criso.

Crisosto.

Hec est p̄fecta grã caritatis qñ quis aliis festinat amplius vtilis ⁊ lucrosius esse q̄̄ sibi. Igitur ad tã piūm samaritanū ad tam salutarẽ pastorẽ et medicum in oī necessitate sẽp est recurrendū et nõ solū aīarū sed corporū salus ab ip̄o solo est querẽda et in eo tota spes nostra est ponenda. ip̄se enī melius nouit et cõsiderat quid cuilibet expediat. vñ aug.

Augusti.

Bonū est vt de salute corporis nõ satagas nisi vt a deo illa petas. Si sicut tibi prodesse dabit illam. Si nõ tibi dederit non tibi p̄derat habere illam. Nouit deus q̄d nobis expediat. Id agamus vt sanū sit cor nostrū a peccatis. Ergo qñ forte flagellamur in corpore ip̄m deprecemur. Hec fratres ideo dixi ne quis querat aliquid preter auxilium dei. hec aug. Permittit quidem deus tribulationes et temptationes aduenire et scit q̄̄diu debeãt durare ip̄se enim qui earum nouit principiū et introitū nouit etiã finem et exitum. Et ideo oīa patiẽter feramus ⁊ ad ip̄m solum recurrẽtes omnia sibi cõmittamus. Vnde criso.

Crisosto.

Orationibus cum diligentia intendamus ⁊ si non acceperimus immoremur vt accipiamus. Ideo enī aliq̄̄diu et annuere precantibus differt et tribulationes irruere permittit vt continue ad ip̄m refugiamus nec ab eo aliquando discedamus. Quia si quales in tribulatione sumus tales essemus etiam in requie nequaq̄̄ egeremus afflictionibus erudiri. Et quid dico de vobis. Etenī omnes quicunq; vnq̄̄ clariores induti sunt coronas a tribulationibus et temptationibus coronati sunt et famosi effecti. Que omnia cognoscentes ne festinemus in tempore inductionis mali sed vnum solum erudiamur vt viriliter cuncta toleremus nec de his que nobis accidunt questionem curiositatis moueamus. Scire enim quãdo oportet solui tribulationes permittentis est eas aduenire illatas autẽ cū omni ferre gratiarū actione nostre est bone mentis opus. Qz si fiet omnia bona sequentur vt igitur hec cõsequamur et probabiliores hic et clariores illic fiamus omne quodcuq; superuenerit equo animo suscipiamus gratias agentes ei qui super omnes scit magis id quod nobis expediat et his qui genuerunt vehementius nos diligenti et ad singula queq; discrimina has vtrasq; excogitationes in nobisip̄is cantantes iusticiã cõprimamus glorificemus autem in omnibus deum pro nobis cuncta facientem nobisq; omnia prouidentẽ. Sic enim facile et eas qui virtuti opponūtur expellem9 insidias et immarcessibiles consequemur coronas. Hec Crisostomus.

Oratio.

Domine iesu christe lumen claritatis eterne illumina oculos meos interiores ne vnq̄̄ obdormiam in morte anime vt per tuam gratiam illuminatus omnia que agenda sunt videã et per eandẽ adiutus adimplendū que videro conualescã ac inde tua bñficia enarrem ad tui gloriam et aliorum vtilitatem. Aperi etiam domine os meum mutum peccata mea per infusionẽ grẽ relaxãdo ⁊ linguã meã ad tua p̄conia soluendo vt loquẽdi grã p̄cepta meip̄m accusem te deū laudẽ ⁊ proximū edificẽ et predicẽ veritatẽ. Amen

De missione apostolorum ad predicandum cum potestate curationum. Capitulū. li.

Mat. ix. ⁊ x. mar. 3 et luce. ix

Visita euangelice legislatiõe p̄ xp̄i p̄dicationẽ et descripta eiusdẽ

legis confirmatione per miraculorum operatõnem nūc
consequenter ponitur predicte legis ꝓuulgatio per disci
Crisosto
pulorum missionem Ubi cris. Attende autē oportunita
tem missionis. Postq̄ȝ eum viderit mortuos suscitantē
mare increpantem et cetera hmōi ⁊ sufficienter virtutis
eius demonstrationez susceperāt per verba et opera tūc
eos emittit. Un̄ ⁊ glo. Non ab inicio misit illos ſȝ postq̄ȝ
viderunt paraliticos curatos et mortuos suscitatos.
Quia ergo multi iesum sequebantur tum ꝓpter predica
tionem audiendā tū ꝓpter infirmitatū curationē haben
dam. Jesus eñ ita paup erat q̄ nec domicilium vbi caput
reclinaret habebat. ꝛ iō turbe sequentes eum fessi et vexa
ti sub diuo sup terrā iacebāt ꝓpter quod (videns) intui
tu clementie (turbas) ad se congregatas viscera misericordie
expandēs circa ipsas (misertus) ⁊ cōpassus (est eis quia
erant vexati) labore corporali ⁊ etiā spūali. s. corporum ⁊
pctōꝝ ⁊ abiecte (iacentes sicut oues pastorē) q̄ eos diri
gerȝ (non habentes) In quo pōtifices iudeoꝝ redarguit
Hieroni.
qui magis lupi q̄ȝ pastores erant. Unde hiero. Vexatio
gregis ⁊ oīm atq̄ȝ turbaꝝ pastorū culpa ⁊ viciū mgroꝝ ē
Sacerdotes eñ et doctores illius tpīs intenti auaricie
non vacabant debito mō eorum doctrine sed erant sicut
lupi rapaces spoliantes pplm bonis tpalibus p malum
exemplum reuocātes a spūalibus. Jesus vero tanq̄ȝ pa
stor bonus pascebat eos continue verbo doctrine sue spi
ritualiter et aliqñ etiam tpali subsidio corpaliter. Sicut
aūt tunc sic ⁊ hodie ꝓh dolor multi qui pastores dicun
tur attamen ea que lupoꝝ sunt facere nō verent. Non so
lum eñ nō emendāt subditos ſȝ p negligētiā ⁊ mala exē
pla nocent eoꝝ ꝓfectibus. Mittunt collectores decima
tum et ꝯfiscatores reꝝ temporaliū nō inq̄sitores heresuȝ
et emendatores vicioꝝ et iō tot ⁊ tante hereses ⁊ sentes
vicioꝝ in hortu ecclesie iam pululant ⁊ crescūt q̄ vix era
dicari et exterminari pñt. Vexatio ergo ouiū et negligē
tia pastorū fuit occasio mittendi aplos ad predicanduȝ
pplo et sanandum infirmos vt non esset necesse q̄ turbe
currerent post ihm tanto labore. Et q̄uis primo aposto
lis et postmoduȝ septuaginta duobus discipulis cū eos
mitteret precepta quedā dñs dederit tñ q̄ fere oīa ⁊ his
⁊ illis ⁊ nō solū ipsis sed ⁊ eoꝝ successoribus et imitatori
bus conuenire videnř iō in sequētibus simul ordine con
gruēti ponuntur. Cōsiderans itaq̄ȝ ihs vexatōeȝ ouiuȝ
et negligentiaȝ pastorum poterat dicere discipulis suis
(Messis quidē multa) i. multitudo preparata ad hoc q̄ p fi
dem colligatur ⁊ in horreū reponař vñ ⁊ alibi dr. Leua
te oculos vros ⁊ videte regionem q̄ albe sunt ad messeȝ
(Operarij autem pauci) i. doctores ⁊ predicatores veri
respectu tante multitudinis conuertende q̄ adhuc non
dum predicauerant christi discipuli. Messis est turba cre
dentium in qua nunc sunt grana cum paleis. i. boni cum
malis sed in futura messione separabunř dicitur eñ vno
mō messis collectio hoīm ad fidē alio mō collectio fideli
um ad retributionem. Operarij sunt in ecclesia qui que
runt opus non ocium onus non honorem aīas nō deci
mas prodesse non preesse. Pauci autem sunt oparij sed
multi conducticij pauci operarij sed multi mercennarij
pauci operarij salutem aīaꝝ querentes ſȝ multi q̄stuarij
lucrum tpalium sectantes. Et ideo rogandus est dñs vt
operarios multiplicet et mittat eos q̄ etsi sunt qui bona
audiant desunt tñ qui dicant (Rogate ergo dñȝ messis)
i. me qui scdm q̄ deus sum dñs messis (vt mittat opari
os in messem suam) i. predicatores ad erudiendū pplm
q̄ nullus sit aptus ad predicationem verbi diuini nisi p
gratiam dei et ab eo missus immediate vel mediate. Ec
ce optima et necessaria oratio quam quotidie debemus
deo facere vt mittat inquit non vt ipsi se ingerāt sicut fu
res et latrones faciūt in messem suaȝ i. in salutē aīarum
ad hoc enim mittuntur sed multi cōuertunt falceȝ suā in
messem alienam. s. in tpalia ad que non diriguntur. Dñs
mittere proponit ⁊ tamen rogari vult ⁊ hoc ꝓpter rogā
tium excitandam caritateȝ ⁊ augendū meritū quatenus
fideles sui nō solū de operatōne verūetiā de affectu ⁊ vo
luntate remunerentur. Ex quo pȝ q̄ licet deus velit ali
quid facere vult causaȝ q̄nq̄ȝ pro hoc a iustis exorari (Et
conuocatis duodecim apostolis dedit eis potestatem)
eiiciendi spūs immundos ab obsessis (et curādi oēȝ lan
guorem) corpoꝝ (⁊ infirmitatē) aīaꝝ que q̄dem dñs fa
cit potestatiue sed discipuli fecerunt in eius noīe. i. inuo
catione et virtute. Unde Beda. Benignus et clemens
Beda
dñs non inuidet seruis atq̄ȝ discipulis virtutes suas et si
cut ipse curauerat omnem languorem ⁊ omnē infirmita
tem apostolis quoq̄ȝ suis dedit potestateȝ vt curent oēȝ
languorem ⁊ oēm infirmitatem. Sȝ multa distantia est
inter habere et tribuere donare ⁊ accipere Iste q̄cunq̄ȝ
agit potestate agit illi si quid faciunt imbecillitatē suam
et virtutē dñi confitentur dicentes. In noīe iesu surge et
ambula. Hec beda. Per istum numerum aplorum duo
denariū qui ꝯponitur ex denario et binario significař q̄
apostoli et eoꝝ successores debēt pre ceteris implere de
calogum legis et duo precepta caritatis (Et misit illos
Mathei vi. ⁊ luce decimo
binos) in signū caritatis que requirit in predicatorib9 ⁊
vt haberent mutuo solaciū societatis q̄ adhuc erant in
firmi quando autem erant ꝯfecti. s. post ꝯceptionem spi
ritussācti misit eos simpliciter siue binos siue solos quia
tunc erant spūsancto solidati (Misit) inquam (illos pre
dicare regnum dei) i. euangelium qđ ꝓmittit regnū dei.
et docet qualiter ad hoc itur et ꝯuenitur q̄ p penitētiam
vel predicare. i. in sua predicatōne penitētibus ꝓmittere
regnum dei (⁊ sanare infirmos) corporaliter et spūaliter
Hoc etiam quotidie facit predicatoribus euangelij si fa
ciant quod in se est q̄ dat eis potestatem eiiciendi demo
nes spūaliter de cordibus hoīm et sanandi languores
viciorū. Instruxit etiam dñs aplos quo pergerēt ⁊ qđ fa
cerent quo vterentur ⁊ a quo abstinerēt ⁊ a q̄bus cauerēt
⁊ a quibus non timerent. Sicut itaq̄ȝ ex precedentib9 ⁊
sequentibus pōt intelligi non nisi virtuosi sunt missi pau
peres ⁊ expediti stabiles impigri et benigni nō malis cō
municantes nec cupidi debent predicare regnum dei.
(Misit) ergo (duodecim precipiens eis ⁊ dicens. In via
gentium) scȝ que ad gentes ducit (ne abieritis) vbi pro
hibuit eis ne irent ad predicandum gētibus extra terrā
promissionis (et in ciuitates samaritanorum ne intraue
ritis) qui samaritani licet essent in terram ꝓmissionis tñ
erant partim gentiles ⁊ partim iudei q̄ ceperunt libros
moysi et cum hoc seruierunt ydolis. Ideo autem aposto
li fuerunt prohibiti predicare predictis gētibus q̄ vsq̄ȝ
ad passionem christi nō erat magnū tempus et conueni
ens erat vt eius aduentus primo denūciarer iudeis qui
bus pricipaliter erat missus ⁊ ideo tempus qđ erat vsq̄ȝ
ad passionem xpi futurū erat necessariuȝ ad manifestan
dum iudeis p apostolos christi aduentum. Et hoc est qđ
subditur (sed potius ite ad oues domus israel que peri
erunt) propter ydolatrie peccatum et legis preuaricatio
nem Non q̄ negat qn aliqñ ituri sint ad gentes ſȝ potius
et primo ad iudeos ne iudei haberent excusatione ⁊ cau
sam non recipiendi dñm ⁊ euangeliū q̄ ad gentes misit
aplos dicentes se q̄ ꝓprij erant esse relectos. Un̄ post re
surrectioneȝ ascēsurus in celum dixit eis euntes in mun
dum vniuersuȝ predicate euāgeliū oī creature. Ubi hie.
Hieronim9.
Non est contrarius locus iste ei precepto quo postea di
citur euntes docete oēs q̄ hoc ante resurrectioneȝ illud
post resurrectioneȝ preceptū est ⁊ oportebat primo aduē
tum xpi nūciare iudeis ne iustam haberēt excusationem
dicētes ideo se dñm relecisse q̄ ad gētes et samaritanos
apostolos miserit. Unde ⁊ greg. Redemptor noster pri
Gregorius
us soli iudee voluit ⁊ postmodum cunctis gentibus pre
dicari vt dum illa vocata conuerti renueret predicato
res sancti ad vocationem gentium per ordinem veni
rent q̄tenus redēptoris nostri predicatōe a ꝓprijs repul
sa gentiles pplos quasi extraneos q̄rerent. Hec grego.

De missione apostolorum ad predicādum

¶ Mystice in viam gentiū nō est adeundū .i. modus vivendi eorum non est tenendus et in civitates samaritanorū per quas significant̄ cōventicula hereticorū non est intrandū per consensum sicut enī samaritani .i. gentiles partim tenebant vetus testamentū et ptim negabāt sic heretici ptim confitent̄ fidē xpi et ptim negant. Deinde ondit̄ur forma docēdi cū dicit (Euntes aut̄ē predicate dicētes qr appropinquabit regnum celorū) Quasi diceret. Predicate qr prope est vt aperiat̄ ianua regni celestis scz mea passione qḋ regnum ante xpi adventū erat longe qr nullus poterat illuc pervenire. Hoc regnū diversimode noiatur. Aliquādo regnum dei a regnante. aliquādo autē regnum celorum a subditis angelis et sanctis qui celi dicuntur. Item etiā qui prope est vt rex celorum regnet in hoibus sibi subditis in fide et hominibus obediētibus. Vel (appropinquabit regnum celorum) .i. xps qui est dator regni celorū. A pdicatiōe igit̄ regni celorum incipit iohānes et xps et discipuli eius. Et qr doctrina non est efficax nisi assit probatio sequit̄ modus cōveniens ad pbandū veritatē huius doctrine. scz opa facta virtute divina cū dī (Infirmos) corpore vel mente curate mortuos) in corpe vel in aīa (suscitate leprosos) respersos maculis in corpore vel aīa (mundate demones) ab obsessis et criminā a peccatoribus (eiicite) Hic ponunt̄ quatuor genera miraculorū ad predicationis confirmationē. Procedit aūt ordo s̄m mysteriū quia infirmi sunt qui temptationibus cōsentiunt. mortui sunt qui operantur et digna mortis opa faciunt: leprosi sūt qui cōsuetudine se et alios inficiunt. demoniaci sunt qui cōtemnunt. Hec autē ideo dn̄s concessit vt ipsa miraculorū operatio fidē sermoni eorū faceret. vn̄ Hiero. Ne hominibus rusticanis et absqz eloquij venustate indoctis et illiteratis pollicentibus regna celorū nemo crederet dat potestatē miracula faciendi vt magnitudinem promissiorū probet magnitudo signorum. Unde et greg. Adiuncta sunt autē predicatoribus sanctis miracula vt fidem verbis daret virtus ostensa nova facerent qui nova predicarent. Et iterum. Hec autē signa in exordio ecclesie necessaria fuerunt vt enim fides cresceret credentiū miraculis erat nutrienda. Et criso. Postea autem steterunt reverētia fidei vbiqz plātata. Si autem et postea facta sunt pauca et rara fuerūt Deinde excludens ab eis cupiditatem subiungit. (Gratis) et sine precio (accepistis) potestatem miracula faciendi gratiam predicandi et ministerium sacramenta dispensandi et dona alia a deo vobis collata (gratis) et sine precio (date) aliis eodem modo quo accepistis ne desinat esse gratia sed merces videatur ne vilescat inestimabile dum preciabile reputat̄. Quasi dicat s̄m hiero. Ego magister et dn̄s absqz precio hec tribui ergo et vos sine precio date. Unde et criso. Ne videatur eorum beneficium superbiam eorum comprimit dicēs gratis accepistis et ab amore pecuniarum eos mundos preparat dicens. gratis date. Et iterum. Quasi dicat. Nichil vos de vestro largimini suscipientibus neqz enim mercede hoc accepistis neqz laborātes in ea est gratia. gratis enim accepistis ita igitur aliis date neqz enī est condignum precium eorum invenire. hec cris. Hec audiāt symoniaci. hoc audiant illi qui spiritalia vendere vel emere non formidant. Pro spiritalibus enim actibus vt pro administratione sacramentorum et predicatiōe vel miraculorum operatione et cōsimilibus non debet aliquid quasi precium accipi qr non est precium eorum dignum invenire. Deinde ab omni eos liberat sollicitudine vt vocationem omnem tribuat verbo dei et tota sollicitudo eorum congregata convertatur ad predicationem evangelij dicens. (Nichil tuleritis in via) euntes ad predicandum (neqz aurum neqz argentum neqz pecuniam aliquam in zonis) et bursis (vestris) ad providendum vobis scz vobis in via de necessariis (neqz sacculū neqz peram) id est repositoriū ciborum ad portandum in via (neqz panem) qui magis videtur necessarius inter alia et multo min⁹ cibaria delicata. (Neqz duas tunicas) id est vestes superfluas (habeatis) quotquot enī sunt necessarie pro via reputantur (neqz calciamenta) scz integra quia apostoli sandaliis vtebantur (neqz virgam) que scz itinerariis prebet auxilium. Qui enī dn̄i habet auxilium cur baculi vel alterius rei querat presidium. Sed si prohibet virgam et quedam alia que videntur necessaria quid de equis et equorum faleris vel ceteris superfluis. Ubi omnis cupiditas et avaricie occasio et sollicitudo temporalium tollitur. omne superfluum amputatur et sola necessaria conceduntur. Denique expeditur via et fugit timor crescit securitas. Unde nō immerito poeta iuvenalis ait. Cantabat vacuus corā latrone viator. Hoc ergo totum dicit ad excludendum a predicatione verbi divini sollicitudinem temporaliū temporalia enī in sui acquisitione molestant animum et adhuc plus in sui possessione turbant eum qr iam sunt quasi mēbra ipi habenti incorporata et ideo magis trahunt animū hoīs ad inordinatā dilectionē sui et qr hoc suffocat verbū dei ideo nō debet esse in predicatoribus evangelij. Igit̄ vt dicit Greg. tāta pdicatori debet i deo esse fiducia vt pn̄tis vite sumptus quis non provideat tū sibi hos nō defecturos certissime sciat ne dum mens eius occupat̄ ad tēporalia minus aliis provideat eterna. Et s̄m greg nazanzenū horum summa est vt adeo virtuosi existant q non minus pp̄ter vite modū q̄ propt̄ eorū verbū evāgelium pficiat. Vn̄ et s̄m cris. hoc etiā eis dn̄s precepit vt per habitū ōnderēt quantū a divitiarū desiderio distabant. Et s̄m theophilū vt videntes eos predicare paupertatē acquiescāt eis apostoli nichil habēt ita aūt expresse, phibuit possessionē tēporalium quia sic oportebat in primitiva ecclesia vt ostenderent omnia gubernari dispensatione divina et ōnderet virtus fidei contra errores hoīz qui cursu syderū vel fortuna credebant agi omnia: et hadhuc competit apostolicis viris apostolorū successorib⁹. Quidā tū sunt q pr̄āti nō paupertati succedere volunt cum tū nō pr̄āti sed paupertati regnū celorū sit promissū. Tres ergo sūt rationes quare hoc precepit. prima ne sint quasi cupidi et ambitiosi. secunda ne sint solliciti quasi pusillanimes. tertia vt mittentes virtutē ostēderet quādo nichil eis deest. Si q̄rit̄ur an alij ad hoc obligantur dicendū q consiliū est nō preceptum. Sz certe nō auderet aliqs vtile et sanū cōsilium repellere in facie eius: quanto magis illud qḋ dedit magni consilij angelus. Et quicunqz huic consilio fiducialiter adhereret nō dubiū quin deus sufficienter sibi provideret. Qn̄ enī missi fuerunt apl̄i ad predicandū sine sacculo et provisione aliqua necessariorū: fuit divinitus eis laute provisum qr nichil eis defuit: qn̄ vero relaxatum fuit illis providere sibi de necessariis in via passi sūt penurias multas postea hoc aūt fecit deus ad dandum fiduciā pauperibus predicatoribus ad exequendū constanter predicandi officiū. Ubi nota pulcrū de duobus religiosis vltra mare ad terram sanctā profectis exem plū. Cum enī vltra mare et redeundo circa mare adhuc inter ignotos essent semp in deo solo spem habebant et nichil de necessariis eis deficiebat. Cū autē pervenissent ad dulce natale soluz dixit vnus inter eos ad alterum. Modo picula evasimus quia iā in t̄ra nr̄a et inter notos sumus. Et cū sic ponerēt spem ī homine inceperunt in necessariis deficere et maiorem passi sunt penuriā q̄ ante ¶ Et quia quodāmodo nudos et expeditos ad predicandum discipulos dn̄s miserat sceritatē precepti in sequēti s̄ma temperavit dī. (Dign⁹ est enī operarius) i. pdicator qui opatur opus dei ad vtilitatē pximi (cibo suo) i. necessariis ad vitā quia in cibo intelligitur etiā vestimentū et domicilium sine quibus decenter non vivit genus humanū. Quasi diceret. Tantum acci

Hieronimus. — Gregorius. — Crisostom⁹. — Hieronim⁹. — Crisostom⁹. — Grego. — Grena. — Crisosto. — Theoph.

pite quātū in victu z vestitu vobis necessariū est. Unde z aplūs replicat. Ordinauit deus his q̄ euangeliū annunciant de euangelio viuere. Et iterū hn̄tes victū et vestitum his cōtenti sumus. Hinc est q̄ dyaconus pcedit a presbitero quasi missus a dn̄o ad p̄dicandū euāgelium cui subdyaconus fert puluinar quo liber sustentat q̄z alij debent predicatorem sustentare. Dignus est eñ operarius mercede sua non solū eterna que debetur in patria ad remuneratione͂ sz etiā tpali que debet in via ad sustentationem .s. conuenienti victu ac vestitu et domicilio hic est duplex honor quo digni sunt qui bn̄ presunt. Nā scd̄m greg. Merces predicatiōis hic inchoat

Gregori.

et in celo pficit q̄z vni nr̄o operi due mercedes debentur vna in via que nos in labore sustēstat alia in patria que nos in resurrectōne remunerat. Ergo q̄ nō operat nec laborat non manducet ne mercedem exigat. Ecce quare precepit eis nichil ferre q̄z omnia debent eis p labore. De iure enim naturali est z diuino ac etiā hūano vt illis qui seruiunt cōmunitati in spiritualib⁹ scz in diuino cultu et doctrina prouideantur a cōmunitate in temporalibus necessaria. Nō ergo prohibuit eis ferre necessaria ad sustentationem huius vite: sed vt demōstraret hec eis deberi ab illis quib⁹ predicarēt nec omnino et simpliciter precepit eis illa: sed magis ad reuocandū eorum affectū ab inordinato amore temporaliū vt nō quererent superflua: sed eis sufficerent necessaria: qui in eis nō defectura dn̄s ordinauit dādo eis ptātem sumēdi ea ab his quibus euangelizabāt et sic carnalia meterent q̄ spiritualia seminabāt. Nec tn̄ inobedientes sunt qui de suo iure cedūt. Vn̄ Aug. Apparet autē hec

Augusti.

nō ita precepisse dn̄m tanq̄ euangelis te viuere aliunde non debeant q̄ eis prebentibus q̄bus annūciant euāgelium. Alioq̄n ɔtra hoc preceptū fecisset aplūs q̄ victū de manuum suarū laboribus transigebat ne cuiq̄ grauis esset sz potestatez dedisse aplis in qua scirent sibi ista deberi. Cum eñ a dn̄o aliq̄d impat nisi fiat inobedientie culpa est. Cū aūt ptās datur licz cuiq̄z nō vti q̄z z tanq̄ de suo iure credere. Hec augu. Et nota scd̄m Criso. q̄

Crisosto.

Matheus z lucas non calciamenta neq̄z baculum portare permittit qd̄ ostēdit pfectissimū esse. Marcus vero iubet baculum assumere z sandalijs calciari qd̄ dictum est permissiue. Unde z illud de duabus tunicis non portandis exponit hiero. non ad litteram sz q̄ vna tunica

Hieroni.

dicatur vestimentum necessariuz scd̄a superfluū ne alio vestiri aliud nobis futuroꝝ timore seruemus. Sed si nō ppter timorem multominus propter ostentatione͂. In quo comprehendunt qui perticas vestiunt z archas implent et qui equos mutatorijs vestimentorum onerāt. Vn̄ aug. Hoc de duabus tunicis intelligendum est ne

Augusti.

quisq̄ eorum preter eam quam esset indutus aliam portandam putaret sollicitus ne opus esset cum ex illa potestate posset accipere. In math. etiā z in marco virga accipitur equiuoce. In matheo enim accipitur methaphorice vt sit sensus neq̄z virgā id est nec minimas res. Uel non innitamini subsidio temporali sicut corpus innititur baculo sustentanti z similibus. In marco autem vbi dicitur nisi virgam tantum accipitur ad litteram p quam tamen intelligitur potestas accipiendi sumptus qua vti potuerunt vel non vti secundum q̄ voluerint. Unde doctores hebreorum in signū doctrine virgā in manu portabant quia apud iudeos consuetum erat p̄uideri eis de victu a populo quem docebant ideo christus voluit q̄ hoc eis pro alia prouisione sufficeret per hoc eñ ostēdebatur q̄ pp̄ls cui predicabāt puidere eis debebat. Igitur non phibet dn̄s necessitatē sed supfluitatem et prohibet euangeliū annunciantibus nimiā curam z sollicitudine͂ de temporalibus ne velint portare vltra necessaria aliud timentes q̄ sibi deficiat. ¶ Item vt sub quāta festinatione ad predicanduz pgere debeāt ostendatur adiūxit (Et nemine͂ per viam salutaueritis. Non simplr̄ salutatione͂ phibuit sz cū mora et ɔfabulatione hanc fieri noluit ne occasione salutationis impedirentur a cursu predicationis quo minus cito salutez predicarēt auditoribus. Uel phibuit ne salutarent .s. ex curiositate sicut quidā faciūt q̄ nō ex studio salutē optādi salutare ɔsueuerūt sz non phibuit hoc fieri ex caritate z ad ɔsulendū ac studio optandi salutē. Ubi ōnditur quanta diligentia et festinatōe p̄dicator verbi diuini dz officiū sibi iniunctū exercere q̄z non dz ab officio hmōi ppter familiaritatē cū aliq̄ retardari. Et iō predicator multū debz plāgere tps quo ꝑtermittit fructū p̄dicatōnis et siliter alij debent plangere tps quo ꝑtermittunt spūalia exercitia ad eorū statū ptinentia. Item omniū eis aperiens domos de necessario cibo fecit eos confidere dicens (In quamcumq̄z autem ciuitatem aut castellū) .i. quecunq̄z loca maiora vel minora (intraueritis interrogate quis in ea dignus sit) id est fidelis et bone fame et nō suspectus ipse vel locus eius ne infamia suscipientis fama z dignitas predicatorum maculetur et eorum predicatio et doctrina deturpetur ac tanq̄ suspecta impediatur. Ubi hiero. Testimonio vicinorum

Hieronim⁹.

et per famā eligendus est hospes: ne eius infamia predicatio ledatur. Ergo multo magis socius eligendus est dignus. Itez hoc dicit vt sciat hospes se magis gratiam accipere q̄ dare (Et in quancūq̄z domū intraueritis) causa hospitandi in eadem (manete) non sine honesta causa inde exeūdo nec curiose et inutiliter discurrendo (donec exeatis) transituri .s. aliubi ad predicandū. Non est tn̄ intelligenduz q̄ per hoc velit excludere causas honestas exeundi vt ad docendum vel aliquid huiusmodi faciendum cuz propter hoc intrauerint ciuitatem vel castellū: sed p hoc vult discursus vagos excludere qui nō debent esse i predicatore: sed magis cessante necessitate exeundi debet vacare cōtemplatiōi vt ibi hauriat qd̄ populo postea effundat. ¶ Item hortat eos ad tpantiam dicens (edētes z bibentes que apud illos sunt) .i. non q̄rentes nec queri facientes extra domum delicata z superflua q̄ apud illos non sunt sz manducate q̄ vobis sponte apponunt z offerunt ab illis q̄uis modica sint z vilia non querentes lautiora vel plura etiam si apud illos sunt talia z certe q̄to paucioribus et vilioribus vtuntur tanto amplius implent qd̄ hic dr̄. Dignū ē vt ibi maneant z ab eis cōsequant terrena quibus offerunt celestia (dignus ē eñ operari⁹ mercede sua) non solum eterna in patria ad remunerationem sz etiā tpali in via ad sustentationez. Item iubet ne de domo ad domū quadam vaga facilitate demigrant et hospitez propter lantiora habenda non mutent quez etiaz ex hoc infamare possent. Vn̄ iubet hoc iō scd̄m Cris. ne leues et vaga-

Crisostom⁹

bundi discursores videantur z gulosi quibus nō sufficit vnius hospitis victus necessarius et ne cōtemnere et iniuriari seu contristari viderentur suscipientez vt ingrati. Duo ergo hic mandantur vnū de electione hospitij aliud de impmutatione electi nec dicit hic quin liceat predicatori aliquādo mutare hospitiū vl̄ cū alijs comedere maxime vt non grauet hospitem suum dū tn̄ ad dignos diuertat et honestos sz prohibuit dn̄s mutationez hospitij ratione triplici vna est vitatio leuitatis que nullo modo debet appatere in p̄dicatore alia suspitio gulositatis quia homines consueuerunt nouos hospites lautius p curare tertia declinatio infamie hospitis quia si dimitteretur videretur indignus. Itē iubet vt cum bn̄dictiōe intrent domuz dicens. (Intrantes aūt in domuz salutateeam) .s. familiā .s. homines habitātes i ea vt sit lata relatio .s. antecedens p continēte et relatiuū pro ɔtento. (dicentes pax huic domui) i. familie vt qui cibū et necessaria recipiunt salutē z pacis beneficiū largiātur. Quia p̄dicator dz habitantib⁹ in domo quaz intrat pacem offerre et optare et non solū optare sz etiā euangeliū xp̄i qd̄ ē

Obedientia aliqñ si de suo aliquid habeat: nulla est. aliqñ autem si de suo aliqd non habeat minima. Nam cũ huius mundi successus pcipit. cũ locus superior imperatur. is qui ad pcipiẽda hec obedit obedientie sibi virtutem euacuat si ad hec etiã ex proprio desiderio anhelat. Neqꝫ enim se sub obedientia dirigit q̃ ad pcipienda huius mundi psperа libidini proprie ambitionis seruit. Rursum cum mũdi despectus precipit cum obprobria adipisci. et cõtumelle iubentur nisi hec ⁊ ex semetipso animus appetat. obedientie sibi meritum minuit q̃ ad ea qua in hac vita despecta sunt: inuit⁹ nolẽsqꝫ descẽdit. Debet ergo obedientia et in aduersis ex suo aliquid hr̃e ⁊ rursum in prosperis ex suo aliquid oĩno non hr̃e. quatenus in aduersis tanto sit gloriosior. quanto diuini ordini etiam ex desiderio iungitur. et in prosperis tanto sit verior quanto a p̃nti ipsa quã diuinitus pcipit gloria funditus ex mẽte separatur hec gre. vt aũt dicit bern. tria vincula debet hr̃e vera obedientia. vicꝫ celeritatem in iussione

Bernardus

iocũditatẽ in labore perseuerantiã in operis executione. ¶ Quantum vero bonum sit obedientia et per oppositũ quantum malum inobedientia. ostendit aug dicẽs. Per

Augustinus

fecte deus euidenterqꝫ monstrauit. quantum sit bonum obedientia. cum hoĩem in paradiso positum ab ea prohibuit que non erat mala. Sola ibi obedientia potuit tenere palmã: sola obedientia incidit penã. Unde et bern.

Bernardus

Inobedientia deum offendit. angelos alienos eijcit a cõmunione sanctorum. vitam eternam amittit. gaudium facit demonibus. eternum meretur supplicium. Et iterum non dabit inobedienti copiam sui tantus amator obedientie qui maluit mori q̃ꝫ non obedire. et ne perderet obedientiam: perdidit vitam hec bern. (Cum ergo consum

Math. xj.

masset iesus) sermones predictos (precipiens duodecim discipulis suis) modum scꝫ predicandi et viuendi predictum: transit inde vt doceret et predicaret in ciuitatibus eorum: scꝫ discipulorum. quarum dñi non erant. sed in q̃bus nati vel enutriti. seu morati fuerant. hoc est vt predicaret iudeis qb⁹ miss⁹ erat. Predicãs itaqꝫ ibidẽ iudeis non samaritanis. non gentibus: fecit quod docuerat ⁊ mãdauerat discipulis vt secundum promissa prius offerret iudeis occasio salutis. Hic ergo dat maioribus prelatis exemplũ. vt ipsi predicare non designant q̃uis alios destinent ad predicandum ne alijs laborantibus ociosi fiãt et bonorum gloriosum fructum perdant. Sed heu hodie multi prelati vicarios non adiutores querunt. et quiescere non collaborare volunt. opinantes q̃ sic sue et subditorum anime requiescant in pace. Immo quod peius est predicationibus omissis. quidaꝫ vacãt guerris et pugnis et qui predicando deberẽt animas viuificare guerras faciendo non timent ⁊ corpora et animas pimere. et sic lotis extrinsecus manibus. sed pollutis intrinsecus cordibus ad altare accedere. Ubi criŝ. cũ consummasset iesus

Criso.

precipiens discipulis suis exijt ad predicandum: ne laborantibus discipulis ociosus eẽt magister. Non eñ vicarios operis sui illos ordinauerat: sed adiutores et iõ festinantibus mercẽnarijs: necesse erat vt amplius ipse pater familias festinaret nam in secularib⁹ qui fuerit maior aut clarior et habuerit secus se minores aut subditos. a deo omnia quecunqꝫ necessaria fuerint ipsi adĩplent ille aũt in suo honore constitutus tñmodo iussionibus pest ab omni labore securus est. In spiritualibus aũt viris non ẽ ita. sed qui maior est: maiorem hꝫ laborem iõ predicantibus aplĩs amplius laborabat xp̃s miserat eñ illos quasi sol radios suos. quasi rosa suauitatis odores. quasi ignis scintillas suas dispsit. vt sicut sol radijs suis apparet. sicut rosa in odoribus suis sentitur. sicut ignis in scintillis suis aspicitur sic in illorum virtutibus xp̃i potẽtia cognoscatur. Quis eñ videns discipulos suos bene instructos nõ sciam magistri collaudet. Aut opera eorum magna considerans non potentiã admiretur auctoris: faciebat eñ xp̃s miracula: faciebant et discipuli eius. ⁊ inter mirabilium opationes maior virtutum fama crescebat hec criŝ. Exeuntes autem. xij discipuli circũibãt per castella euãgelizantes: non solum procurationem recipientes ⁊ curãtes ĩ aĩa ⁊ corpore non malo exemplo occidantes. ⁊ ħ vbiqꝫ sine personorum acceptõe. Exierũt ab arte cõtemplationis ad actionem predicatõis ⁊ curatõis inducendo hoĩes verbor exemplo. vt puiam agerẽt de petis. sed heu multi hodie exeunt a latebris peruerse cogitationis ad actionem iniqtatis corrumpendo hoĩes verbis et exemplis malis.

Oratio

Domine iesu xp̃e magr̃ bone: da m̃ prophetas scꝫ q̃ doctrina te predicant. ⁊ iustos q̃ bona vitate demonstrant. ac discipulos ac nũcios tuos q̃ te quoquo mõ denuciant sic pro nomĩe tuo venerari et recipere. ac eis caritatis obseq̃a ⁊ beneficia impendere vt mercedẽ cum eis merear te donante meritus eorum obtinere. da michi etiaꝫ dñe deus meus prelatos predicatores et sacerdotes reuerent audire. ⁊ eoꝝ ammonitionib⁹ obediendo acquiescere vt cum veris obedientibus valeam apud te gr̃am inuenire Amen

¶ De questione iohannis baptiste et eius commendatione. Capitulum. lvj.

Math. xj.

Iohãnes autẽ baptista: in vinculis: et ĩ carcere constitutus: seu: p discipulos suos mag̃ inuidia q̃ꝫ simplici corde stimulatos: audissꝫ opera: ⁊ miracula q̃ faciebat xp̃s. pl⁹ de discipuloꝝ salute q̃ꝫ de suo periculo sollicitus: mittẽs duos de discipulis suis: dubitantib⁹ vt ipsis reuersis crederetur ab alijs quia ĩ ore duoꝝ vel triũ testiũ stabit omne verbum: ait illi scꝫ xp̃o per discipulos suos missos. q. d. si michi non creditis q̃ testimoniũ de xp̃o phibui vos ipsi dicite ei: Tu es qui venturus es xp̃s. ⁊ messyas in lege p missus qui debes saluare israel: an alium expectamus ad saluandum. Johannes interpretaẽ gr̃a dei. ħ eg̃ in vincu

lis est. cum gratia in aliqua vinculis mūdi vel carnis vel peccati ligata tenetur ne pficiat. heu in multis hodie iohānes tenetur in vinculis. corpus enī carcer est impediens hoīez a cōtemplatiōe veritatis. nō autē ipse iohannes dubitabat nec dubitādo qsiuit qui de xp̄i p̄ntia ī vtero matris exultauit. qui etiā ad baptismū venienti dixerat. ego a te debeo baptizari. et tu venis ad me. et in baptismo eū per columbā descēdentē ac per p̄ris vocē testimoniū agnouit. et postea digito demōstrauit. q etiam p xp̄o ac fide ei⁹ et iusticia positus est in carcere. et paratus mortē sustinere. sed more dubitantis gerens quesiuit vt discipulorum dubitationi ꝯsulēdo eos p xp̄m cōfirmaret et xp̄i dicipulos faceret. qs de xp̄o adhuc dubitantes nouerat. vt videntes signa et correcti dictis crederent. scandalū enī patiebātur. qr ihm̄ p̄poni et preferri suo magistro audierāt. vnde aug. ite dicite illi. non qr ego dubito sꝫ vt vos instruā. quod ego soleo dicere. ab ipso audite. audistis preconē cōfirmami a iudice. Unde et hilari⁹.

Augu.

Hylari⁹

Johānes igitur nō sue sed discipuloꝝ ignorātie ꝯsuluit. vt enī sciret non aliū a se p̄dicatū. ad opera ei⁹ intuēda discipulos suos misit vt auctoritatē dictis illi⁹ opera cōferrēt nec xp̄s alius expectaretur q̄ cui testimoniū opa prestitissent. Unde etiā cris. iohānes in carcere sciēs se eē iam in exitu cōstitutū volebat discipulos suos xp̄o adiūgere tanq̄ si. puidus pater moriēs filios suos cōsignet fideli tutori. desiderabat enī viuens plenā fidem videre discipuloꝝ suoꝝ. et sine dubitatōe aliqua credentes xp̄o Sicut pater moriens si viderit filios suos boīs morib⁹ ornatos. et omni sapiētia perfectos q̄si securus morit nichil de cetero timens de illis. et sic iohānes volebat discipulos suos perfectos videre in xp̄o. vt iocundius moreretur Magis aūt non sicut pater filios suos cōmendauit xp̄o quasi tutori sꝫ quasi pedagogus alienos filios quos ad tēpus accepit vt erudiet: eruditos volebat xp̄o reddere quasi. pprio patri ipoꝝ. ideo interrogabat p discipulos suos. non vt ipse accipiens respōsum a xp̄o audiret et disceret. sꝫ vt missi discipuli oculis suis viderent opera ei⁹ et crederent. Misit iohānes discipulos ad xp̄ꝫ vt miracula ei⁹ viderent. qui tot fecit vt paucorū animas lucraretur qr melior est apud deū vnus iustus q̄ tot⁹ mūdus pctōribus plenus. hec cris. Sed scd̄m gre. querit iohānes per discipulos. tu q venisti in mundū nascēdo es tu ventur⁹ ad inferos moriendo et potest dici q non simplicit dubitauit de descēsu ad inferos: sed de descēsu in aīa et corpe ad eos. Jesus autē amouit dubitationeꝫ discipulorum. et ostendit eis p̄mo factis. et postmodū verbis qr ipse esset xp̄s s̄m illud cepit iesus facere et docere In q predicatores et doctores instruxit vt non solū verbis sed etiam factis doceāt. In coꝝ enī presentia et multorum qui ibi aderāt cecos. surdos. claudos. et leprosos curauit et alia miracula fecit. pp̄lo predicauit. cuius euāgeliuꝫ primo pauperes receperūt. qr pauperes et humiles magis credunt euangelio q̄ diuites. Et per hoc rn̄dit questioni iohānis vel magis discipuloꝝ eius ostēdens p miracula soli diuine virtuti possibilia. q ipse esset vere xp̄s Hec enī plenum perhibebāt ei testimonium q esset dei filius. Nam etsi aute euangelium aliqui similia egerunt rari tamen fuerunt. et sua auctoritate et iussione sed ministerio et oratione hec fecerunt. Unde dicit (et rn̄dēs ies⁹) .s. verbis et factis (ait illis. Jte et renūciate iohanni q audistis) ab alijs ante q̄ veniretis (et vidistis) p̄ntialiter ad p̄ceptū meum fieri postq̄ venistis. et vos de me certificemini per eum potiusq̄ ipse. vel (q audistis) in p̄dicatiōe (et vidisti) ī miraculoꝝ opatiōe. q. d. Uide us me. agnoscite me videtis facta. agnoscite factorē Cecos illumino mortuos suscito. paupes ad fidē cōuerto. et cetera facio q me facturum. pp̄he nūciauerunt. Jpsa opera que ego facio testimoniū perhibent de me Unde si michi nō creditis. vel opibus credite Cōferte opa que in me vidistis cū. pphetaꝝ oraculis q legistis. vt et me illum de quo dixi ūt esse cognoscatis (Ceci vidēt) vt impleat illud. pp̄heticū tunc aperiētur oculi cecoꝝ (claudi ambulāt) vt impleat illud tūc saliet sicut ceruus claud⁹ (Leprosi mundātur) vt impleatur illud languores nr̄os ipse tulit cuius liuore sanati sum⁹ (Surdi audiūt) vt īpleatur illud. et aures surdoꝝ patebūt (Mortui resurgūt) vt impleatur illud viuent mortui. interfecti mei resurgēt (Pauperes euangelizant) .i. per euangeliū instruūtur et illumināntur et ad fidem cōuertuntur. vt impleatur illud euangelizare vel ad annūciandū pauperib⁹ misit me. Fit autē pori⁹ mētio de pauperib⁹ q̄ de diuitib⁹. qr pauperes cōuertunt facilius. Ubi hiero. pauperes aūt euāgelizātes intellige vel pauperes spū. vel certe opibus paupes. vt nullā int nobiles et ignobiles. inter diuites et egenos ī predicatione distantia sit. narrate ergo iohī que quidē audistis in pphis p messiā fienda. vidistis mō per me impleta esse enī tunc agebat xp̄s. que. pp̄he loquētes de tempore messye p̄dixerāt eum facturū. Subtiliter ergo respōdit. innuens talē rōnez. Qui operat opa oēm nature facultatē excedentia. et q pp̄he p̄dixerāt de xp̄o. ille pfecto xp̄s ē sꝫ ego talia operor. ergo ego sum. Similit ergo ad iohānis discipulos rn̄dit dn̄s pori⁹ p opera q̄ si dixissꝫ ego sū vt ipa opa eius manifestarēt eis q ipe esset messyas potiusq̄ verba quia testimoniū qd est de rebus et operib⁹ credibili⁹ et validi⁹ est testimonio qd est a verbis: et validior est vox operis q̄ sermonis. noluit etiā aptis verbis dicere. ego sum. pp̄ter arrogantie vitāde exemplū sꝫ tm̄ euidētissime ostendit se esse illū de quo querebāt eum Moraliter p sex opera xp̄i mirabilia hic posita quib⁹ liberauit hoīes a corporalibus defectibus p̄nt accipi sex mala a quib⁹ q̄ridie spūaliter liberat aīas. Cecitas est ignorātia et error rōnis eligētis. Claudicatio ē infirmitas et curuitas affectiōis mouentis. Lepra ē cōcupia et īmundicia ꝯcupie carnalis. Surditas est malicia et duricia obstinata mentis. Mors est separatio aīe a deo p mortale pctm̄ Paupertas ē defectus gr̄e et virtutū. Hec ī ex mala p mag parte nobis ex pctō p̄mi homīs inflicta tollit fides et p̄dicatio xp̄i deuote accepta. Nam ratio illuminat. affectus certificat. concupiscentie ardor extinguitur. obstinatio frāgit pctm̄ fugatur. et gr̄a confertur. Quidā enī sunt ceci per ignorantiā. quos liberat xp̄s illustrando mentē ad diuinorum cognitionem. Quidā sunt claudi in affectu praue volūtatis qui bene vident qd agendū sit. et quomō derelicto mundo xp̄s sequēdus esset. sed nolūt vel partim volunt sequi mundū. partim xp̄m claudicantes in duas partes .i. versus deum et mundū. quos liberat xp̄s disponēdo mentē ad diuine voluntatis expletionē. Quidam sunt leprosi luxurie que corpus et aīam maculat vel alterius peccati cōtagione quos liberat xp̄s depurando mentē oīmode a culp ab illib⁹ defectibus quibuscūqꝫ Quidā sunt surdi per cordis duritiā et immisericordiam siue ad predicationis vocē siue ad pauperum clamorem quos liberat xp̄s inclinando mentem ad verbi dei et pauperum obauditionem Quidam sunt mortui per peccati mortalis obstinationem quos liberat christus viuificando et renouando mentē et hominē interiorem. Quidam sunt pauperes a celestibus gratijs et virtutibus nudi et miseri. quos christus liberat ditando mentem gratijs et vestiendo virtutibus. Jsta autem miracula spūalia sunt maiora q̄ corporalia magis enī est s̄m augu. iustificare impium q̄ creare celū et terram. plus est iustificare aīam in eternū victuram q̄ suscitare carnem iterum morituram. plus est in anima reformare ymaginem dei q̄ in corpore reformare materiam nostri limi. Deinde dominus subiungit (Et beatus est qui nō fuerit scandalizat⁹ in me) .s. in infirmitate et hūanitate mea. dubitādo de deitate et diuina potentia credēs me purum hoīez eē. qr me videt in passibili carne. beatus qui me pati viderit. et nō me negabit cuius fidei nichil temptamenti affert crux mors et sepultura. Unde et latro fuit beatus. quia non

Hieronim⁹.

Moraliter.

Augustinus

fuit scandalizatus. q. d. Licet operer ut deus mirabilia. qr tamen ut homo sum crucifigēdus. cauendū est valde ho(m)inibus ne in me mortē despiciāt. qui signa venerantur. Et bene dixit in me non a me. quia christus nunq(uam) fuit cā scandali actiue. sed potuit esse. quodāmō materia scandali et occasio. Unde et dicit petra scandali petra eñ nullum scandalizat. quia nature sue debitū facit sʒ de petra cecus vel incautus scandalizat q(ui) leditur. In hoc ergo dominus inter nuncios iohannis qui cum christū nō credebant percutit. et a pfidie scādalo castigat. Hoc eñ indu(x)it ut iohannis discipulos ad se traheret qui de eo offendebantur. quia iohānes in operibus maior clarebat. quasi eis diceret. Videte ne scandalizemini in me. et ne in aliquo de me minus sentiatis. Sicut autem precursor intēdebat a mouere a discipulis dubitationem de xp̄o sic saluator viceuersa a turbis de precursore. commendans eū multipliciter turbis que nesciebant mysterium secretum seu causam interrogationis. ne turbe suspicarentur iohā(n)nem in aliquo motum fuisse et adeo discipulos misisse ac per hoc minus crederent preteritis testimonijs iohannis. Audientes eñ questionem a discipulis iohannis christo propositam putare poterant iohannem leuem in fide et mollem in vita. quia videbat p(ri)us duz erat liber de christo affirmasse. que modo in carcere quasi aduersitate fractus videtur querere. Leuitas ad hesitationem rationis mollicies ad cōcupiscentiā voluptatis pertinet. utraq(ue) dominus a iohanne concludit et eum de contrarijs et quibusdam alijs commendat. Magis autem voluit commēdare iohannē in absentia discipulorum eius q(uam) in p(rese)ntia ut eius commendatio non ex fauore humano vel ex adulatione: sed amore veritatis procedere videretur. Et per hoc docuit nos fugere notā adulationis in cōmendatione aliorū. et maxime magnorū in p(rese)ntia eorūz. Unde cris.

Crisostom(us).

q(uam) bene recedentibus discipulis cepit laudare iohannē. Non sicut quidā homines blanditores. q(ui) libenter hoīes in facie laudant. aut q(uo)s vident amicos eius fideles aut domesticos ei(us) quos credunt nunciaturos illi quicq(ui)d audierint. Nam qui insipiens est gaudet laudatus in facie vir autem sapiens q(ui) laudatur in facie. flagellatur ī corde. Propter duas ergo causas homo in facie laudari nō dz. Primum si sapientem illum putas. grauiter suscepturus est. Et quare illi laudibus tuis molestiā facis. Si insipientē illum existimas. extollendus est. quare insipiētiam eius laudibus tuis nutris. hec cris. Deinde consequenter commendat iohannē a multis. et primo a constantia fidei et mentis. Dicit ergo (Illis autē) s(cilicet) discipulis iohīs (abeūtibus) sc(ilicet) a xp̄o et reuertētibus ad iohānē (dixit iesus ad turbas. Quid) i(d est) qualē (existis in desertuz videre) non mō sed olim cum adhuc iohes esset in deserto nunc eñ erat in carcere. Quasi diceret. Qualis creditis q(uod) sit ille quem iamdudum añ vincula frequenter (existis videre) unde cris. Acsi diceret. propter quid ciuitates dimittentes. cōuenistis in desertum. non plebs tanta cū tāto desiderio in heremū venisset nisi magnum quendā et mirabilē et petra solidiorem se videre estimans. (Existis inq(ui)t videre arundinez vento agitatā). q. d. Non fuit mobilis sicut arundo ut leuitate mentis et fidei de domino ambigeret quem antea predicauerat sed ita constans q(uod) nec timore nec fauore a veritate declinabat. Non fuit arundo iohānes sʒ colūna. non mouebat(ur) vento nec prosperis erigi. nec aduersis inclinari nouerat: sʒ inter aduersa et p(ro)spera īmobilis permanebat. seruans in p(ro)speris humilitatem et in aduersis patiaz. non quatiebatur timore nec flectebatur adulatione nec eū blandū gratia nec asperū ira cuiuslibet faciebat. uno eodēq(ue) vultu respiciebat illos q(ui) eum laudabant et illos qui eū vituperabāt. Sic inimicos et amicos diligebat. sic potentes et impotētes arguebat. arundo igitur vento agitata iohānes nō erat. quē a statu sue rectitudinis nulla rerum varietas inflectebat. Unde cris. Calamus est vacuus et nullā hñs virtutē. et q(uo)tiens q(ui)s

Crisostom(us).

vis ventus leuis flauerit super eū. huc et illuc flectit eum sic et homo carnalis et secularis. in quo fidei nulla ē medulla et virtus veritatis non inuenit(ur) in eo qualiscūq(ue) tēptatio venerit super eum curuat eum. Hec greg. Disca-

Grego.

mus ergo frēs charissimi arundo vento agitata non esse solidemus animū int(er) auras linguar(um) positū. stet inflexibilis status nostre mentis nulla nos detractio ad irā p(ro)uocet. atq(ue) ad remissionem inutilis gratie nullus fauor īclinet. non nos prospera eleuent. nō aduersa p(er)turbent ut q(ui) in soliditate fidei figimur. nequaq(uam) rerū trāseuntium mutabilitate moueamur. hec greg. Mistice hic iohanne laudat. ut sic ipse nec mortis timore nec carnalis vite amore formā iusticie deseruit sic nec nos utilia relinquamus pro vanis vel eterna pro trāsitorijs et crucem potius q(uam) faleras mundi eligamus. Secundo commendat eum ab austeritate vite et pn̄ie. quia non fuit mollibus vestitus nec delitijs usus. Unde dicit (Sed quid existis videre hoīem mollibus vestitū) s(cilicet) p(ro)p(ter) carnis curā delitiosam q. d. non quia ut dictum est supra: iohannes habebat vestimētū de pillis camelor(um). et esca eius erat locusta et mel silue(st)re. ut ipso conuersationis sue testimonio p(ro)temneret mūdum cum bonis et delitijs suis. Ad hoc etiam manebat in deserto. ut austerā vitam duceret non solum victu et vestitu sed etiā ex loco propter q(uo)d subditur (Ecce qui mollibus vestiūtur) et delitijs utunt(ur). nō in deserto sʒ (in domibus regum sunt) quia ibi vitā delitiosā agit(ur). Ad h(oc) eñ multi magnatibus adulantur ut cū ipsis cōmorantes delitijs utantur sʒ hoīes veritatis talia aspernātur. Unde narrat valerius maximus q(uod) quidaz dixit dyogeni olera lauanti. Si tu dyonisio adulari velles ista non ederes. Cui respondit. Si tu ista edere velles. dyonisio adulari nolles. et sequitur. hic veridicus veritatis annunciator. malens oleribus sustentari q(uam) magnatib(us) adulari. sʒ heu hodie multi etiam religiosi cōtrariū faciūt et p(ro) modico maior(um)b(us) et etiā alijs adulari non erubescunt. Et bene dic(it) (ī domibus regū) non pōtificū. dn̄t eñ pōtifices et oēs p(re)lati eccl(es)ie. et etiam eorū familia indui veste simplici et religiosa. non molli et preciosa. Unde legit(ur) de be. aug. q(uod) vestimenta eius erant nec nitida plurimum. nec abiecta nimiū. unde et hiero. Ornatus et sordes pari modo fugiendi sunt q(ui)a alterū delitias alter(um) gl(or)iaz redolet. Quō (er)go clerici et religiosi eque mollibus et delitijs utunt(ur) sicut hi q(ui) ī domibus regum sunt sʒ timeant et caueant sibi. q(ui)a nō celesti sʒ terreno regi militant q(uia) p(ro) deo perpetu(m) a(s)pera fugiunt. sed solis exterioribus deditis p(rese)ntis vite mollitiē et delectationem querūt. Si ergo vilibus vestimentis indui virtus non esset. nequaq(uam) dn̄s iohannē de vestimenti sui asperitate laudasset. Et si preciosis indui vestimētis peccatum non esset nequaq(uam) de peno diuitis locuturus premisisset. quia induebatur purpura et bysso. q(uam) vero periculosum sit uti mollibus vestibus. patet per cris. qui dicit.

Hiero.

Criso.

Mollis vestis dissoluit rigidam animā. et si rigidum corpus assumat. et asperum facile per huiusmodi mollicem delicatum reddit et fragile. Facto autem corpore molliori necesse est et animam p(ar)ticipare lesionem nam ut plurimum operationes ipsius consonant dispositionib(us) corporis hec Criso. Mistice per vestitos mollibus p(ossu)nt intelligi adulatores quod bene significatur p(er) indumētū sicut eñ indumentum adaptat se illi cuius est sic adulatores adaptant se malis. ut qui timore persecutionis vel amore laudis peccantiū vicia non redarguūt. et ut t(em)p(or)alia lucra vel commoda consequi possint illis se conformare non metuūt. Sed scd̄m grego. Johannes sic mollibus vestitus non erat. q(ui)a peccantium vicia non blandiēdo fouere sed increpando castigare nouerat. Moraliter s(ecundu)m hiero. et Raba: docemur hic q(uod) predicatores veritatis declinare debent mollium palatia. que mollibus induti adulatores frequentāt. qui vitam peccāntiū palpāt ungūt et nō pūgunt. Item notat(ur) hic q(uod) predicatio veritatis cōuenit cuz duricia cibi et vestis. qui autē falso predicāt adulatores

Grego.

Hiero.

sunt. lucra sectantur. diuitias querunt delicijs affluunt. Et tales sic mollibus vestiti (in domibus regum sunt). i. scđm grego. exteres regni celestis. sub iure dyaboli sunt qui sunt reges tenebrarū. Per desertū quoqȝ pōt intelligi religio. qꝛ sicut desertum fuit medium ⁊ quedam via inter egytum ⁊ terrā sanctam promissionis. sic religio est quoddam mediū inter celū ⁊ mundū. ⁊ quasi quedā via directa qua itur ad celū per iohannē existentē in deserto intelligitur religiosus. q̄ non debet esse arūdo. i. ypocrita exterius sicut arūdo virens ⁊ interiꝰ vacuus sed exteriꝰ debet virere per honestā cōuersatiōez. ⁊ interius dȝ esse plenus per fidē ⁊ feruentē deuotionē. Item non dȝ esse fragilis sicut arundo ⁊ omni vento cedere sed dȝ esse firmus ⁊ omni tēptationi resistere ⁊ nec bñdictiōe. nec maledictione debet moueri. Itē nō dȝ esse mollibꝰ vestitus id est adulator sȝ seriosus ad vicia ⁊ nulliꝰ in hoc persone acceptor. Tertio cōmendat saluator iohannem ab excellentia persone ⁊ claritate notitie. qꝛ plusq̄ ꝓpheta fuit ꝓpheta quidē fuit qꝛ xp̄m preuidit ⁊ predixit qđ ⁊ alij prophete fecerūt vnde supra dictū est. tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis. Item plusq̄ ꝓpheta fuit. Primo quia a deo per angelū ꝓphatus fuit. Scđo qꝛ in vtero matris ꝓphetare cepit. Tertio qꝛ filius ꝓphetatus fuit. Quarto quia xp̄m a se ⁊ ab alijs preuisum ⁊ p̄dictum digito demōstrauit. qđ alij non fecerunt nam fm̄ gre. ꝓphe offm̄ est vētura predicere sed non etiā demonstrare. Quinto scđz aug. ⁊ ambro. est maior ꝓphetis. qꝛ ꝓphe dominū vēturū prenūciauerūt quem videre desiderauerūt ⁊ non viderunt

Hiero. huic autē prestitū est quod illi quesierūt. Sexto fm̄ hie. qꝛ ad priuigeliū ꝓphale etiā baptiste accessit p̄mium vt suum ꝓphetarū baptisaret dn̄m. Septimo qꝛ angelꝰ ⁊ si non natura tn̄ officio dictꝰ est. Octauo qꝛ primior xp̄o

Criso. fuit ⁊ pene cū ip̄o venit. vnde criso. Omnes quidē prophete ante faciē xp̄i trāsmissi sunt solus autē iohannes sic missus est ante faciem xp̄i vt pene cum xp̄o veniret. Quantū pre ceteris ꝓphetis iohannes in tēpore iuxta xp̄m tm̄ iusticia pre illis primior erat xp̄o. Multe q̄dem stelle añ lucem precedunt nuncians lucis auentū nulla earū luciferi nomen hr̄e meruit nisi vna qꝛ cum ipsa luce ꝓcedit. Sic oēs prophete ante faciē xp̄i p̄cedunt nunciant eo aduentū eius. solus tamē iohānes precursor est appellatꝰ quia non solum aduentū eius annunciat. sed etiam illū digito oñdit dicens. Ecce agnus dei. hec cris. Quarto commendat eū ab auctoritate doctrine ⁊ officij dignitate cum dicitur (Hic est. n. de quo scriptum est) in malachia. ⁊ sunt verba patris ad filiū iohannem cōmendantis ⁊ dicentis (Ecce ego mitto angelū meū). i. nunccium. s. iohannē baptistam qui etiam vitam duxit angelicam (ante faciem tuaȝ). i. ante p̄sentiā tuā tpalē. ⁊ ante eiusdem potentie manifestationē ⁊ cognitionem (qui p̄parabit viam tuam) predicando p̄niam. baptizando ad assuefactionem re annunciando ac manifestando ac corda auditoꝝ ad recipiendū te ⁊ tuā predicationē peruia reddendo (ante te) i. ante ostentiōeȝ tuā ad mōm. sic officium predicatoꝝ est preparare corda auditoꝝ añ aduentum dn̄i ad iudicium vel in menteȝ. Dictus est aūt iohānes angelus ꝑpter duo. Primo ꝑpter officij dignitateȝ quia nuncius officium. n. angeloꝝ est archana reuelare sic officiū iohannis archana predicere. nam sicut angelus gabriel natiuitatem saluatoris paucis annunciauit personiˢ scȝ virgini ioseph pastoribus ⁊ magis ita iohā

Beda nes palam illum toti mōo nunciauit. vnde beda. Angelus vocatur iohannes. non nature societate sed officij dignitate. Quo nomine recte appellari potuit homo ille qui fuit missus a deo vt testimoniū perhiberet de lumine ⁊ venientem in carne dn̄ȝ mūdo nūciaret. Et sacerdotes angeli nuncupant. vñ apl̄s prohibet ne mulieres detecto capite orent ꝑpter angelos dei. i. sacerdotes. Et scđm grego. vnusquisq̄ȝ fidelis si a prauitate primuȝ reuocat ⁊ ad bonū exortatur seternum regnū vel supplicium erranti denunciat ꝑfecto angelus id ē nūciꝰ dn̄i est. Secundo dictus est angelꝰ ꝑpter vite angelice puritatem quam duxit in solitudine. i. virginitate. in ꝯtemplatione. vnde Criso. Beatus iohannes q̄ talē meruit habe

Crisostomꝰ. re laudatorem. audi nunc ⁊ intellige dignitatē puto si nō esset audatie dicere q̄ gloriosior est iohānes qꝛ hō fuit ⁊ ꝑpter meritū virtutis angelus ē vocatus q̄ȝ si nomine angelus ⁊ natura fuisset. Angelus. n. hoc p̄m q̄ angelus est non tantū est virtutis p̄mium quātū nature ꝓprietas Iste autē mirabilis est. qui in natura humana euāgelicā transgressus est sctitatem. Et hoc obtinuit p̄ gratiā dei. qđ non habuit natura. hec criso. Et vt summā virtutū cōmendatiōis eiꝰ dn̄s breuiter cōprehēdat subdit (Amen dico vobis inter natos mulierū non surrexit maior iohāne baptista). Signāter dicit (natos) nō natas ne virginem m̄rē xp̄i p̄ferri v̄l eq̄ri q̄ ad sc̄titatē q̄ itelligat̄ prelara ē omnibus sanctis ⁊ post xp̄m sanctior fuit vniuersis. dicit autem (mulierum) non virginis ne xp̄o cōpari videat̄ qꝛ mulier ibi non solū sexū sed etiam corruptiōeȝ significat fm̄ quē modum bea. virgo mulier non fuit. Et si mulier aliq̄n in euangelio nūcupat̄ ibi mulier ꝓ femina ⁊ sexu ponitur nec ceteris ꝓphetis ⁊ p̄riarchis cunctisq̄ȝ hominibus p̄fertur hic ioh. sȝ equat̄ vel nullus ei anteponitur Non. n. statim seq̄tur vt si alij eo meliores nō sunt ille maior alioꝝ sit. Unde nō negat q̄n eq̄lis sibi aliquādo surrexit vtꝝ vero postea sanctior eo aliquis fuerit vel adhuc futurus sit indiscussum relinquit̄ vñ Criso. Scriptura quidem non dicit iohānem maiorē eē ceteris sanctis sed ce-

Crisostomꝰ. teros sanctos non esse maiores Johanne. Coequauit enī ceteris non preposuit. Et iteꝝ. Quod aūt dicit tale est. Non peperit mulier isto maiorem. Et sufficit quidā hec anunciatio xp̄i. Si aūt vis a rebus ip̄is discere hic excogita eius immensam conuersationem. ⁊ mentis altitudinem. Uelut enim qui celitus descendisset degebat in terra: fere nullam gerens curam de corpore. intellectu aliter erectus in celum. et soli deo coniunctus de nullo mundanorum sollicitus sicut. n. in celo ita conuersabat̄. et nature necessitatibus superior effectus extraneā quādam ambulabat viam in hymnis et orationibus omne pertransiens tempus. hominum quidem nulli deo autē continue soli colloquēs neq̄ȝ. n. vidit aliqueȝ conseruoꝝ neq̄ȝ visus est alicui hoꝝum. non lacte visus est. non lectulo. non tecto. non foro non aliquo quoq̄ȝ potius est blandorum sermo seuerus ⁊ lenis nam cū ppꝪo iudeorū viriliter ⁊ feruenter cū rege audacter cum discipulis leniter conferebat. nisi frustra vel leniter sed oīa cōueniēter agebat ꝑpter hoc dixit. Non surrexit in natis mulierū maior ioh. bap. hec Criso. Et quia multa est iohis cum filio dei collatio. io scđm criso. vt copia laudum iohis iudeis occasionē non daret preferendi iohānem xp̄o subdit distinguendo excellentiā xp̄i ab excellentia iohis di. (Qui aūt minor est). s. etate ⁊ minoꝝ opiniōe (in regno celoꝝ) i. in eccl̄ia sanctoꝝ militante (maior est illo) s. dignitate ⁊ maiestate. Qđ de xp̄o recte accipit̄ qui tūc in eccl̄ia militante q̄ a p̄mo iusto incipiēs vsq̄ȝ ad vltimū electū pdurat minor a multis reputat̄. Sed scđm Criso. non putes

Cristostomꝰ Ambrosius. q̄ cōparatiue se dixerit maiorē iohē vt ū esset dicit amb. alia est ista natura. nec cū humanis generatiōibꝰ cōpanda non. n. pōt homi cum deo vlla esse collatio vel nouissimus angeloꝝ. q̄ in regno celoꝝ. i. in eccl̄ia triumphante ministrat seu minimus sanctorum q̄ iam ibi cum deo regnat maior est eo ꝑpter statum fruitiōis qꝛ q̄libet beatꝰ ⁊ cōprehensor q̄ntuncūq̄ȝ minimus maior ē actu q̄ȝ quilibet viator purus licet aliquis viator sit maior in po-

Hieronimꝰ tētia aliquo iam beato vnde hiero. nos aūt simplicit̄ intelligamus q̄ oīs sanctus qui iam cum deo ē maior sit illo q̄ adhuc consistit in prelio aliud est enī coronam victorie possidere. aliud adhuc in acie dimicare. intellige tamen q̄tum ad p̄mij securitatem non q̄tum ad meriti magnitudinem. Deinde quasi declarādo q̄ erat plusq̄ȝ ꝓpheta

comēdat eum a tpe cōmoditate in quo venit q2 tpe
gratie cōmodo z vtili hūano generi (A diebus n iohan
nis) i. postq̄ cepit eo vbiq̄s predicare cōfecutio ē regni
celestis per pniam (vsq3 nūc) īclusiue quia tpē gre a tpe
predicationis iohānis inchoatum semp erit. Q̄diu nūc
dici pōt. et vsq3 ad finem mūdi durabit (regnum celorū
vim patitur) a penitētibus (z violēti) illi s. q nō vident
hre ius sicut publicani z pctores (rapiūt illud) exclusis
s. filijs regni a simili dictum est. sicut si aliquod regnum
datum esset extraneis quasi violentia videret inferri ipo
Hylarius regno. vnde hyla. Regnum celorū vim pati. q2 glia dei
israhel pribus debita a pphetis pnūciata a xpo obla
ta fide gentium occupat dū per pniam quā iohannes p
dicauit fideles ad celestē p̄riam quasi in locū alienū pe
Crisostom9. netrātes. vnde Criso. vides ergo q2 magn9 ē iohān. s in
cuius tpe tanta gratia effusa est sup terra. z qd in diebus
oīm pphetaz factu non est. in illius tpe factū ē. z ipse sa
ctus est gratie huius minister. hec Criso (A diebus er
go iohānis regnū celorū) patitur penitentibus a quibus
(vim patitur) et violenter rapitur. q2 p̄mus pniaz p̄dica
uit qua velut q̄dā violentia nos affligendo et p pctis sa
tisfaciendo regnum celorū q̄si violenti nō pigri rapim9
et intramus. A quo eni per pctm̄ alieni facti sumus. vi z
virtute pnīe acquirimus z id qd nobis de iure nō debe
tur labore z violentia rapimus. Quasi rape quidem est
vbi nullū ius hēmus et quod angelorz est possessio acq
rere non pōt n homo natus in terra rape celū nisi sibi fa
ciat violentiam cohercendo a delectationibus propriū
appetitum. z subiugando spiritui carnem suam. Unde
Hiero. Hiero. Grandis est violentia nos in terra genitos esse z
celorū sedem querere possidere p virtutē quod non tene
Ambrosius. mus per naturam. vnde z ambrosi. Et ideo faciam9 vim
regno celorz. Omnis n. qui vim facit. vehementi studio
properat non torpendi lentescit affectu. et ideo vim faci
mus nature. vt non ad terrena dimergat. sed ad superna
Gregorius. se subrigat vnde et gre. cū pctōres ad pniam redeūt. q̄si
in locum alienū intrant. z violenter regnum celorum ra
piunt. Et iterum recogitemus ergo fratres carissimi ma
la que fecimus. et nosmetipsos assiduis lamentis atte
ramus hereditatē iustorum quam non tenuimus per vi
tam: rapiamus per penitentia vult a nobis omnipotēs
deus talem violentiam perpeti. Nam regnū celorum ra
pi vult nostris fletibus quod nostris meritis nō debetur
Eusebius vnde z Eusebi. Nō sine violentia fieri potest vt vnusq̄s
q3 iracundiam patiā superbiam humilitate commutet
amore paupertatis z indigentie affluentiaz superet. vio
lentiam sobrietate. luxuria castitate commutet. z homo
subito in virum alterū transmutetur. z sic a talibus p vio
lentiā regnum celorū diripitur. Unde etiā in collatione
abbatis abraham sic dr. Regnum etenī celorz non desi
des non remissi non delicati non teneri. s3 violenti diri
piunt. qui non alijs. sed anime sue preclarā inferunt vio
lentiā. omni eam prauium rerum voluptate fraudantes.
Isto profecto sunt laudabiles violenti. q vim faciunt per
ditioni sue. Homo. n. vt scriptū est in doloribus laborat
sibi. z vim facit perditioni sue. Perditio nostra est oble
ctatio pn̄tis vite et executio desideriorū voluptatumq3
nostrarū. quas si quis ab aīa sua subtraxerit ac mortifica
uerit. gloriosam profecto z vtilem perditioni sue vim fa
cit. abnegans duntaxat ei iocūdissimas voluntates hec
Bernardus abraham. scdm bern. quidam regnum dei mercantur vt q̄
exercent opera misericordie elemosinam z huiusmōi. qui
dam furantur vt qui faciunt occultas penitētias. quidaz
compelluntur intrare vt pauperes necessarij. non volun
tarij. quidam rapiunt vt pauperes voluntarij. qui paupe
res spiritu sunt. Si autem adhuc dubitas regnum conse
Augustinus qui forte propter defectum meriti vel auxilij. audi Au
gustinum dicentem tibi. Si queris quomō istud potesti
eri. quibus meritis. quibus ue auxilijs audi. Res ista ē po
sita in potestate facientis quoniam regnum celorum vim

patitur. Regnum celorum o homo aliud non querit po
sita in p̄tate facientis q̄ regnum celorum vim patitur.
Regnum celorū o homo aliud non querit precium nisi
teipsū tantum n valet quantū es tu. da z hēbis illud. quid
turbaris de precio. xps semetipm tradidit. vt te acqui
ret regnum deo patri ita temetipm da vt sis regnū ei
vt nō regnet pctm in tuo mortali corpore: sed xps in pos
sitiōem vite. Et itez. Uenale hēo. quid dīe. Regnū quid
emit. Paupertate regnuz. dolore gaudiū. labore requies
ignominia gliā. morte vita. vnde z Criso. Qui seipsum Criso.
donauit hominibus. quomō regni sui societatez non dabit
hec Criso. Igitur non cures qd vel q̄ntū mō ꝯsterz
vel quātū de incommodis seu lucris tpalibus pdas aut
quidvl q̄tū de incōmodis seu dānis tpalib9 sustineas vt
regnum illud de quo tam gloriosa dicta sunt rapias z pos
sideas. ¶ Deinde subdit (oēs. n. pphete et lex) q̄ erant de
xpo venturo durauerūt (vsq3 ad Johem) i. vsq3 ad tp̄
Johānis. et ēt xpi quia xps et iohanes fuerunt quasi con
temporanei. et tunc. n. cessauerunt legalia et prophetie
Ubi xpi tps ōnditur vt quē illi venturū eē dixerūt iohes
venisse ōnderet. non q tunc lex z pphia fuerit ānihilata
imo impleta. et imꝑfectio eius amota. q2 ex tunc p̄dicari ce
pit pfectio euāgelica. Ita iohes initiū ē euāgelij z termi
nus legis et pphar. Lex enim z prophetia ibi finit. vbi id
quod prefigurauerat z pphetauerat adimplet. Mātus
iohā lex et pphete figurate promittūt. s3 ex tūc in antea
figurata z promissa succedunt quia in lege z in prophetis
veritas de xpo erat sub figuris et enigmatibus: sed a io
hanne est manifeste oñsa. quez n lex z prophete venturū
predixerant. iohan venisse ostēdit dicēs. ecce agnus dei.
Et q̄uis post ioh. fuerunt pphete vt agab9 et quattuor
filie philippi. non tñ de xpo in carne venturo sunt vatici Beda.
nati vt precedentes de quibus tñ hic sermo. Unde Be
da. Lex et prophete vsq3 ad iohannē quia non poterat vl
tra venturum prophetari quod iohan. preconio iam ve
nisse clarebat. vnde z aug. Inter omnes diuinas auctori August.
tates euangelium merito excellit. Quod n lex z prophe
te futurū prenunciauerūt hoc redditū atq3 cōpletum in
euāgelio demōstratur. Non obseruam9 sacramenta que
in lege et prophetis precepta sunt. q2 mutata sunt e nō
ligamus que ibi predicta sunt. z tenem9 q̄ ibi pmissa sunt Criso.
vnde etiā crif. Ergo finis promissiōis iohes est. Si aute
finis promissiōis iohānes est et initiū btitudinis ipse est
Quecūq3 enī promissa sunt seculo isti. vsq3 ad iohannem
promissa sunt. Ex illo autē iam nō promittūt futura sed
ea que promissa fuerāt adimplent. Usq3 ad eū fuit spes
ex illo autem cepit esse res. De cōmendatione etiā iohā Bernar.
nis sic dicit bern. Johannes vbiq3 maior in omnibus sin
gularis. mirabilis super oēs. Quis sic gloriose annuncia
tus est. Quis sic spāliter in matris vtero spū scto legitur
fuisse repletus. Quem legisti intra matris vterum exultas
se. Cuius natiuitatem vidisti ecclīam celebrare. Quis sic
puer heremū concupiuit. Quis ita sublimiter legitur con
uersatus. Quis pniam z regnum celorum primus osten
dit. Quis regem glorie baptizauit. Cui sic primum trini
tas sic aperte reuelauit. Cui tale testimonium perhibuit
dñs iesus xpus. Quem sic honorauit eccl̄ia. Johannes
patriacha. imo p̄riachaz finis z caput. Johannes prophe
ta. imo plus q̄ propheta quia quem venientē nūciauit di
gito demonstrat. Johā angelus sed z inter angelos ele
ctus. saluatore attestāte cum dicit. Ecce mitto angelum
meum zč. Johā apls. sed z aplorz primus z p̄nceps. q̄ fu
it homo missus a deo. Johā euangelista: sz euāgelij pri
mus inceptor predicans euangelium regni. Johā. virgo
imo virginitatis norma pudicicie titulus. castitatis exem
plum. Johan martir. s3 et martirij lumē. inter natiuitatē
siquidem mortemq3 xpi constantissima forma martirij.
Ipse vox in deserto clamantis. precursor iudicis. preconi
bi. Ipse est helyas vsq3 ad quem lex z prophete lucerna
ardens et lucēs. amicus sponsi. sponse prepator. Silētio

transeo cetera. sic nouẽ ordinibus angelorum insertus ẽ vt etiam ad seraphin apicẽ transferat. hec bernar. Deinde dñs subdit (τ si vultis recipe) τ itelligere (ipse ẽ helyas) non in persona sed in spiritu. qr fuit similis helye. et hoc in tribꝰ. Primo in austeritate penitẽtie. qr de helya scribitur q erat vir pilosus. qr habebat vestem hirsuta τ asperam. τ zona pellicea accinctus renibus. Silr de iohãne dicit q habebat vestimẽtũ de pilis camelorum. τ zonaz pelliceã circa lumbos. Scdo in soliditate cõstãtie. de helya enĩ scribitur qr ipse ꝯstanter arguebat regẽ achab τ regem ochoziam τ similit iohãnes constãter arguebat herodem. Tertio in auctoritate doctrĩe. qr sicut helyas venturus est p predicatiões suã denũcians xpi aduentũ fm ita iohãnes (vt supra dictũ est) preuenit primũ. Et scdm

Hiero. — hiero. hoc dictũ ipse τ helyas misticũ esse. τ egere intelligentia. sequens domini sermo demonstrat. dicẽs (Qui habz aures) cordis (audiendi) i. intelligendi (audiat) i. intelligat. s. qr non dixit iohannẽ esse helyam i persona sed in spũ. Vel (qui hz aures) ad officiũ audiendi extenꝰ (audiat) interius adhibẽdo diligentiã circa ea q dico et dixi superiꝰ. Vtitur aũt xps talibꝰ verbis ꝓponẽdo aliqd arduũ vel misticum τ hoc vel vt moueat intellectũ ad intelligẽdũ vl affectũ ad acqescendũ τ exequẽdum.

Dñe iesu xpe qm tu es q venturus es ad saluandũ nos. τ alium expectamus. da nobis vt vincti tuo amore τ timore exeamus de arundineto vanitatis. τ de molli vestitu voluptatis in desertum penitentie. Renuncia nobis per effectum misericordie tue. quia tu es veritas. qua mente ceci vident. caritas qua affectu claudi ambulant. humilitas qua superbia leprosi mundantur. verbum quo surdi audiunt. vita qua mortui resurgunt. τ virtus qua pauperes euangelizantur vt oẽs ad te cõuertãtur. Amen.

De increpatone τ cõdemnatione infidelium iudeorum. Capitulũ lvii.

Mat. 11. — Remissa igitur cõmẽdatiõe iohãnis increpat τ cõdẽnat dñs superbiã iudeorũ q pdicatiõe iohãnis moti nõ sũt sz τ ipsius xpi predicationẽ despexerũt. τ cõparat eorum generationẽ peruersã τ obstinatã. per quã tam predicantes q audientes cõprehendit (pueris in foro clamãtibꝰ τ eorum coequalibꝰ) i. in partes eqles diuisis ac sibi inuicem improperantibꝰ τ dicentibus (Cecinimus vobis et non saltastis. lamentauimꝰ. τ non planxistis) Vbi sciendum q pueri hebreorũ ad exercendum se in ludis honestis. inducentibus ad virtutes τ retrahentibus a vitijs talem ludũ habere cõsueuerũt. diuidebantur in medio ciuitatis in duas partes equales. τ illi qui erant ex vna pte canebant carmen leticie. τ alij ex opposita parte carmen lugubre. deridẽtes trãsmutatiões repentinã presentis vite. τ postea sibi mutuo exprobrabãt τ exultantes dicebant alijs. quare sibi non congaudebãt. τ econtrario alij quare sibi cõpatiendo non condolebãt. τ hoc fiebat ad exprimendã vanã leticiam hoĩm τ defectu cõpassionis et amicitie ad inuicem in hoc mundo sicut videmꝰ frequẽter fieri in eadem ciuitate. imo τ in eodem vico. vel etiã eadem domo. q aliqui letantur τ alij ex opposito tristãtur τ qsiqz modicum sibi inuicem cõpatiantur. Huic negotio simile est negotiũ circa iudeos. τ postea xpi tẽpore factum. Multi enĩ phariseorum sedentes ppter docẽdi τ iudicandi auctoritatem in foro i. in ecclia vbi lex τ iura pmũtur. τ canentes per gaudiorum eternorũ promissionẽ. monuerũt iudeos exultare pro spe futurorũ. τ exultare noluerunt multi etiaz lamentãtes per tormentorum cõminationẽ monuerũt eos dolere pro pctis τ noluerũt. Propter hoc igitur poterãt eos arguere ꝓphete. dicẽtes (Cecinimus vobis τ non saltastis) ad laudes dei assurgendo (lamentauimꝰ τ non planxistis) penitentiã agẽdo. Jd est inuitauimus vos ad exultandũ p spũalibus bonis τ nõ exultastis nisi i terrenis. monuimꝰ ad penitẽtiã τ nõ penituistis nec voluistis. Eo mõ etiam factũ est tempore xpi. Johãnes enĩ ieiunãs τ abstinens. inuitabat eos ad dolẽdũ p peccatis. τ dolere noluerũt. dominꝰ aũt comedens τ bibens cum eis inuitabat eos ad exultandũ pro gratijs. qr mos comedentiũ est exultare. τ noluerũt hoc facere. Sub similitudine ergo eos increpat qr nec habuerunt planctum compunctionis ex penitẽtia predicata a iohanne nec saltum exultationis ex misericordia exhibita a saluatore. Johannes eñi predicabat lamenta penitentie xps exultatiões misericordie. sz generatio iudaica nõ plorat cũ iohanne plorãte. nec gaudet cũ xpo gaudente. Per clamãtes ergo intelligũtur pdicantes scz iohãnes τ xps. τ per coeqles ipis quibꝰ predicãt scz auditores. Nã q ait (Lamẽtauimus τ nõ planxistis) ad iohãnẽ pertinet cuius abstinentia a cibo et potu luctum penitentie significabat. q aũt ait (cecinimꝰ τ non saltastis) ad ipsum dñm ptinet. qui vtendo cum ceteris cibo τ potu leticiã futuri seculi τ regni figurabat. Johannes eñi pcessit in typo presentis vite. que debet esse in lamẽto. sz xps secutus est in typo future que erit in gaudio. Vnde psal. Qui seminãt in lacrimis in exultatione metent. Sed peruersi iudei videntes austeritatem iohannis. per hoc moti nõ sunt ad penitentiam τ postea dulcedinẽ xpi. τ tñ p hoc moti

Hieronimꝰ. — non sunt ad pietatem. vnde hieronimꝰ. Dicunt ergo Cecinimus vobis τ prouocauimꝰ vos vt ad nostrum canticum bona opera faceretis τ noluistis. Lamentauimus et vos ad penitentiam prouocauimus nec hoc quidem facere voluistis. spernentes vtramqz predicationẽ. tam exhortationis ad virtutes q penitentie post peccata. hec hiero. Doctor vel pdicator cantat quãdoqz s. de virtutibus τ eternis gaudijs docet vel pdicat. τ tunc auditores extra vicia vt muniũ dũ saltare debent. qñqz lamentat qñcunqz s. vicia τ inferni dolores detestatur. τ tũc auditores plangere debent τ penitere. Spũaliter pueri sunt predicatores τ doctores pueri per cõuersationis humilitatem. per colũbinã simplicitatẽ. τ per vite puritatẽ sedentes in foro. qr venditores celestiũ. iudices aĩarum. τ pcones regulariũ preceptorũ. clamantes predicando coeqlibus fm capacitatẽ auditorum doctrinã cõtemplando canentes misericordiã pctorum. gratiã iustorum. gloriã beatorũ exprimendo. Triplex ergo canũt carmẽ. s. nuptiale pro vnione dei τ aĩe familiare p inhabitatiõe diuine presẽtie triumphale p cõsummatiõe victorie. τ nõ saltant mali saltu cõuersiõis quo ad primũ. saltu deuotiõis quo ad scdm. saltu cõtemplatiõis quo ad tertiũ. Lamentant ostẽdentes culpam multiplicem. miseriã p̃sentem. penam eternam. sed mali nõ plangunt planctu ꝯpunctiõis p culpa planctu cõpassiõis p miseria planctu orõnis pro pena. Deinde applicando similitudinẽ ad ꝓpositũ. subdit increpationis duplicẽ rationẽ. qr non crediderunt iohanni ad penitentiã exhortanti. nec saluatori ad misericordiam aduocanti. Nam nec pdicatio τ penitentia iohãnis eos ad luctũ τ penitentiã inflexit. nec pdicatio τ cõuictꝰ xpi eis placuit. sed remanserũt obstinati in peccatis vtriusqz pdicationem cõtemnendo. τ vtriusqz vitam in malũ interpretando (Venit enĩ iohãnes non mãducãs neqz bibens) i. in abstinentia maxima viuens. ille enĩ qui parum comedit dicit non comedere fm cõmunẽ modũ loquendi vel (non mãducans neqz bibens) delicata scz vl (non manducans) s. panẽ (neqz bibens) s. vinũ τ siceram. Scdm aug iohannes dictus est non mãducans neqz bibens. qr illo victu quo iudei vtebant nõ vtebatur. Ergo

Augustinus — dñs nisi vteret non i eiꝰ cõparatiõe manducãs τ bibẽs diceretur. Ecce vnus puerorum lamentantiũ i. ꝓphetarum ad penitẽtiã verbo τ exẽplo puocantiũ. τ tñ nõ credũt ei iudei. sz dicũt (demoniũ habet) q d more demonum non comedit neqz bibit. vel demoniacus et insanus est. austeritatem eius demoni attribuendo. demoniaci enim pñt multa agere τ pati que non possũt alij vel non est hic hõ a deo. ita rigidꝰ sibi τ alijs. cũ dominꝰ sit suauis τ mi-

tio (Venit filius hoīs) s. virginis. nō hoīm s. viri et mu-
lieris (mādu cans et bibens) s. in mundo et in publico cū
alijs hoībus. ⁊ cōmunē vitā īter hoīes ducēs. hoc em̄
facere debebat. quia mediator dei ⁊ hoīm erat ⁊ ideo talem
vitam debuit cōmuniter ducere. vt cōmuniter viuentes
ꝑ eū oēs accessum familiarē ad ipm̄ possent habere Ecce
vnus puerorū gaudentium. id est prophetarū leticiam p-
mittentium (⁊ tu dicūt pueri generationis ⁊ pharisei ma-
le interpretādo (Ecce homo) nil habens diuinū (vorax)
per auiditatē (potator vini) ꝑ cōsuetudinē (publicanoꝝ)
i. peccantium publice (et pctōꝝ) i. peccātiū occulte (ami-
cus) s. ꝑ malā societatē: cū illis manducās ⁊ bibēs quod
tū non faciebat vt eorum vicia amaret. sed magis vt sana-
ret. ⁊ eos alliciendo attraheret ⁊ ad pniām conuerteret.
Ipse em̄ hoīes attrahebat ⁊ victus conformitate. et sani-
tatis ostensione Vbi hiero. Si ergo ieiunium placet

Hiero.

vobis cur iohānes displicuit. Si saturitas vobis placet
cur non placet filius hominis. Quorum alterum demo-
nium habentē. alterū voratorē nūcupastis et ebriū. Hec
hiero. Ecce pessima lingua que ⁊ manducantes iudicat ⁊
non manducātes ⁊ ex vtraqʒ parte scandit. quia maledi-
cit deū ex homīes nec est em̄ q̄ se abscondat a furore eius
Abstinentia quidem iohānis fuit alijs exemplum auste-
ritatis et pnīe. manducatio vero xp̄i fuit alijs exemplum
condescensionis ⁊ miscōie. Per illos igitur qui vtrunqʒ
in malum interpretant significantur detractores bonos
actus aliorum nequiter deprauātes. Sunt nāqʒ quidaʒ
puersi istis similes dꝫ oībus male iudicātes. Dicūt enim
si quis studet et vacat humilitati qꝛ ypocrita est si patic ⁊
mansuetudini. timidus est si iusticie impatiens est si sim-
plicitati fatuus est. si prudentie maliciosus est. si maturi-
tati flegmaticus est si iocunditati dissolutus est si religio-
ni singularis est si societati secularis est si silentio et paci
melancolicus vel dissimulator est. si aliorum correctioni
turbator pacis et presumptuosus est si dissimulat negli-
gens est si instat vigilijs et orōnibus indiscretus ē si con-
muni dormitioni somnolētus est si ꝑdicationi ⁊ alioꝝ sa-
luti. appetitor laudis est. si desistit. remissꝰ ē si habet gra-
tiam hoīm adulator est si adulari renuit. superbus est. ⁊
similiter in multis alijs temere iudicāt. et q̄ bene fieri pn̄t
in malum interpretātur. Qui cum talibus habitat pōt di-
cere illud Job. Frater fui draconū ⁊ sociꝰ strucionū. Do-
minus ergo ⁊ p se ⁊ p iohēm conatꝰ ē iudeos in regnū in-

Crisostom⁹.

troducere ac si cuʒ ppha diceret. quid debui facere vinee
mee non feci Et scdm ciꝰ feci sicut faciunt venatores q̄
ꝑ duas vias ꝯtrarias alicui insidiantur vt si salit vt in alterā
incidat et capiatur. Misit em̄ iohēm cū vita austera venit
ipse cum cōi vita sed ipsi rēnuerunt. et vtrāqʒ viam salu-
tis respuerunt. quia nec cum iohāne lugere. nec cum xp̄o
gaudere voluerunt Istis iudeis similes sunt multi q̄ nec
flagellis nec beneficijs a malo reuocari vel ad bonum p-
uocari pn̄t ⁊ io cū superbis et puersis iudeis in fasciculis
simul colligati penas merito sustinebunt. Et licet xp̄us q̄
est sapientia dei patris sit predicto mō reprobatus a pha-
riseis et legisperitis. qui dei consilium et vite documentū
spreuerunt. tñ iustificatus. i. est cognitus ⁊ comprobatus
iustus (a filijs suis) i. discipulis et ab eis qui regnū celoꝝ
fidei iustificatione diripiunt qui sunt xp̄i per adoptionez
confitentes iustū sapie opus ac dei dispositionē ⁊ doctri-
nā. ¶ Deinde post cōem iudeorum increpationem quasi
noīatim increpat tres ciuitates galilee sitas in littore la-
ci genezareth quibus spāliter predicauerat ⁊ miracula fe-
cerat. nec tñ conuerti volebant (Tunc) em̄ s. postqʒ incre-
pauit iudeos in cōi et vidit eos obstinatos (cepit) in spā-
li (exprobrare) i. ad modum exprobrantis mala futura p-
dicere (ciuitatibus in quibus facte sunt plurime virtutes
eius) vt saltē in operū magnitudine et multitudine crede-
rent (qꝛ pniām nō egissent) q. d. ⁊ doctrinā audierūt ⁊ mi-
racula viderunt. ⁊ tñ credere noluerunt sʒ peiores genti-
bus remanserunt Exprobrat eis dn̄s ad correctionez et
cōminatur eis ve. i. eternā damnatiōem. ꝑdicēdo vētura
non optando mala. sicut ⁊ cum dr̄. maledicā illis q̄ male
dicent tibi. i. qui malefaciunt infligā eis penā maledictio
em̄ in scriptura nūqʒ est imꝑcatiua sed phetica. Vbi cris.

Criso.

Deplorat autem dn̄s ad nostrū exemplū. eo qꝛ effusio la-
crimarū ⁊ gemitus amarus super patientes insensibili-
tatē doloris non modicum antidotum est. ⁊ ad correctio-
nē patientium ⁊ ad remedium ingemiscentium in sup eos.
corporali quõ visus est ĩ carne. Ista autẽ visio non beatificat quia sic etiam eũ viderũt iudei ⁊ ĩfideles. Scđo ex visione corporali oritur in mente animalis visio qua ipse creditur filius dei Unde est illud. Quia vidisti me thoma scilꝫ oculo corporis credisti videndo me oculo fidei. Hec visio beata nõ est. sed hui⁹ beatitudinis mercatio q̃ meremur beatitudinem. Tercio ex visione fidei oritur visio qua xp̃s ipse videtur oculo intellectiue ꝯtẽplationis hec visio iam est aliqua beatitudinis pticipatio inde eñ videtur et gustatur qm̃ suauis est dñs Quarta visio qua ipse videtur sicuti est in lumine glorie. Hec visio btĩficat intellectum. quẽadmoduꝫ perfecta caritas btĩficat volũtatẽ nostrã (Et ecce tunc quidã legisperitus) peritia lr̃ali non intelligentia spũali. verba legis tenens. vim legis ignorãs (surrexit) vt melius audiretur. vel vt bon⁹ videretur (temptãs euꝫ) non vt addisceret sed vt reprehẽderet (et dicens. Magister quid faciẽdo vitã eternã possidebo) Magistrum vocat non dñm qr vult scire non seruire audire nõ obedire. Magistrũ vocat cui⁹ nõ vult esse discipulus. et significat laudatores sanctorum non imitatores. Et bene dicit (quid faciendo) quia non auditores legis sed factores iustificabuntur et non in sermone est regnum dei sed in virtute et dominus dixit ad eum (In lege) scilꝫ diuina (quid scriptum est. Quomõ legis) scꝫ de habendo vitam eternam hec lex diuina est lex legum de qua fiet interrogatio in examine districti iudicij secũdũ illud apostoli Qui in lege peccauerunt per legeꝫ iudicabuntur In hac ergo studere debemus vt de ea respondere possemus. sicut vir iustus de quo in psal dicitur. Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Sed vt ait hiero. (Hiero) tanq̃ maiora sint imperatoruꝫ scita. q̃ leges christi amamus euangelia contemnimus Secundum bedam. Iste (Beda.) temptando quesiuit de vita eterna si forte diceret aliq̃d contra moysen. et ideo christus per verba moysi respondendo confudit eum et per hoc ostendens q̃ derisores fidei catholice sunt confutendi per illud quod tenent in dicusse. s. iudei per scripturas hebreorum et saraceni per legem machometi (Ille) vero (respondens dixit) quod legerat sed nõdum impleuerat (Diliges dominum) quia per suam potentiam te creauit (deum) quia per suam sapientiam te docuit (tuum) quia per suam bonitatem se tuum fecit. Et sic te redemit (ex toto corde tuo) i. ex tota voluntate qr sicut ex corde oritur motus ad alias partes corporis ita voluntas mouet aĩe potentias (et ex tota aĩa tua) i. ex appetitu sensitiuo qui mouetur per voluntatem. Unde pars sensitiua põt hic intelligi per aĩaꝫ scđm quod scribitur in Geñ factus est homo in animam viuentem i. vt dicit glo. vitam aĩalem id est sensibilem corpori dentẽ (⁊ ex tota mente tua) i. ex toto intellectu. qui etiam mouetur per volũtatem ad assentiendum his que sunt fidei et ad meditandum de deo dilecto (et ex oĩbus viribus tuis) vel ex tota fortitudine seu virtute tua quod idem est per quod notantur potẽtie motiue et executiue. que etiam mouẽtur per voluntatem ad operãdũ (Maximus.) ex dilectione viriliter et non remisse Ubi maximus. Cũ hac igitur intentione trinã ad deũ dilectiõem lex pertrahat vt euellat nos a trina mundi habitudine qua respicitur ad possessiones. ad gl̃iam. ⁊ ad voluptates ĩ qua etiã temptatus est xp̃s. Sequitur (et proximum tuum) id est omnẽ hoĩem (sicut teipm̃) i. eo affectu quo teipm̃ vel ad qđ teipm̃ s. ad gratiam in pñti et ad gl̃iam in futuro vbi (Basilius) Basilius. Est igitur pmũ ⁊ precipuũ mandatum diuine dilectionis. secundũ autẽ pmi cõpletiuũ. et ab eo cõ (Crisostom⁹.) pletũ. quo cõmonemur diligere proximum vbi ⁊ Criso. Tu autem attende qualiter fere cũ eodẽ excessu postulat vtrumq; preceptum. De deo. n. ait toto corde tuo de proximo sicut teipsum. Quod si diligenter obseruaretur. nec seruus esset nec liber nec victor nec victus nec diues nec pauper nec notus vnq̃ esset diabolus. Potius em̃ palee ignis sustinerent immissionem. q̃ feruorẽ caritatis diabolus adeo cuncta superat dilectionis constantia vnde etiã gre (Grego.) Cum aũt dicat diliges pximũ sicut teipsum. quõ alteri miserendo pius est qui adhuc iniuste viuendo fit impius sibimetipsi. De hac materia habes latius infra s. feria tercia post palmas. (Dixit illi) dominus (Recte respondisti hoc fac) s. deũ ⁊ primũ diligendo et dicit fac. qr non sufficit diligere. nisi dilectio demonstretur in opere. quia probatio dilectionis exhibitio est operis (et viues) s. vita perpetua hec est eñ excellentior via eundi ad vitaꝫ eternam q. d. Hec dicis sed non facis et ideo ad vitam non vadis (Ille autem volens iustificare seipm̃ i. iustum ostendere scđm apparentiã putans se esse ante hominem. qui tm̃ videt exterius ⁊ non ante deũ qui videt interius dixit ad iesum (Et quis est meus proximus) In quo s. dilectione pximi vacuum se ostendit. qr proximum non nouit. Forsitan putabat q̃ xp̃s diceret iudeus est proximus tuus ⁊ tunc responderet deum ⁊ iudeum diligo. et sic appareret iustus (Suspiciẽs autem iesus i. sursum aspiciens iesus. proposuit ei parabolam de homine. qui descendens ab hierlm̃ in hiericho incidit in latrones. Ideo sursum aspexit. quia de rebus magnis locuturus erat vnde s. humanũ genus descenderat dum p pctm̃ cecidit Scđm aliquos est hic parabola. scđm alios est res gesta quia inter hierlm̃ et hiericho erat q̃dam solitudo vbi frequẽter homĩes transeuntes spoliabantur ⁊ occidebantur a latronibus desertum illud inhabitantibus Allegorice (homo) iste designat genus humanuꝫ q̃ in primis parentibus (descendebat ab hierlm̃) que visio pacis dicitur i. a paradiso ⁊ superne ac celestis beatitudinis pace et visione (in hiericho) que luna interpretatur et mutabilitatem significat i. in defectum et miseriã hui⁹ vite mutabilis et erronee. quia a contemplatione superne et vita pacifica quaꝫ in paradiso habuisset ad mutabilitatem huius exilij ⁊ terrene miserie per culpam corruit (et incidit in latrones) i. in ptãtes demonum seu in dyabolicas vel etiã humanas temptationes in quos nõ incidisset. nisi prius intus tumuisset. Uera est n. sententia dicens ante ruinã exaltatur cor (Qui eum dispoliauerũt) vestem innocentie ⁊ immutabilitatis seu immortalitatis per fraudulentiam auferendo Ueste innocentie suo stola prima amissa cognouit se esse nudum gloriaq; immortalitatis perdita pelliceum hoc est mortale sumpsit indumentum. Unde in signum mortalitatis induit deus primos parentes tunicas pelliceas que de mortuis sũt aĩalibus (et plagis) petõx (impositis) et illatis i. naturalib⁹ per peccatũ vulneraris et debilitatis (abierunt) non ab insidijs cessando sed eas occultando. primo n. sensibiliter ĩ specie serpentis diabolus decepit. sed post occulte et inuisibiliter temptauit (semiuiuo relicto) quia ⁊ si immortalitas põt auferri. ocul⁹ tñ rõnis remanet hominũ quo deus põt cognosci. vnde beda Semiuiuũ reliquerũt. qr (Beda) beatitudinem vite ĩmortalis exuere sed non sensũ rõnis abolere valuerunt. Ex qua n. parte sapere ⁊ cognoscere deum põt viuus est homo. ex qua vero pctĩs cõtabescit. et miseria deficit. mortuus idẽ letiferoq; ẽ vulnere fedatus vnde ⁊ Theoph. Ac semiuiuus dr̃ homo post pctm̃ (Theo.) quia aĩa immortalis ẽ. corpus vero mortale. ita vt medietas hominis succũbat. vnde aug. Semiuiuus. n. hr̃ vitalẽ (Aug.) motum i. liberũ arbitriũ vulneratũ quod ad eternã quã perdiderat redire non sufficiebat. Et iõ iacebat. qr vires eius pprie ad surgendum non sufficiebant vt ad sanandum medicũ. i. deum requireret Uel semiuiuũ reliquerunt. remanente vita nature non vita gratie scđm illud ap̃li viuo autem s. vita nature iam non ego s. vita culpe. viuit vero in me xp̃s s. vita gratie. Fecerat eñ deus homĩem ad imaginẽ suã scđm rõem. ad similitudinem. scđm dilectioneꝫ vt per vtrũq; deo adhereret. et inherendo btũs esset Sꝫ diabolus humane beatitudini inuidẽs ꝯtra duo bona p̃dicta. duo homini in originali intulit principalia mala. In eo nanq; q̃ factus erat ad imaginem seu scđm ratio=

nem vulnerauit eū per ignorantiam boni in eo vero q̄ factus est ad similitudinem dei scḋʒ dilectionē vulnerauit eum per ↄcupiscentiā mali. Hō ergo vulneratꝰ semiuiuus relictus est q2 ꝛ si in humana natura possit diuīa similitudo q̄ in dilectiōe est penitꝰ corrūpi. diuīa tñ ymago q̄ in ratiōe est non pōt penitus deleri. Quāuis .n. tanta malicia possit affici vt nil diligat bonū non tñ ignorātia tanta excecari pōt vt nil cognoscat veri (Sacerdos) autem (ꝛ leuita) descendentes (eadem via viso) spoliato ꝛ vulnerato preterierūt ꝛ vite p̄ris statū tunc sancte viuendo pertransierūt. sed hūmanū genꝰ per culpā vulneratū sanauerūt minime. q2 sacerdotiū legis ꝛ eius ministeriū pctā non curauerūt. sꝫ solū ostēderūt impossibile enī erat sanguine vitulorum ꝛ agnorū ꝛ hircorū auferri pctā hoim. Uel sacerdos ꝛ leuita intelliguntur lex et ꝓpheta que hoieꝫ non sanauerūt sed pctā ostēderūt ꝛ reprehenderūt (Samaritanꝰ vero iter faciēs) i. xp̄s qui aīas custodit per hūanitatē momēta vite huꝰ currens ꝓ nobis enī factus est hō in mūdo (venit secus euꝫ) id est vulneratū q2 in similitudine hoīm factus ꝛ hitu inuētꝰ est vt hō (ꝛ vidēs eū) oculo clemētie (mīa motꝰ ē) ex cōpassione (Et appropinquans) hoī vulnerato miseratio nis exhibitione (alligauit vulnera eius) q2 redarguens pctā cohibuit (ꝛ vinculis) gratie (ligauit infūdēs oleū) mitigatiuū. spem venie penitentibus promittendo (et vinum) pūgitiuū terrorem pene peccantibus incutiendo. Alligat ergo vulnera dū precipit penitētiā agite infundit oleum dum addit appropiquauit .n. regnū celoꝝ infundit vinū cum dicit oīs arbor que nō facit fructum bonuꝫ. excidetur ꝛ in ignem mittetur. Qua in re docuit nos dñs qualiter infirmus ꝛ ad penitētiā venientibꝰ mederi debeamus. Uulnera enī ligamus quādo peccatorem a pctō cessare iubemus. Oleum auteꝫ infundimus quādo misericorditer ꝛ blande cōsolando indulgentiaꝫ peccatori ꝓmittimus. Insuper ꝛ vinū infundimus qū aspere ꝛ austere increpando ieiunare ꝛ carnem macerare iubemus. Non sit igitur oleum sine vino neqꝫ vinū sine oleo. vnde grego.

Grego.

Miscenda ergo est leuitas cū seueritate faciēduꝫ est quoddā ex vtroqꝫ ꝯpamentū vt neqꝫ multa asperitate exulcerentur subditi neqꝫ nimia benignitate soluantur. vñ ꝛ bernar.

Bernar.

Semper punire ferocitatis est semꝑ parcere pusillamimitat[is] nec hoc nec illud eq̄tatis habere plus amaritudinis q̄ꝫ suauitatis damnabile est e conuerso cōmendabile vtrūqꝫ tolerabile (Et) leuans (illum in iumentū suū imposuit ac ducens in stabulum curam eius egit) Jumentū dr̄ hic caro xp̄i in qua ad nos venire dignatus est. Huic iumento sauciatum imposuit fidem incarnationis inspirando ꝛ pctā nr̄a in corpore suo sup lignū portando ꝛ iuxta aliam parabolā inuentā que errauerat ouē humeris suis impositā ad gregem reportando (Et duxit in stabulū) i. intra sanctam presenteꝫ eccl'iam collocauit vbi deposito onere pctōꝝ viator lassus reficitur ꝛ refectus salubri pascua reparatur Non domum sꝫ stabulū vocat quo nomīe fetores ꝛ miserias huiꝰ p̄ntis vite significat ne hō in hoc exilio tanq̄ꝫ in p̄ria gaudeat Et vt bonus medicus ꝛ necessarius (curam eiꝰ egit) q̄ꝫdiu ī hac vita cum eo fuit quia circa egrotum sollicitus fuit (Et altera die) post peractum ministerium redēptionis. i. post dñi resurrectionē que magis splēdet q̄ꝫ tēpus precedēs. prima ei dies fuit dies mortalitatis ꝛ passibilitatis altera dies fuit īmortalitat[is] ꝛ īpassibilitatis qñ splēdoꝛ lucis eterne mag[is] effulsit (ꝓtulit duos denarios) .i. duo testā in quibus ꝛ nomē ꝛ ymago regis eterni cōtinēturꝫ quoꝝ precio vulnera nostra curāt (ꝛ dedit stabulario) q2 distribuit vtriusqꝫ testamēti sciētiā ꝛ p̄dicandi gratiam ap̄lis quibꝰ sensū aperuit vt scripturas intelligerent ac prelatis ꝛ omnibus qui eccl'iam gubernare debent vt curam egroti agerēt ꝛ haberent. Qui ēt debet in hac cura aliquid superogare vt non solum ea q̄ in duobus testamentis continentur studeant predicare sed alia multa secūdū ea que scripta sunt laborent aliis p̄dicatione manifestare. Supererogat etiam q̄ sine sumptibus exemplo ap̄li predicat ꝛ ab eis quibus predicat sumptus non accipit. Item supererogat. qui non solum precepta sed etiam consilia implet vel p̄dicat in die autē iudicij cum dominꝰ redierit totū qḋ ꝓmiserat tanq̄ꝫ debitoꝛ reddet cum fideli seruo dicet quia super pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituam intra in gaudium domini tui. Quilibet ergo peccatoꝛ qui peccando mortaliter a deo qui est pax nostra tanq̄ꝫ ab hierusalē se auertit et ad hiericho. i. ad culpabilem defectum se conuertit et sic a bono incommutabili ad bonum cōmutabile descendit homine auteꝫ sic lapso in latrones ꝛ spoliato ac vulnerato ꝛ relicto quid aliud restat nisi flagitare vt samaritanꝰ ille id est custos animarum ihesus iter miserationis sue per nos faciet latrones fugitet spoliatos gratia restituat ꝛ vulnera nostra liget semiuiuos in integrum habilitet ꝛ sic demū in celestem hierusalem nos perducat. Moraliter per hierusalē status virtutis designaꝛ ꝛ ideo per hominē descendenteꝫ ab hierl'm in hiericho designatur peccatoꝛ descendens a statu iusticie in peccatum mortale qui incidens in latrones .i. demones spoliatur per eos gratuitis ꝛ vulneratur in naturalibus ac relinquitur semiuiuus quia tollitur ab eo vita gratie remanēte vita nature. Sacerdos ꝛ leuita transeuntes sunt mali ministri ecclesie samaritanus est confessoꝛ ꝛ predicatoꝛ motus ex caritate alligans vulnera sauciati per sanum consilium infūdens oleum misericordie ꝛ vinum iusticie ꝛ imponit illum in iumentum quia non solum mente prebet auxilium sed etiā prout potest corpore quod est anime iumētum ꝛ ducit in stabulum ꝛ domum ecclesie vbi datur pabulum verbi dei et sacramenti eucharistie. et altera die postq̄ꝫ duxit in stabulum protulit duos denarios per quos designatur gratia in presenti ꝛ gloria ī futuro ꝛ dedit stabulario id est dandos denunciauit bono curato faciendi debitū suum erga peccatorem sibi subditū ꝛ et curam peccatoris cōmendauit dicens (curam illius habe) debitum tuum exercendo (ꝛ quodcunqꝫ supererogaueris faciendo circa debitum aliquod bonū ad quod non teneris (reddam tibi) i. reddendū denuncio ꝓmittens ei vitam eternam pro salario. Et interrogatus legisperitus a domino quis predictoꝝ proximus fuisset ei, qui incidit in latrones respondit (Qui fecit misericordiam in illum) vbi Cyrillus. Neqꝫ enim sacerdos neqꝫ leuita factus fuit proximus patientis sed ille qui est eius misertus inutilis est .n. sacerdotii dignitas ꝛ legis scientia nisi per bona opera confirmetur. vnde et Beda iuxta litteram manifesta est domini sententia nullū nobis amplius q̄ꝫ qui miseratur esse proximum. Sic cui hierosolimite non sacerdos non leuita ex eadem gente. immo in eadem vrbe nati ꝛ nutriti. sed externe gentis accola quia magis misertus est factus est proximus. Deinde dominus ex legisperiti respōsione ꝛ confessiōe ostēdens omnem hominem misericordiam facientē esse proximuꝫ ꝛ specialiter ipsum dei filium conclusit dicēs (Uade) .i. de virtute in virtutem (ꝛ tu fac similiter) proximo sicut samaritanus fecit iudeo q̄ꝫ .i. omnem hominē etiaꝫ inimicum proximuꝫ reputes ꝛ et misericordiam affectu affatu ꝛ effectu impendendo necessitates eius subleues vt te proximum diligere sicut teipsum manifestes. vnde Crisostomꝰ quasi dicat. Si quem vides oppressum .ñ dicas vtiqꝫ nequā est sed siue sit gentilis siue iudeus. ꝛ ope indiget non cauilleris ius habet auxiliū q̄cūqꝫ mala fuerit passus. hec Criso. Ex responsione quoqꝫ legisperiti dominꝰ cōcludit q̄ ꝓpinquitas generis non facit proximum sed opus misericordie impensum ac si dicat ei. Tu ergo me dilige ꝛ in me vtrūqꝫ mandatū legis īplere stude quia sum deus ꝛ sum ille tuus proximus ꝛ quicquid vales in p̄ximi necessitate subleuanda vel corporali vel spirituali deuotos opare vt manifesteris proximus

Cyrilus.

Beda.

Crisostomꝰ.

Bernardus

esse vnde derisi. Utraqz teneo dilectionem dei et proximi cum te amo dñe iesu qui meus proximus es qm homo es et fecisti mecum miam hec bern. Ex vtraqz ergo domini conclusione legisperitus conuincitur quia xpm deum et hoiem primum non dilexit qui suscipiens carnē nostram p humanitatem factus ē nobis primus et tot misericordie opera impēdit vnde merito diligi debet. Ad dei eni dilectionem in nobis excitandā nutriendā et augendaz nichil ita valet sicut beneficiorz eius frequens et diligens consideratio. Magna est igitur mia que ignotis et extraneis nos primos facit magna est mia per quaz vita possidetur eterna. Ille quippe est proximus tibi cui miserēdo appropinquas qui vero nulli miseretur nullū primū habet. In illo ergo mandato diliges proximum tuum sicut teipsum dñs proximū intelligit omnē hoiem. hic autem eum qui implet legem naturalem vtqz facit alij qd sibi fieri

Ambrosius

vult vbi Ambro. Ergo qm nemo magis primus qz qui vulnera nostra curauit diligamus eum quasi dñm diligamus et eum quasi proximū. Nichil n tam proximū qz caput membris. Diligamus etiam eum qui imitator ē xpi diligamus eum qui inopie alterius corporis vnitate cōpatitur. Neqz n cognatio facit proximum sed misericordia quia misericordia scdm naturam est. Nichil eni tam scdm naturam qz iuuare consortē nature. hec ambro. Ad

Augustinus

hoc quoqz faciendum hortatur nos aug. dicens. Nūc cū in hac vita id est in hac via sumus inuicem onera nostra portemus vt ad eam vitam que caret omni onere peruenire possimus. Dilectionis officiū est inuicem onera nostra portare. Nichil sic probat amicum quēadmodū oneris amici portatio. Neqz vlla res officiosum istum laborem ad portanda onera aliorū facit libenter impendi nisi cogitemus quanta pro nobis ptulit dominus. Hinc admonens ait apls hoc sentite in vobis quod et in christo iesu. Huic cogitationi accedit etiam illa qr hoies sumus et egritudinē siue animi siue corporis quam in homine alio videmus etiam nos habere potuimus aut possumus. Hoc ergo exhibeamus ei cuius infirmitatem portare volumus quod ab illo vellemus nobis exhiberi si forte nos in eo essemus et ipse non esset. Ad hoc ptinet quod apls ait. Omnibus oia factus sum vt omnes lucrifacerē cogitādo s in eo vicio se esse potuisse vnde cupiebat alium liberare. Deinde etiam illud cogitando nullum esse hominē qui non possit habere aliquod bonū qd tu non habes et si lateat in quo sine dubio possit te esse superior vñ apls Nichil per cōtentionē neqz per inanē gloriā sz in humilitate mentis alter alterum existimantes superiorem sibi. Iste cogitatiōes deprimentes mentis supbiā acuentes caritatem faciunt onera fraterna inuicē nō solū equo aio

Grego.

sed etiam libentissime sustineri. Hec aug. vn̄ et greg. Si quisqz sua incōmoda que ab alijs portantur cōsiderat eaqz ab alijs sustinet leuius portat. Et iteruz Quia illa superna pacis visio ex scōrz ciuium cōgregatione construitur. scīm celestis vt ciuitas edificatur Que tñ in hac pegrinationis terra dum flagellis percutitur tribulatoib' tunditur eius lapides quotidie quadrantur. Que vscz ciuitas habet hic in scōrz motibus magnum iam edificium suum. In edificio quippe lapis lapidē portat et qui portat alterū portatur ab altero. Sic nunc in scta ecclia vnusqsqz et portat alterū et portatur ab altero. Nam vicissim se proximi tolerant vt per eos edificium caritatis surgat. Omne aūt pondus fabrice fundamentuz portat quia redēptor noster de quo paulus apls ait. Fundamentū aliud nemo ponere potest preter id quod est positum qd est christus iesus oia nostra tolerat sz in ipso malum non fuit qd tolerari debuisset. hec greg. Ex his verbis gregorij colligitur qr quanto plura quis pro deo portauerit tanto erit ipsi fundamento i iesu propinquior et quanto pauciora portauerit tanto erit ab ipso fundamēto remotior. Hec igit omnia bene considera et proximorum infirmitates ac defectus et onera non solum patienter sed etiam libenter p deo porta et tolera. vnde ansel. Quis bonis alterius arridet sanctis consentit qui vero inuidet dyabolus. Siqdem magis puto saluationem eius sperandā quī pacum boni facit et factis aliorum fauet qz qui multa et inuidet. Et iterum. Caritas que colligit viuificat omnia mēbra ecclesie cū nos viderit de alterius ruina gaudere statim nos precidit de corpore. Forte igitur nō dolem' d ruina proximorz nostrorū quia precisi sumus a corpore. Si eni ibi essemus sine dubio doleremus qr tādiu dolet mēbrū qdiu in corpore cōtinetur. Si aūt abscisuz fuerit non dolere poterit nec sentire. Ex his ergo pōt bō ppendere si ē membrū xpi. Et sicut dictuz est de compassiōe et cōgratulatione ita intellige de cōitate. qr in corpore hū ano vnuz membrū cōicat alteri indigenti suū officiū et cibuz quem recipit ita in corpore xpi quod est ecclia quilibet dz alteri cōicare grām diuinitus sibi datā ac cibum et etiā tpalia omia a deo recepta. Similiter intellige de cōsideratōe vt sicut membra inter se adunantur tanta amoris cōcordia vt nulla rōne inter se valeant dissentire occasione aliqua ita etiaz sit inter nos. Similiter intellige de supportatōe vt sicut vnum membrū supportat alteruz et sustinet lesionē pro curatione siue protectione alterius et si leditur ab alio sine vltione sustinet lesionem sic debet esse in nobis. Hec ansel.

Ansel.

Oratio

D Omine iesu xpe custodi nos descendentes de contemplatione ad actionem ne incidamus in latrones sensuū appetitus nec spoliemur gratuitis nec vulneremur in naturalibus. sacerdos et leuita superior et inferior portio rōnis non descendant eadem via consentiendo in pctm sz potius ascēdāt sursum. Samaritan' vero gra predestinatiōis secus nos appropiet nob vulnera petōrz liget infundens oleū spem veniet vinū timorē iusticie imponat i iumentū ordinādo rōnē supra sensualitatē ducat in stabulū in cōsideratione petōrū altera die resurrectionis det duos denarios stolā aie et corpis. Amē

¶ De pnīa marie magdalene. Ca. lx.

Post hec ascēdit iesus de galilea i iudeā vbi qdā (de phariseis) symon leprosus volēs se iustificare et de iusticia iactare rogauit dñz ihm (vt cum illo manducaret)

Lucez

Cuius tñ simulatā iusticiā benign' medicus non vituit sed magis curare voluit (et ingressus domū pharisei discubuit) Legitur aūt xpm mādūcasse cum publicanis et petōribus vt eos ad pnīaz prouocaret sicut qn̄ in domo mathei cū publicanis comedit. Item cum iustis eū diligentibus vt eoz amorē et deuotionē nutriret et augeret sicut dr de martha et maria. Item cum cognatis et pauperibus vt eorū inopiā suppleret sicut habet de nuptijs vbi aquā in vinum vertit. Item cum phariseis superbiētib' vt eorū supbiā repimeret et eorū vicia argueret sicut in hoc loco facit. Aliqn etiā humiliter et cū grarū actiōe cuz inuitabatur recipiebat pro loco et tpe ex paupertatis amore quia pauper erat et de hui' mundi suba parū habebat Non imerito talis et tantus hospes est inuitandus et cuz se inuitat libentius suscipiēdus. veniunt eni oia bona pariter cum illo. Audiens aūt hoc magdalena que iam forte ipm predicantē audierat tacta dolore cordis intrinsecus propter scelera sua et deeis plene et pfecte cōtrita amorisqz eius igne accēsa cum alabastro i. tali vase vnguenti perexit ad locum conuiuij. vt enim dicit beda alabastrū ē genus marmoris cādidi varijs coloribus intertincti qd ad vasa vnguentaria cauare solent eo qr optime seruare incorrupta dicatur. Iste phariseus qnqz in euangelio symon leprosus dicitur cuius lepra non sine causa memoratur. vnde cris. Non simpliciter autē lepre symonis meminit euangelista sz vt ostendat vt confidens accessit hec mulier quia enim lepra videbat valde imunda eē passio et abominabilis. vid it aūt qr iesus curauerat illum hoiez confidit qm et aie eius imundiciā facile expurgabit. hec

Beda

Crisost.

Criso. Et cum mulier ad locum puenisset facie inclina-
ta ꝛ oculis in terram demissis ante conuiuas transiens.
non quieuit donec ad ihm perueniret ꝛ tūc illico retro
ad pedes eius prostrata quia se anteponere nō audebat
pre peccatorū suorū verecundia ꝛ ꝑcumbens vultu sup
pedes ipsos cum quadā cōfidentia qꝛ iam incense ꝛ sup
omnia eum diligebat ꝛ in eius amore ardebat cepit for-
titer fletibus ꝛ singultibus abundare ac lacrimis largi-
ter decurrentibus pedes domini balneare ꝛ lauare. vñ
paret magnitudo cōtritionis ex qua lacrimas penitētie
sanguinem cordis fundens tantū fleuit ꝙ pedes viuus
hominis lauare potuerunt tandē a fletu cessans capillis
suis pedes iesu lotos extersit ꝛ amore crescente oscula-
batur eos sepe dulciter ꝛ amanter nec de hoc satiari po-
tuit. Et quia propter itinera squalidi ꝛ lassi erant eos
etiam vnguento precioso vngebat ad refrigeriū caloris
et mitigationem doloris ex labore itineris. Et hec qui-
dez que dicta sunt agebatur exterius que vero reuolue-
bat eius intentio multo feruentiora erant que solus de⁹
inspiciebat vnde gregori⁹ dicens. Indignitatez autem
suam ostendens stabat post tergum deiectis luminib⁹ ꝛ
effusa coma pedes amplectēs lacrimisq̄ꝫ eos perfundēs
rebus tristē animū ostēdebat veniā implorās hec greg.
In eo ergo ꝙ mulier retro stat deuotio ꝛ hūilitas agno
scitur in eo vero ꝙ lacrimis pedes rigat vera pnīa ꝛ cor
dis cōpunctio demōstrat. Et qm̄ eas dē lacrimas capil-
lis tergendo abscōdit ꝛ volet sese de illis non esse ondit
qui opera sua faciūt vt ab hoībus videant in osculo pacē
amorē ꝛ dilectionē mōstrabat. in vnguēto vero cordis in
tima blādimēta. ꝛ deuoti obsequij affectionē significa-
bat Per alabastrū pectus ꝛ cordis secretariū plenū fide
ꝛ caritate possum⁹ intelligere tale enī alabastrū huius-
modi vnguentū cōsueuit seruare vbi greg. Cogitāti mi
hi de penitētia marie flere magis libet ꝙ aliquid dicere
Cuius enī vel saxeū pect⁹ ille hui⁹ peccatricis mulieris
lacrime ad exemplū penitendi non emolliāt. cōsiderauit
namq̄ꝫ quid fecit ꝛ noluit moderari qd faceret. Sup cō-
uiuantes ingressa est non iussa venit inter epulas lacri-
mas obtulit. Discite qui dolore ardet ꝙ flere ꝛ inter epu
les non erubescit. Sed quia turpitudinis sue lacrimas
aspexit lauanda ad fontem misericordie cucurrit cōuiuā
tes nō erubuit. Namq̄ꝫ semetipsā grauiter erubescebat
intus nichil esse credidit qd verecūdaret foris. hec greg.
Mystice pedes dñici corporis sunt pauperes quia sunt
inferior pars corporis mystici per deiectiōez ꝛ cruci affi
xi per afflictionē. Diues ergo ꝛ peccator volēs obtinere
veniam i pñti ꝛ regni qd pauperum est gloriā in futuro dꝫ
secus pedes istos stare per familiaritatis exhibitionem
ꝛ amicicie acquisitionē lacrimis rigare per cōpassionem
capillis extergere squalorē paupertatis ꝛ refouere per
tpaliū que per capillos designātur cōicationē et miserie
reuelationē. osculū dare per affabilitatez ꝛ blandā allo-
cutionē fraternitatisq̄ꝫ amorem. vnguento vngere per
miserendi hilaritatē ꝛ cordis benigni dulcedinem ac cō
solationis suauitatem. Aliter enī scōm aug. non pñt diui
tes dicere cōpetēter pater nr̄ nisi se frēs pauperū cogno
scant. Sed heu multi faciūt his contraria ꝛ ergo cū pha
riseo nec gratiā merētur nec gloriam. Unde greg. Nos
ergo nos illa mulier expressit si toto corde ad dñm post
pctā redeamus si eius penitētie luctus imitemor Quid
autē vnguendo nisi bonus odor opinionis exprimit. Si
igitur recta opera agimus quib⁹ opinionis bone odore
ecclīaz respergimus quid aliud i dñi corpore nisi vnguē
tum fundim⁹. Contra pedes domini stetim⁹ cū in pctīs
positi eius itineribus renitebamur. Sed si ad veram pe
nitentiam post pctm̄ cōuertimur iam retro secus pedes
stamus. quia eius vestigia sequimur quē impugnabam⁹
Lacrimis mulier pedes rigat qd nos quoq̄ꝫ agimus si q̄
buslibet vltimis mēbris domini per cōpassiōis affectum
inclinamur. Capillis pedes domini tergimus qñ sanctis

eius quib⁹ ex caritate cōpatimur. etiā ex his que nobis
superfluūt miseremur. Osculatur mulier pedes quos ter
git qd nos quoq̄ꝫ agimus si studiose diligim⁹ quos ex ca
ritate cōtinemus. hec grego. Per hanc ergo mulierē pec
catricem ad dñi pedes accedentē significatur quelibet ꝑ
sona vere de peccatis penitens ꝛ cōtrita ad qd requirit
ꝙ sicut deuz offendit per culpam ita ei seruiat ꝑ peniten
tiam scḋz illud ap̄li. Sicut exhibuistis mēbra vr̄a seruire
immūdicie ꝛ iniquitati ad iniquitatē ita exhibete nūc ser
uire iusticie in sanctificationem ꝛ sic fecit mulier hec pe-
nitens. Unde greg. Liquet frēs ꝙ illicitis actibus prius
intenta vnguentum sibi pro odore sue carnis adhibuit.
Quod ergo sibi turpiter exhibuerat hoc iam deo lauda
biliter offerebat. Oculis terrena concupierat sed hos iā
per penitētiā cōterens flebat. Capillos ad cōpositiōez
vultus exhibuerat sed iam capillis lacrimas tergebat.
Ore superba dixerat sed pedes domini osculās hoc re-
dēptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oble
ctamenta tot in se inuenit olocausta. Conuertit ad nūe-
rum virtutum numerū criminū vt totū seruiret deo i pe
nitentia quicqd ex se deum contempserat in culpa. Hec
grego. Consimile inducit hiero. de beata paula. dicens
Cumq̄ꝫ a nobis crebrius moneretur vt parceret oculis
vt eos euangelice seruaret lectioni aiebat Turpēda est
facies quā contra dei preceptū purpuri ꝛ cerusa ꝛ stibio
depinxi. Affligendum est corpus quod multis vacauit
delicijs longus risus perpetuo conpensandus est fletu
Mollia lintheamina ꝛ serica preciosissima asperitate ci-
licij sunt commutanda. Que viro ꝛ seculi placui nunc
xp̄o placere desidero hec hiero. Hinc ergo habem⁹ quo
modo faciēda sit penitētia. In quo enī quis peccat in eo
dem per cōtrariū penitētiā agat Verbi grā Peccasti ni
mis potādo penitētiā age a potu abstinēdo. Qui nimis
comedisti vel preciosiora ieiuna ꝛ comede viliora. Et sic
de alijs suo mō. Cōspice igitur bene hanc mulierē ꝛ ei⁹
deuotionē ꝛ super his morose meditare quia factū hoc
sollenne fuit valde Conspice etiā dominū iesum ꝙ beni
gne eam suscipit ꝛ ꝙ patienter sustinet quicquid facit.
Cessat ꝛ quiescit a comedendo donec negotium comple
atur cessant ꝛ cōuiue ꝛ omnes sup hac nouitate mirā-
tur. Sꝫ (phariseus qui eū vocauerat) non tamē inuoca-
uerat qd melius fuisset fallaciter iustus ac de falsa ꝛ pu-
tatiua iusticia veraciter superbus nullaq̄ꝫ cōpassiōe na-
ture motus ꝛ sue fragilitatis oblitus de hoc murmurās
(ait intra se) cōtra suum hospitem murmurando dicens
(Hic si esset propheta) verus sciens occulta (sciret vtiq̄ꝫ
que) i persona (ꝛ qualis) in vita (est mulier que tāgit eū)
ꝛ per cōsequēs non permitteret se tangi ab ea (qꝛ pecca
trix est) ꝛ ideo vnguentū eius vitare deberet Egram re
prehēdit de egritudine que potius erat cōmendāda qꝛ
lāguoris sui remedium querebat apud tantum medicum
quez etiā reprehendit de subuentiōe de qua grārū actio
nes erant referēde ꝙ ipse quoq̄ꝫ de elatiōis vulnere egro
tabat ꝛ ideo nec medicum pro subuentione requirebat.
Nescis pharisee stulte. nescis nuper remundauit a lepra
quem modo non credis esse pphetā Et propheta quidez
est ꝛ optime scit qꝛ peccatrix est mulier que eum tangit
Ad hoc enim ipse venit. ad hoc ipse de celis descendit.
Non enī venit vocare iustos: sed peccatores ad penitē-
tiam hoc ipse testatur eius verba sunt hec. Nō horet er
go peccatores qui pro pctōribus factus est homo. Igit
scōm grego. Necesse semper est vt cum pctōres quosq̄ꝫ cō-
spicim⁹ nosmetipsos prius in illorum calamitate deflea
mus quia fuisse in similibus aut lapsi sum⁹ aut labi pos-
sumus si lapsi non sumus. Per istum phariseum qui chri
stum notauit de ignorantia ꝛ mulierem de immundi-
cia significatur ypocrita de falsa iusticia presumēs ꝛ ali-
os cōtemnens qꝛ scḋm grego. vera iusticia compassionez
habet. falsa vero indignationē. ꝑpter qd iste phariseus
arguitur de pietatis omissione in modicis respectiue.

Marginal notes: Grego. (beside "inspiciebat vnde gregori⁹"); Grego. (beside "modi vnguentū cōsueuit"); Augusti. (beside "tes dicere cōpetēter"); Grego. (beside "riseo nec gratiā"); Gregorius. (beside "nitens. Unde greg."); Hieronim⁹. (beside "Cumq̄ꝫ a nobis"); Gregorius. (beside "go peccatores qui pro pctōribus"); Gregorius. (beside "habet. falsa vero indignationē").

et mulier cõmendatur de maioribus valde. Unde dominus iesus non verba pharisei audiens. sed cogitationes inspiciens respondit cogitationi eius ad confutationem illius per hoc enim q ad eius respondit cogitationem que soli deo est nota ostendit se plus q̃ prophetam et dñm prophetarũ et proposuit ei parabolã de duobus debitoribus vt conuenientius concludat contra eũ ex responsiõe ipsius. Cum enim de sua sententia phariseus conuincitur quasi frenetic⁹ funẽ portat cum quo ligetur. Isti duo debitores erant maria deo debitrix quingentorum denariorum et phariseus quinquaginta debebat. quia minus se peccasse credebat et iõ maria plus diligere debebat quia maiorẽ remissionem acceperat. et plus diligebat. iõ maiora obsequia xp̄o prebebat. Exemplo igitur debitorũ et feneratoris conuincit pharizeum q hec mulier esset grã diuini amoris iustificanda et dignior amaritudine petã sibi remitti. que plura grata deo obtulit in hoc facto. q̃ superbus phariseus in conuiuando quia amor in humanis plerũqz causatur ex donis precedentibus et p consequens maior amor ex donis maioribus. Unde dñs enumerans bona peccatricis et mala falsi iusti redarguit phariseum ex defectu triplici pietatis quia nõ dedit aquã pedibus suis qui tñ erant fessi et dolẽtes et labore itineris ac lutosi seu pulverizati eo q incedebat sine calciamentis. Unde Titus q d facilis est vsus aquarũ nõ est facilis lacrimarũ effusio. tu promptis non es vsus. hec effudit non promptalauans lacrimis pedes meos lauit lacrimas proprias. Secũdo redarguit ex defectu caritatis. quia non dedit ei osculum quod est signum amicicie et dilectõis. Tertio ex defectu hilaritatis que designatur in no e olei. quo non vnxit caput eius. tria enim predicta faciebant olim suis hospitibus qui primo dabant osculũ in signũ securitatis: deinde lauabãt pedes propter laborẽ itineris: postea vngebant caput vnguẽtis refrigeratiuis contra estũ caloris. Et p̄dcã tria. s. caritas: pietas: et hilaritas requirũtur in hospitalitate vera et graciosa ex qua ad obsequium magis tenebatur phariseus q̃ mulier superueniens ab extra. Unde considera q prefertur hic deuotum obsequiũ largitioni cibi et potus quos credibile est pharizeum in domo sua dño pbuisse Hinc potest elici argumentũ q cũ suscipitur q̃s hospitio magis meritoriũ est ei benigne ministrare q̃ ipsum cibũ et potum exhibere. Et e conuerso laudat dominus mulierem de triplici perfectione defectib⁹ pharisei opposita prout clare patet in littera. Ex factis ergo mulieris apparet q dñm multũ dilexit et iõ veniã reportãs iustificata fuit propter q̃d ex petis multis sibi dimissis magis in amore eius exarsit. Unde volens dñs monstrare q oĩa in dilectione cõsummant dixit symoni (Propter quod dico tibi remittũtur ei petã mlta quoniã dilexit multũ) caritas enĩ operit multitudinem peccatorum. Et tu plurimum dilige vt tibi pluriũ remittatur. Unde crisostomus. Nam q vehementer se ingesserit malis. rursus et bonis vehementer insistent conscij ad quot debita se obligauerunt (Cui autem minus dimittitur minus diligit) vt scz tu pharisee. Sed non superbias si in paucioribus teneris quia tu quoqz venia eges nullus enĩ põt per semetipsũ a debito peccati liberari nisi diuina gratia veniam cõsequatur. Igit vt ait criso. opus est nobis fructu aĩa quia nichil impedit hoĩem fieri magnũ. Nullus ergo constitutorũ in petis desperet neqz virtuosus dormitet. Nec hic confidat sepe enĩ meretrix precedet eum nec ille diffidat possibile namqz est eum etiam primos superare hec criso. Ait grego. Quid fratres mei esse dilectionẽ credimus nisi ignẽ. Et quid culpã nisi rubiginẽ. Unde dicit (remittũtur ei peccata multa quia dilexit multũ) Incẽdit plane peccati rubiginẽ quia ardet valde per amoris ignẽ. Et si durũ est valde quod decoquitur abũdat tñ amoris igne quo etiã dura consumant. Tanto namqz amplius peccati rubigo consumitur. quanto peccatoris cor magno caritatis igne concrematur. Ubi augusti. Hic mul-

Crisostom⁹. Crisostom⁹. Gregorius. Augustinus

ta cõmisit et multorum debitor factus est ille gubernante deo pauca commisit. Cui deputat ille quod dimisit huic et iste deputet q̃d nõ cõmisit. Nullum est enĩ peccatum q̃d facit hõ q̃d non posset facere et alter homo si deesset rector a quo factus est hõ. Unde et bern. Quis non videat q sicut in multa petã cecidi sic et in multa alia cecidissem nisi omĩpotentis pietas seruasset. Fateor et fatebor nisi q dñs adiuuit me paulominus habitasset in inferno aĩa mea videlicz cecidisset in omne petm̃ aĩa mea. ¶ Mystice feuerator iste deũ significat qui pro culpa penã et pro donis grãrũ meritum bonorũ exigit. Debitores dici pñt maria et phariseus q̃tum ad ppositum. vel pp̄ls gentiũ et iudaicus vel peccator notorius et occultus. vel cleric⁹ et laycus. et sic duo debitores sunt duo populi vel duo status petõr. primi debent quingentos denarios q plus peccant. scdi quinquaginta quia minus. Sed nõ hñt vñ reddãt q nullus p̄dictorũ põt absolui p̄prijs viribus absqz grã et iõ donat vtrisqz i donũ q̃tuñ dat per q̃d eis debitũ dimittit non enĩ sine dono dei gratuito fit culpe remissio (Dixit aũt dñs ad mulierem remittunt tibi peccata) s nõ solum q̃tum ad reatum et culpã sed etiã q̃tum ad reatus penã et hoc fit ex vehemẽti amore dei et horrore peccati preteriti. O felix maria cui tot dant munera. Nã primo datur ei peccatorum remissio vt hic dr̃ scdõ fit spũaliter familiaris dño. vt in sequenti capitulo subditur. tertio fit ei dñice resurrectionis prima apparitio prout infra de resurrectiõe dñi narratur. Et accũbentes simul cum dño (dicebant intra se) in corde suo. (Quis est hic qui etiam peccata dimittit) Hoc dicebãt quia humanitatẽ exterius apparentẽ que nõ potest peccata dimittere tm̃ videbant. Sed dñs cogitationes eorum paruipendens dixit ad mulierem (Fides tua) id est a deo tibi infusa (te saluã fecit) q ista fides caritate formata fuit et ideo habentẽ dignum vita eterna fecit. Scdm greg. Fides eam saluã fecit q hoc q̃d petiit posse accipere non dubitauit. Spem enĩ iam ab illo acceperat a quo salutem querebat (Uade in pace) id est in quiete et cessatiõe a vicijs nõ discordando a gratia tui amoris. In pace ire precipitur vt in veritatis itinere perseueret et ab eo in via scandali vlterius nõ declinet. Unde Theophilus. Postq̃ autẽ ei peccata dimisit non sistit in remissione peccati sed adijcit operationẽ boni. Unde subditur. (Uade in pace) id est in iusticia. Nam iusticia est pax hoĩs ad deum sicut peccatũ est inimicitia inter deũ et hoĩem. Quasi diceret. Operare oĩa que ad pacem dei te ducunt. hec theophilus. In hoc ergo q dicitur (vade in pace) notatur q tña iuit sollicite per bona opera et q ipa habuit pacẽ in cõsciẽtia. O verbũ delectabile et suaue q̃ libenter id magdalena audiuit et q̃ iocunde recessit et perfecte ad deum cõuersa deinceps honeste et sancte vixit ac dño iesu et matri eius perseueranter adhesit. Et bene ait in pace post remissionẽ peccatorũ q iustificatis est pax cum cõscientia non remordet sed nõ est pax impiis et existentibus in peccatis. Hic habes aperte q caritas reformat pacẽ inter deum et peccatorẽ. vnde et beatus petrus dicit q caritas operit multitudinẽ peccatorũ. Sine qua profecto impossibile est placere deo cum qua sine dubio placet quicũqz. et ideo hanc precipue debemus deo referre vñ Amb. Quoniam nichil est q̃d digne referre deo possumus quid enĩ referamus pro suscepte carnis iniuria Quid pro verberibus Quid pro cruce. obitu sepultura. Ue michi si non dilexero Audeo dicere nõ reddidit petrus et ideo plus dilexit. Non reddidit paulus. Reddidit quidẽ mortem pro morte sed alia non reddidit q multum debebat reddamus licet crucem p cruce funus pro funere. nunquid reddimus quia ex ipso et p ipsum et in ipso habemus omnia. reddamus ergo amorem pro debito. caritatem pro munere gratiam pro sanguinis precio. Plus enim diligit cui donatur amplius Hec ambrosius. Nemo ergo desperet nemo de dei mi-

Bern. Grego. Theop. Amb.

sericordia diffidat. Clemens est dominus qui ex corde cōuersis tam facile miseretur Uisi q̄d cōfessio ⁊ lacrime possunt vide q̄d fides ⁊ dilectio operatur. Paruo tēporis spatio iustificata est mulier ⁊ ab omni pctō mūdata q̄ vniuersis vicijs plena ⁊ tam peccatrix fuerat vt eam pharise⁹ videre dedignaretur. Hanc igitur imitans peccator pctā nunc defleat vt eius lacrimas q̄nq̄z deus abstergat. Nā vt ait berna. Felices lacrime quas benigna manus cōditoris absterget ⁊ beati oculi qui in talib⁹ liquefieri fletibus elegerūt q̄ȝ eleuari in superbia q̄ȝ omne sublime videre q̄ȝ auaricie petulantie famulari. Unde ⁊ criso. Sicut autem vbi vehemēs ymber prumpit fit serenitas sic lacrimis effusis apparet trāquillitas et perit caligo reatum. Et sicut per aquam ⁊ spm̄ purgamur sic per lacrimas ⁊ cōfessionem denuo mūdamur. vbi ansel. Jam nunc ingredere domū pharisei recumbentē ibi dn̄z tuum attēde accede cum benignissima peccatrice ad pedes eius. laua lacrimis: terge capillis: demulce osculis: foue vnguentis. Nonne iam sacro licoris illius odore perfunderis. Si tibi adhuc suos negat pedes. insta. ora. et grauidos lacrimis oculos attolle tuisq̄z suspirijs inenarrabilibusq̄z gemitibus extorque quod petis luctare cum eo sicut iacob vt ipse se gaudeat superari. Uidebitur tibi aliquando q̄ꝛ auertat oculos q̄ꝛ aures claudat q̄ꝛ desideratos pedes abscondit. Tu nichilominus insta oportune importuneq̄z clama vsq̄z quo clamabo et non exaudies. Redde michi iesu bone leticiam salutaris tui quia tibi dixit cor meum quesiui faciem tuam. faciem tuam requirem. Hec anselmus. Nullus ergo peccator debet de clementia dei desperare quia presto est cunctis debita relaxare ⁊ penitentes ad regnū celorum reuocare. Jllud deus per manacen regē ysrael olim prefigurauit quem ꝓpter penitentiā ad gratiā reuocauit. Manasses insultis deū offenderat ysaiam qui euz de peccatis suis redarguit cum serra lignea per mediū desecari fecit ⁊ tot prophetas ipsum arguentes trucidauit q̄ꝛ plateas hierusalem sanguine ꝓphetarum purpurauit. Tandem ab hostibus est captus ⁊ in exilium deductus carceri deputatus vbi cepit penitere ⁊ ex corde scelera sua deflere. Et cum lacrimis orauit dominū dicens. Peccaui domine super numerū arene maris ⁊ iam non sum dignus vide⁊ celi altitudinem ꝓpter iniquitatū mearū mltitudinem Misertus dn̄s penitentiā eius acceptauit. Nam de captiuitate eū liberauit ⁊ in regnū suū in hierlm reuocauit. Per hunc peccator designatur qui ꝓphetas domini ipsuz arguēres cruciat q̄n predicatores ⁊ doctores audire recusat. Et q̄ȝdiu talis perseuerat in pctō mortali tamdiu est in captiuitate dyaboli Si autem ex corde egerit penitentiam deus paratus est eum suscipere ad gratiam. Hoc idem prefiguratum fuit in rege dauid qui adulteriū ⁊ homicidium perpetrauit. Cumq̄z redargutus a nathan peccaui diceret. statim nathan respondit. dominus trāstulit peccatū tuum. i. dimisit O q̄ȝ magna est pietas dn̄i ⁊ q̄ȝ ineffabilis qui nullū penitentem despicit cuiuscūq̄z conditiōis Non ergo ꝓpter imanitatez pctōꝝ nostroꝝ desperem⁹ q̄ꝛ diuersos testes diuine misericordie habem⁹ Neq̄z vltra pctīs seruiam⁹ q̄ꝛ magnā dignitatez amittūt miseri hoīes seruiendo pctīs quodā modo carnis voluptates ⁊ cōcupias quidā aspirādo ad honores ⁊ excellentias q̄dam pertinaci studio querētes mūdi facultates ⁊ diuitias. Et q̄ꝛ pauci sunt hodie qui istum trinariū nephandū non sequāt certe miseri merito dicitur quia illis rebus que eis deberēt seruire ⁊ obsequi seruiūt ⁊ obsequūtur. Tales proculdubio se viles ostendunt nō nobiles non dn̄os s̄z potius gartiones ⁊ seruos Exemplū de diogene de quo legitur q̄ꝛ cū quadā vice ratione sue eminentis scientie ⁊ sapiētie impator eū visitaret ph̄us ei assurgere noluit quod vidēs impator iracūdia motus retrocessit venerūtq̄z serui eius ⁊ dixerūt ad eum. Dn̄e quare sic agere voluisti. Non modicū te impator honorabat quia te pauperē talis ac tantus visitabat tu vero ecōuerso ipsum inhonorasti quia ei assurgere noluisti. Quibus respōdit. Non decet dignitatē meā vt seruo serui mei reuerentiā faciam. Seruit iste seruo meo scȝ mūdo qui michi seruit eo factus est vt m̄ seruiat Jgit non decuit me signū alicui⁹ reuerentie sibi exhibere Nā dominabat iste mūdo ⁊ impabat bene nature sue dignitatem ⁊ presidentiā obseruabat. Oratio

O Jesu bone spes penitentiū qui marie peccatrici ad tuos pedes flenti ⁊ eos lacrimis riganti capillis tergēti: labijs osculāti: pietatis signū a penens peccatorūz veniam tribuisti ne despicias iesu misericors me peccatorē ad clemētie tue vestigia prouolutū. rigantem lacrimis intime compunctiōis osculantem labijs deuote orationis ⁊ fac me audire vocē tuam pietate ⁊ clementia suauitate ⁊ misericordia plenā quā audire meruit ⁊ ipa vt dimittātur michi pctā mea mlta per tuam gratiā ⁊ ipsius merita. Amen

De ministerio marthe ⁊ ocio marie. lxi.

Et post hec quadā vice (intrauit iesus in quoddā castellū) Bethaniam que interpretat dom⁹ obediētie p q̄ð signatū est q̄ꝛ libenter intrat dn̄s domū consciētie vbi ei obeditur deuote. Et venit ad domū marthe ⁊ marie ad illam enī domū frequenter diuertebat ⁊ secure ꝓpter specialem ibi habitantiū amicitiam ⁊ deuotionem. S̄z marthe domus hic appellat cum dr̄ (⁊ mulier quedam martha nomine excepit illū in domū suam) quia maior natu erat et curā domus habebat At ille sorores toto affectu iesum diligentes reuerenter ⁊ alacriter eum susceperunt de tanti hospitis aduentu gaudētes. Et martha quidem se incontinenti ad refectionem domino ⁊ discipulis suis procurandam parauit ⁊ in ministerio laborauit vt eis conuenienter prouideret maria vero ad pedes domini se posuit vt diligentiam assiduitatē solertiā erga auditionē ostenderet ⁊ multam reuerentiam quam ad dominū habebat. Jlla stabat ⁊ satagebat vt pasceret dominum cibo vtiq̄z corporali hec sedebat ⁊ audiebat vt pasceretur a domino suo cibo spirituali. Sane quāto melior est anima corpore tanto dulcior est cibus spūalis in mente q̄ȝ carnalis in ventre. Ut autem dicit augusti. Quanto humilius sedebat tanto amplius capiebat confluit enī aqua ad humilitatem cōuallis denatat de tumoribus collis Et cū domin⁹ more suo nolens stare ociosus verba vite loqueretur et erne per hoc dans exemplū discipulis vt cū recipiuntur in domib⁹ suscip iētes repleāt sacris doctrinis maria oculis ⁊ auribus in eum intenta speciosissimā faciem eius cōtemplabatur ⁊ in eius suaui sermone reficiebatur ⁊ vltra q̄ȝ dici possit in aspectu et verbis eius iocundabatur nec quicq̄ȝ aliud cogitabat s̄z tm̄ dulcedini verbi diuini ⁊ operib⁹ vite cōtemplatiue intenta erat ⁊ de illa mensa domini opulenta micas de verbo domini colligebat. Martha vero in operib⁹ vite actiue occupata stetit ⁊ substitit quasi fatigata ⁊ fessa labore ministerij cessans aliquantulum ⁊ moleste ferens q̄ꝛ ipsa sola in necessitatib⁹ domus laboraret soror vero eius ocio ⁊ quieti vacaret ⁊ domino hoc permittente cōquerens postulauit ab eo vt ad laborandum secum in ministerio ⁊ iuuandū illam compelleret sed contrariam sententiam reportauit. Maria autez martham adiuuat consilijs opera eius dirigendo ⁊ suffragijs pro ipsa orando. Ecce q̄ꝛ sorores iste nec seruum nec ancillam habebant qui eis seruirēt nec dominus coquum vel ostiariū qui ei⁹ cōmodo ꝓuiderēt ex q̄ habes argumētū cōtra superbiā presertim ꝑlatoꝝ. Martha de sorore conquerens ex illoꝝ ꝑsona loquitur q̄ adhuc diuine cōtēplatiōs ignari solū q̄ð didicerūt fraterne dilectionis opus deo placitum ducūt ideoq̄z cunctos q̄ xp̄o per ꝯtēplationē de-

Margin notes: Bernar. — Criso. — Ansel. — Luce. x. — Augustinus

noti esse volunt huic mancipandos autumant. Hanc ignarorum obiectionē soluit hiero. in epla in qua inuitat nobilem et diuitē matronā ad heremum dicens. Qū finem habebit ista seruitus imperfecta. Nunquid nō habet dñs vñ alet pauperes nisi per te. Inuenit aūt maria accusata tripliciter s. a phariseo de psumptione et temeritate. eo q peccatrix xpm recumbentē tetigit. A iuda de prodigalitate eo q preciosum vnguentū effudit ac caput et pedes dñi vnxit. A sorore de ociositate sicut patet hic. et vbiqz maria tanq̄ patiens tacuit et xps semp pro ipa respondit et eā excusauit ostēdens phariseo q factū marie non erat psumptiōis sz deuotiōis. ostēdens q̄z iude et aliis discipulis q illa effusio vnguēti nō erat pdigalitatis sz pietatis. ostēdens etiā sorori q sessio marie nō erat ociosa sed melioribus actibus occupata. Maria autē q̄ in verbis dñi quiescebat et mira suauitate tenebat ad clamorē sororis quasi a somno euigilans de q̄ete sua timuit et facie inclinata in terra siluit ac cām suam tanq̄ ociosa iudici cōmisit non parans respōdendi sermones ne remitteret vel interrūperet audiendi intentionē. Et dñs excusādo mariā dixit ad martham (Martha martha) repetitio nominis signū est dilectiōis vel monende intentiōis vt sez audiret intentius (sollicita es et turbaris erga plurima) sc. circa multa es occupata. opera enī vite actiue sollicitudinē et distractionem mentis inducunt et frequenter perturbationē ingerunt. Si ergo vis cum leticia viuere noli multa agere qz in multis actiōib⁹ minor eris. (Porro vnum est necessarium) s. deo iugiter inherere. fm illō vnam petij a dño hanc requirā. &c. Vel (vnum) s. ipse deus q vnus est pre oībus q̄rendus. vel (vnū) i. vnitas mētis ad deū. qz per vitā ꝯtemplatiuā mens adheret deo q̄ est simpliciter vnus sicut ecōtra p vitā actiuā intēdendo creaturis que multe sunt aīa diuidit et per multa distrahitur. Et tñ multa sunt necessaria tendentibus ad vnum qd oībus est p̄ferendū (Maria optimā partē elegit) securā et digniorē. q. d. Non tu malam sz illa meliorē. Ne ergo cōqueraris de ocio sororis qz maior est q̄ recumbit q̄z qui ministrat. Sed quō di optima cū eā tñ sit consecutura in patria. Sed et illā optimitatē dulcedinis et iocunditatis patrie iam hic pregustauit nō sicut in futuro apprehendit. Non tñ reprehendit pars marthe qz et ipsa est bona sed laudat pars marie qz optima cui⁹ cām subiungit qz (nō auferetur ab ea) hoc eī elegit qd sp manebit. In hac vita incipit et augetur in alia vita plenius pficietur qz qd nunc videt per speculū et in enigmate tunc videbit facie ad faciē et amoris ignis q̄ hic ardere inchoat cum ipm quē amat viderit in amorē amplius iardescet. Caritas nunq̄ excidit. qz vna et eadem caritas hic et in patria remanet. Ignis est in syon et caminus in hierusalē. ista et cōtemplatiua eadem est hic et in patria sed hic iocunditas mentis est semiplena et ibi erit perfecta. Non ergo cōtemplatiua auferet q̄ subtracta p̄ntis seculi lucta perficiet. actiua vero sicut et fides euacuabit quoqz et auferetur qz in eterna patria nō erunt opera pietatis necessaria in qbus ipa exercet. Maria ergo p dñi excusationem excusata deinde securi⁹ sedit et iocūdius quieuit. vñ aug. Dñs pro maria rñdit marthe et ipe eius factus est aduocatus q iudex fuerat interpellatus. Que suā interpellanti rñdit et susceptā defendit. Intenta erat martha quomō pasceret dñm. intenta maria quō pasceretur a domino. A martha conuiuiū dño parabatur in cuius conuiuio iā maria iocundabatur. Mira enī suauitate tenebatur que profecto est maior mentis q̄ ventris. Excusata est sedit securior. Non ergo dñs opus reprehendit sed munus distinxit. vna est theorica id est cōtemplatio dei cui merito vniuersa virtutū studia postponūt. vnde et amb. Agat te sicut mariam desiderium sapientie. hoc enī maius hoc perfectius opus. Nec ministerij cura a cognitione verbi celestis te auertat. Nec arguas eos et ociosos iudices q̄s videas studere sapientie. Nec martha tñ in bono ministerio reprehenditur sed maria q meliorem partem sibi elegerit auferetur. Jesus enim multis abundat et multa largitur et ideo sapientior quod principale aduertit elegit. Deniqz apostoli optimum nō putauerūt relinquere dei verbum et ministrare mensis. hec ambro. Itaqz marie pars s. cōtemplationis ocium marthe ministerio prelata est qz dignior sz angelorū cōuersationi vicinior. et qz securior et quia quietior et qz iocundior. et quia diuturnior. quia (nō auferetur) Illa vero periculosior propter lutum et puluerem pedibus actiuorum adherentē. et laboriosior ppter sollicitudinē et occupationem proximis tñ vtilior propter subuentionē et edificationem. Actiua autē quedā est prelationis et predicationis. quedam ministerij et vite cōmunis. Sicubi ergo legit actiuā preferri contemplatiue intelligendū est de actiua prelationis et predicatiōis. in aliquo enī excedit actiua contemplatiuā et in aliquo excedit per illam. ¶ Ubi sciendum q distinguitur duplex actio a doctoribus. Una que consistit in exercitio virtutū moralium et ista disponit ad cōtemplationē. Vñ greg. Qui ꝯtemplationis arcem tenere desiderant necesse est vt prius in campo actionis se pbent. Sedatis enim passionum tumultibus per exercitiū virtutum moralium disponitur anima vt libere possit eleuari in contemplationē virtutis ex quo patet q talis actio ordinatur ad contemplationem sicut ad finem. finis aūt melior est his que sunt ad finem. Et ideo de tali actione concedunt omnes q contemplatio est melior. Alia autē actio est que sequitur contemplationē procedens ex plenitudine contemplationis sicut est docere et in regimīe animarum laborare et hmōi opera facere. et de tali actione dicunt aliqui q est melior ipa cōtemplatione. et de ista actione non loquitur hic christus vt patet intuentibus. Alij vero dicunt q etiā in ista actione contemplatio melior est. quia id qd simpliciter preeligitur videtur esse melius absolute q̄z id quod preeligitur in casu sed contemplatio est per se eligenda. cura aūt aīarū in casu necessitatis fraterne est suscipienda. vnde aug. Ocium sanctum querit caritas negociū iustum suscipit necessitas caritatis quam sarcinam si nullus imponit intuende veritati vacādum est si autem imponitur suscipienda est propter caritatis necessitatem. hec aug. He due sorores domino dilecte scilicet martha et maria duas vitas demonstrant spirituales quibus presens exercetur ecclesia martha actiuam qua proximo in caritate associamur maria cōtemplatiuam qua in dei amore suspiramus vnde non maria sed martha xpm suscepisse dicitur in domo sua. Maria eī non habet domū qz vita contemplatiua omnem huius seculi spreuit habere possessionem. Sufficit ei ad pedes domini sedere et verbum dei semper audire ac mentem potius q̄z ventrem nutrire. Sufficit ei remotis omnibus curis et sollicitudinibus lectioni et orationi assidue insistere et in dei contemplatione vacare crebis q̄z lacrimarum cōpunctione pro peccatorum remissione et eterne vite susceptione dulcissime suspirare. Tales enim pphete fuerunt. Tales et apostoli. Tales et multi alij omnia relinquentes mundum fugientes domino adherentes. tanq̄ nichil habentes et omnia possidentes. Actiua vero vita dicit qz semper in actu semper in fatigatione et labore est et vix aliqñ in quiete pōt esse. Vñ hic de martha dicit qz (satagebat circa frequens ministerium) Videm⁹ enī multos ecclesiarum prepositos et ministros ac multos alios sollicite discurrere laborare estuare et multis modis fratrū et proximorum necessitatibus et inīie operibus insudare vt eos quoqz immerito circa frequēs ministerium satagere dicamus. Et ideo maria sedet qz contemplatiua pacatis viciorum tumultibus optata iam in xpo quiete mentis pfruitur. Martha vero stat qz actiua laboriosa desudat in certamine vñ aug. Remāserūt ergo in illa domo que susceperat dñm in duabus feminis due vite ambe innocentes ambe laudabiles. Una laborio-

Hieronim⁹.

Augustinus

Ambrosius.

Grego.

Augu.

Augu.

sa altera ociosa nulla facinorosa quam cauere debet laboriosa nulla desidiosa quam cauere debet ociosa. Erat ergo in domo illa due vite et ipse fons vite. hec augustinus. Hee autem mulieres prudentissime totius ecclesiastici exercitus duces et principes sunt has cetera turba sequitur. alij post martham. alij post mariam vadunt. Nulli enim celestem illam patriam ingrediuntur nisi quod hanc vel illam sequitur. Sed in his necesse est vt vnusquisque vires suas consideret et ad quod opus aptior sit. Si ei ad contemplationem sit habilior et ad orandum deuotior ture se transferat ad heremum pro se et alijs oraturus nec sic abscondit talentum in terra sed in domino licet non predicet quia talentum orationis et deuotionis in quo amplius valet et meliorem se semper omnibus erogat nec piger dici debet quod totus in sancta deuotione et oratione: ieiunijs et vigilijs et lacrimis est. Et de actiua similiter suo modo accipe et intellige. Non tamen sit diuisio inter has species vite quasi per opposita sed per officia conueniunt enim etiam eisdem sed officia habent distincta. Actiuus enim sepe est contemplatiuus et econuerso qui tamen denominatur ab altera cuius scilicet plura et frequentius gerit officia. Sunt autem officia actiua legere in publico predicare corripere errantes reuocare nescientes docere pauperes sustentare et alere petentibus consilium et auxilium dare inopem de manu fortis eripere infirmantis curam gerere commissis nobis qualiter subsistere valeant prouidere et singulis quibusque expediat dispensare opera pietatis eis exercere. Officia contemplatiue sunt sibi et in secreto legere in lege dei meditari secreto orare suauitatem et dulcedinem patrie cum angelis pregustare et presentire soli desiderio conditoris inherere exutam mentem a cunctis habere terrenis eamque quantum humana imbecillitas sinit viuere cum christo vt nil iam agere libeat sed calcatis curis omnibus ad videndam faciem sui creatoris animus inardescat adeo vt conuersatio contemplatiui iam quasi in celis sit et nihil de terrenis sapiat. Contemplatiuus enim et vere spiritalis homo tam fidelis debet esse in tota vita sua et in omni operatione ac si singulis horis iudicari debeat coram deo tam ardenti desiderio viuere et ardere quasi singulis horis debeat iungi angelorum cetibus ad fruendum deo eternaliter qui habet cor in supernis eleuatum quando sedet quando ambulat quando requiescit quando aliquid facit coram deo non recedit. Quos ad dei amorem exortatur deridet huius mundi gloriam et felicitatem miratur hominum cecitatem et quam stultum sit in transitorijs fiduciam habere ostendit. Contemplatiuus tamen pro opportunitate temporis et necessitate instante alter alterius sumat officia itaque de contemplatiuo actiuus et econuerso cum expedire visum fuerit ecclesie. Unde cenomanensis scribens cuidam assumpto in prelatum conquerenti ademptam sibi contemplationis requiem et actiue sollicitudinis sarcinam se inuitum sustinere ait. Ad pedes domini cum maria sedebas nunc cum marthe domino ministras. Species rachelis te exerit sed nec fastidias lyam lippam que gignit sibi sobolem. Maria a domino fercula sumit martha domino preparat et apponit hec dum reficit illa a deo reficitur hec ministrat panem hominum illi ministratur panis angelorum. In mensa eius nil fastiditur in mensa marthe multa. ibi audiebas canticum angelorum videbas lilia virginum rosas martyrum violas confessorum hic filium dei de celis descendentem et dicentem gaudium maius est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente etc. Videtur tibi contemplatiua actiue debere preponi tamen si sollicite consideres actiua materia est ad gloriam sicut contemplatiua non descensus ad ruinam quarum vtramque in eodem et in diuersis inuenies. Christus docens in campestribus in monte orauit. Moyses in monte et in tabernaculo loquebatur cum domino descendens de monte et egressus de tabernaculo loquebatur cum populo. Petrus cum dictum est in cenaculo macta et manduca predicauit populo. Apostolus raptus paradisum factus est doctor gentium. Maria legitur tantum sedisse et audisse nec aliquid

Ceno.

sorori discurrenti subuenisse licet eius auxilium quadam mentis amaritudine anxia soror postularet. Martha nequaquam legitur partem marie suo miscuisse obsequio et ideo sicut dominus testatur (maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea) Per mariam ergo signantur quorum conuersatio in celis est vt qui dicunt. Ecce elongaui fugiens etc. Per martham negociosi sacerdotes reprehenduntur in quibus turba negotiorum contemplationis excludit sacrarium et contriti cordis extinguit sacrificium. Neque enim fieri potest vt aliquis loquatur cum domino qui etiam silens cum toto fabulatur mundo. Talibus occursant inimica negotia quorum recordatio illos sequitur vsque ad sacra altaria quod illis furantur orationum suffragia et defraudant suis temporibus ecclesiastica officia martha ministrauit sed christo discurrit sed pro christo. Si nobis discurrimus querentes que nostra sunt aucupantes temporalia nec martha sumus sed negociatores. Unde si sic discurris iusta est tibi flendi et conquerendi ratio. Ceterum si martham simpliciter agis: bene agis. Si inter lyam discurris et Rachelem melius agis. Si cum maria sedes et audis optime. ¶ Bonum est seminare quod illa fecit melius est metere quod ista. ¶ Hec idcirco dixerim vt magnum reputes bonum sic alternare studia istarum vt nunc quieti vaces nunc proximorum vtilitati. ¶ Una quippe et eadem est scala qua iacob ascendentes et descendentes vidit angelos. Rachelem diligas pro specie lyam pro prole. Neutra prelato est postponenda sed vtraque amplectenda. Utram vero alteri preponas: ignoro. Verum hoc scio quod duo sunt in lecto vnus assumetur et alter relinquetur etc. hec cenomanensis. Hec autem historia que hic tangitur licet ad beatam mariam non pertineat tamen hoc euangelium in die assumptionis eius legitur quia ipsa est castellum in quod dominus intrauit vel quia vitas et officia istarum sororum habuit. Castellum quippe fuit corpus intemerate virginis marie quod intrauit dominus Iesus in conceptione. Quod bene dicitur castellum propter septem que constituunt nobile castrum. Primum est situs altus vt videlicet castrum sit in alto situatum per quod spiritualis altitudo vite spiritualis accipitur vt homo spiritualis sit eleuatus ab inquietudine et affectione eorum qui in mundo sunt et in altitudine celestium desideriorum et contemplatione diuinorum. Talis fuit beata virgo maria que altitudinem vite spiritualis excellentissime in se habuit quo ad omnia predicta. Secundum est murus clausus et firmus per quem intelligitur firma clausura et vigil custodia virginalis integritatis que excellentissime fuit in beata virgine quam ita murus virginalis integritatis vndique vallauit vt nullus vnquam libidinis accessus ad eam esset nec sensus eius sola etiam cogitatione ab aliquo tangeretur libidine vnde in ea verificatum est illud canticorum. Hortus conclusus es fons signatus. Tertium est turris per quam intelligitur humilitas que hominem prouehit in altum vsque ad celum iuxta illud. Qui se humiliat exaltabitur. et sicut turris est ad protectionem omnium qui sunt in castro sic humilitas protegit et conseruat omnes virtutes in homine. Et hoc munimentum turris humilitatis valde conueniens est ad murum virginitatis que duo mutuo se defendunt et excellentissime in beata virgine fuerunt. Quartum est fossatum per quod intelligitur paupertas que omnem terrenitatem euacuat ab anima et hec fuit in virgine maria de qua dicitur quod non erat ei locus in diuersorio quo suum pareret filium. Quintum est armatura ad protectionem castri et confugientibus ad id necessaria per quam intelligitur abundantia pietatis que est in virgine beata quam protegit peccatores et ab hoste compressos fugientes ad eam. Sextum est alimenta sine quibus castrum conseruari non potest per que intelligitur copia alimenti spiritualis quam sufficientissime in se beata virgo habuit ipsa enim intra se continebat panem et vinum verum qui de celo descendit. Septimum est fluuius confluens per quem intelligitur plenitudo gratie que confluxit in beatam virginem. vnde hiero. Ceteris per partes marie autem se totam infudit plenitudo gratie. Intra-

Hieronimus.

uit ergo iesus in quoddã castellũ) s. in beatã virginẽ z in
quã venit ipe deus ad expugnandũ diabolũ (z mulier q̃
dam martha nõie) i. btã virgo (excepit illum in domum
sua) i. in vteruz suum (et huic erat soror nomine maria)
Beata virgo martha fuit et maria. martha propter stu-
dium bone actiõis. maria propter ocium cõtemplatiõis
Martha eni et actiua in xp̃o filio suo fuit qñ omia opera
misericordie et pietatis circa illum exercuit et curã eius
obiuit sicut mater egit. In membris eius etiã qñ elyza-
beth cognate sue precursorem dñi parienti ministrauit z
ipm precursorẽ in cunabulo fouit et in balneo lauit alia-
q3 obsequia vtriq3 humiliter exhibuit. Fuit etiam maria
et contemplatiua audiendo angelum et dñm z cum eis
loquendo ac seruans et conferens ea que videbat z audi
ebat in corde suo que nõ nisi tempore suo aperuit cum s.
euangelium scribi cepit et tunc docuit apostolos ea que
vidicerat in quo actiua erat. Ideo dicitur hic (z huic erat
soror nomine maria) Que stetit constans in fide (et ait.
Dñe non est tibi cure) zc̃. Ista martha que cõqueritur de
sorore sua est ratio inferior attendẽs z videns filiũ suum
ad mortẽ comprehẽdi inter hec sollicita naturali cõpas-
sione quasi satagebat eum liberare sz maria est ratio su-
perior cõtemplans diuinã voluntatẽ et attendẽs totum
factũ esse ex dei ordinatiõe quasi (sedẽs secus pedes eius
audiebat) ea que filius suus predixerat de sua passione z
conformãs se diuine voluntati cõsentiebat q̃ sic fieret ita
q̃ quasi ratio inferior beate virginis cõquerebatur de su
periori. Sed quid rñdet dñs audiamus (Martha mar-
tha sollicita es et turbaris erga plurima) qr btã virgo sol
licita fuit qñ herode ꝑsequente in egyptum fugit qñ iu-
deos filium suum ꝑsequentes cognouit (sed vnum est ne
cessarium) vt scz vnus moriatur pro populo et non tota
gens pereat. et (maria) scz ratio superior (optimã partem
elegit) s. in oĩbus cõsentire diuine voluntati et iõ (nõ au
feretur ab ea) qr sic oportuit xp̃m pati et ita intrare i glo
riam suã. Vñ ansel. Hoc castellũ qd intrauit iesus singu- Anselmus.
lariter intemeratã virgine eiusdẽ iesu genitricem mariam
per similitudinẽ accepimus Castellũ eni dr quelibz tur-
ris et murus in circuitu eius que duo sese muicẽ defen-
dunt ita vt hostes per murum ab arce z a muro per arcẽ
arceantur. Huiusmodi castello nõ incongrue virgo ma-
ria assimilat quã virginitas mentis et corporis ita quasi
murus vndiq3 vallauit vt nulli vnq̃ libidini esset ad
eam accessus nec sensus eius aliqua corriperetur illece-
bra. Et virginitatẽ cũ libido vincere non possit solet im
pugnare superbia est in eadẽ virginitate turris humilita
tis oẽm repellẽs superbiã. Itaq3 hec duo mur9 videlicet
virginitatis et turris humilitatis ab alterutro muniunt
vt nunq̃ in hũili virgine fuerit nec superba virginitas:
nec inquinata humilitas sed semp in eadẽ permanserit z
humilis virginitas et virginalis humilitas. Due iste so-
rores sicut sancti patres plenissime exposuerunt duas in
sancta ecclesia vitas designãt martha scz actiuam maria
vero contemplatiuã. Ista laborat ad exhibenda indigẽ
ti oĩa humanitatis officia illa vacat et videt qm̃ suauis
est dñs ista circa exteriora occupatur illa interiora con-
templatur. Sicut aũt maria singularis est mater dñi ita
et effectus istarum vitarum quarum iste due sorores ty-
pum tenent in ea extitit singularis. Nunq̃ in aliqua per
sona immo in oĩbus martha sic est operata nunq̃ sic alias
maria contẽplationi vacauit nunq̃ sic alias hec vel illa
qd suum est exhibuit altera martham et mariam dicto-
rum significantiam intelligo. Sed iam videamus actio
nem huius marthe deinde cõijciamus contemplationẽ
huius marie. et vt plenius id faciamus quid alij ꝑ mar-
tham operant et quid ista operata est conferamus. Alij
hospitẽ quẽlibet in domo sua suscipiunt ista non quẽlibz
sed ꝓprium filium dei qui nõ habet vbi caput suum recli
net non in domo sed in vtero suscepit. Alij nudum quẽli
bet veste mutabili atq3 corruptibili vndelibet compositã

ta operiunt ista verbum dei quod in eadem virgine car-
nẽ in vnitate persone assumpsit que sine fine incorrupti-
bilis atq3 incommutabilis permanebit. Alij quẽlibet esu-
rientem vel sitientẽ cibo vel potu exteriori reficiunt ista
hoiem deum humanitus indigentem non solum exterio
ribus cibis vel potibus pauit verũetiam interiori suo la-
cte aluit. Et vt breuiter sex illa opera misericordie ꝑcur-
ramus que si vni ex his minimis fiunt deus sibi facta cõ
fitetur. ista non quẽlibet ex minimis sed summũ dei filiũ
hospitem suscepit nudum carne vel etiã pannis operuit
esurientem pauit. sitientem lacte potauit. infirmum per
infantiam et iacentem nõ solum visitauit sed z balnean
do lauando fouendo gestando freq̃tauit vt merito de
illa dicatur. (Martha autem satagebat circa freq̃ns mi
nisterium) Comprehenso z crucifixo quasi in carcere po
sito affuit sicut scriptum est. Stabat autem iuxta crucem
iesu mater eius. Inter hec sollicita erat et turbabat cum
fugeret in egyptum a facie herodis turbabatur cum iu-
deos insidiantes et mortem ei inferre volentes cogno-
sceret Ad vltimum turbata est valde cum vidit filiũ suũ
talem comprehendi ligari flagellari conspui spinis coro
nari derideri colaphizari crucifigi mori sepeliri. Vñ ei
congruit quod dicitur (Martha martha sollicita es z tur
baris erga plurima) Nemo vero dubitat quin beata ma
ria filium vellet de omni tribulatione eripi et seipam in
perturbatione adiuuari a diuinitate quam eidẽ filio scie
bat inesse perihteozicam que est pars marie. Hoc est qd
martha conqueritur q̃ eam soror reliquit solam ministra
re et eius auxilium in ministerio flagitat. hec de pte mar
the. ¶ Porro de parte marie que optima predicat q̃nta
vel qualis fuerit in beata maria quis digne loquatur Si
talis est vt diximus immo melior est q̃ diximus in bea-
ta maria pars marthe que tamẽ a dño non laudatur sed
tñ nõ vituperat qualis est pars quã optimam maria ele
git que sic laudatur vt ab ea nõ auferri dicatur. O q̃ ma-
gna multitudo dulcedinis dei fuit in beata virgine ma-
ria qñ spũssanctus in eã superuenit et virtus altissimi ei
obumbrauit et de eodẽ spũsancto cõcepit quid de eo nõ
sapiebat in qua sapientia dei latebat et i cuius vtero cor
pus sibi aptabat. Hec autem non solum (ad pedes) sed
ad caput (dñi sedens audiebat verbum ex ore eius) Hec
conseruabat omnia verba angelorum pastorum magoꝝ
necnõ ipsius filij sui conferens in corde suo. Nemo vnq̃
sicut ista gustauit q̃ suauis est dñs inebriabat ab vberta
te domus dei et torrente voluptatis eius potabat Nec
mirum qm̃ apud eam immo intra eam erat fons vite de
quo manabat tanta perfectio vtriusq3 vite. Circa pluri-
ma vt martha occupabatur. circa vnum vt maria dele-
ctabatur. (Porro vnum est necessarium) qr plurima au-
feruntur vnum manet. Singulariter igitur partem mar
the gessit singulariter optimã marie partẽ elegit. Sz pars
marthe ei auferet iã cui non erit sollicita vt ministret ei si
cut puero cui oẽs angeloꝝ ordines ministrãt sicut dño.
Iam nõ tristabit fugiens in egyptum a facie herodis. qr
ipe ascẽdit in celum et herodes descendit ad infernum a
facie eius Iam nõ turbabit erga plurima q̃ fecerunt fi-
lio suo iudei qr oĩa subdita sunt ei. Iam filius marie a iu
deis vel militibus nõ flagellabit nec occidetur qr xp̃s re
surgens a mortuis iam non moritur mors illi vltra non
dñabitur. Pars ergo marthe auferet sed bono suo qr pars
marie ei proficit q̃ nõ auferet ab ea Exaltata eni est sup
choros angelorum repletum est in bonis desideriũ suũ
Videt deum facie ad faciem sicuti est gaudet cum filio
suo ineternum Hec est pars optima que non auferet ab
ea. Cuius z nos ꝑticipes simus meritis z precib9 eius ꝑ
iesum xp̃m dominũ nostrũ Amẽ hec ansel. Ipa etiã vir
go maria elegit optimã ptem et in grã z glĩa. Jn grã q̃
dem in vita ista ꝑ oĩmodã virtutũ superabundantiã. qr vt
dixit hiero. sicut in comparatione dei nullus hõ bon9 sic Hiero.
in cõparatione matris dñi nulla inuenitur ꝑfecta q̃tum

eiusqȝ virtutibus eximia cōprobet. Ideo bene de ea canit ecclia. Nec primā siūem visa est nec hre sequētem In gloria etiam elegit optimā partem illam vicȝ partē q2 nulla in celo citra thronū dei maiestatis sublimior. q2 exaltata est super oēs choros angelorū τ hec pars optima nunq̄ɜ auferetur ab ea ineternum. De hac parte optima aug loquens ad eā dicit. Ad hanc vsqȝ gloriā tu virgo gl'iosa puecta es vt supemo regi nil superius habeas in sūmis que etiā angelicā transcendēs dignitatē ad supermi regis es sublimata consessum. Ubi enī rex filius tuus posuit qδ ex te sumptū est ibi posuit τ te matrem ex qua sūptum est. Neqȝ enī fas est credere te esse alibi q̄ɜ vbi id est qδ ex te sumptū est. hec aug.

Augusti[nus]

¶ Moralit exponit istud de religiosis vt castellum sit ipsa religio. muri istius castelli est abbas τ prelati ceteri. fossata sunt paupertas q̄ fossata dyabolus vt castellū possit capere conak abundantia diuitiarū implere. aqua circumdans h castellū est fons lacrimarū alimenta sunt vigilie. ieiunium disciplīne quib⁹ caro attenuatur sed aīa impinguatur turris est cōtemplatio. In hoc castello est martha. s. officiales qui sunt solliciti τ turbātur erga plurima τ maria. s. claustrales in claustro circa pedes domini residentes. Ad istud castelluȝ venit iesus quādo aliq̄a causa hospitalitatis ad ipsam religionem declinat. iesus enī recipitur q̄n aliquis noīe eius recipitur Igitur iesus in mēbris suis (intrat ī quoddā castellū) i. religiōsa locum (τ mulier quedā martha) i. compassio τ significat q officiales debent esse mītes benigni τ seduli circa hospitum receptionem (τ huic erat soror nomīe maria) non dña non ancilla quia officiales in claustris non debent esse dñi claustraliū nec econuerso sed omnes fratres q2 magister vn⁹ e. s. xp̄s τ vn⁹ est pater xp̄s. vna mater regula (Que sedens secus pedes domini) vbi describit officiū claustraliū s. sedere: tacere: meditari: audire dominū loquentē in scriptura τ in cordibus eorū. Sed martha cōqueritur dicens (Dñe nō est tibi cure) τc̄ quia officiales q̄ sunt circa tpalia occupati debent esse de claustralibus qui vacant contemplationi conqueri pacem cōtemplationis appetendo τ tumultū negociorū mundanorum fugiendo. Unde bernar. Felix domus τ beata congregatio vbi martha conqueritur de maria. nam maria martham emulari indignum est prorsus nam maria optimam partem elegit. s. claustrales qui vacant cōtemplationi que nō auferetur ab ea q2 nullus hodie appellat cōtra claustralē qui vult in claustro residere sed bene appellatur contra eum qui vult abbas fieri. vel que non aufertur ab ea quia vita actius cū vita presenti deficit. vita vero contemplatiua post hanc vitam proficit.

Moralit[er]

Bernar.

Oratio

D

Omine iesu xp̄e qui pro nobis venisti in carnem per diuine nature τ humane vnionē mouea̅tur viscera misericordie tue super me indignum seruū tuum peccatorē τ reum τ illius marthe que te in virginalis vtero suscepit hospitio τ illi⁹ marie que verba tua conseruauit conferens in corde suo s. illius clemētissime genitricis tue fide meritis τ precibus veni τ in mentem meam per gratie infusionem vt nil preter te diligam nil queram nil etiam eo gitare cōcupiscam sȝ tu solus mihi sis spes τ omne opus oro vt hic prelibare aliquatenus valaem cōsolationis tue dulcedinem. Amen

De muliere samaritana Ca. lxii.

Job. iiii.

E

Tabiit iterū iesus

i galileā: de qua venerat in iudeā. Anteq̄ɜ veniret autem in galileam (oportebat eū transire per samariā) regionē non ex intentione declinādi ad samaritanos ne doctrine sue videretur contrarius q̄ dixit discipulis suis in viam gentiū ne abieritis quia samaritani partim erant gentiles sed ex vie dispositione τ necessitate quia samaria media est inter iudeam τ galileam (Uenit ergo) iuxta sychem (ciuitatem regiōis) samarie) que corrupte (sychar dicebatur) nūc vero neapolis dicit quarto miliario a ciuitate que samaria dicebat nūc vero sebaste dr̄ a qua tamē adhuc regio samaria denoīat. Distat vero sychem de hierusalem. xiii. leucis ad aquilonem. Ut autem in genesi dicitur. Jacob veniens de mesopotamia emit agrum ab emor pricipe ciuitatis sychē τ ibi ad tempus habitauit iuxta vrbem sed ꝓpter raptū dyne filie sue occisi sunt habitatores illi⁹ a filiis iacob. et sic cessit in possessionem eius quem locum dedit iacob moriens filio suo ioseph sed tempore procedente venit ad samaritanos τ gentiles (Erat autem ibi fons iacob) id est puteus non longe a porta sychem australi quem ipse foderat quando ibi habitabat qui hactenus sic vocatus fuerat sed ex euētu qui sequitur postea puteus samaritane est denominat⁹ super queȝ ecclesia fuit cōstructa in modum crucis in cuius medio ipse puteus est situs ad cuius sinistrā ostenditur mansio iacob τ predium quod dedit filio suo. Iste puteus est fons dict⁹ quia oīs puteus fons est: sed non omnis fons puteus. Fons enī dicitur vbicunqȝ manat aqua de terra sed si in superficie scaturit fons tm̄ τ proprie dicitur si in profundo scaturit ita puteus appellatur vt nomen fontis non amittat. hic autē fons pro puteo ponit (Iesus ergo fatigatus ex itinere) in quo apparebat veritas humane nature ex infirmitate (sedebat hic supra) i. iuxta (fontem) seu puteum ꝓpter loci aptitudinem ad quiescendū τ doctrinam vt s requiescere faceret corpus quia sessio ꝓpter laborem facta est vt dicit cris. τ iuxta fontē erat locus aptus xp̄i doctrine apud quem est fons aque sapiētie gratie τ vite vñ etiā ꝓpter auctoritatē docendi sedebat quia summus doctor erat. Hora autē erat quasi sexta. Hoc dicitur ad ostēdendū causam fatigatiōis q2 per magnū tēpus etiā predicando laborauerat non enī iumentū habebat. Ista fatigatio xp̄i hora sexta fuit signum passionis eius future tali hora. Fatigatur dn̄s scd̄m carnē cuius fortitudine conditi sumus fatigat per quē fatigati recreant fatigat q̄ deserēte fatigamur quo p̄ñte firmamur. Suscipit enī oīa que nostre infirmitatis sunt sine pctō vt nos a pctō liberaret τ nos q̄si infirm⁹ infirmos nutriret. Fortitudo nāqȝ eius nos creauit infirmitas nos recreauit. Assumpsit non soluȝ naturā humanā sed etiā defectus circa naturam quos vicȝ ipm decuit assumere. Unde cū pene sint exercitatiue virtutis perfecte τ testificatiue hūane nature non simulatiue assumpsit penalitates tam corporales q̄ɜ spūales que respiciūt nostrā naturā in coī sicut famē τ sitim in absentia alimenti tristiciam τ timorem in p̄ñtia nocumenti τ cetera huiusmōi vt est calor τ frigus lassitudo τ similia. Nec tamē omnes defectus assumpsit corporales sicut sunt defect⁹ egritudinū multiformiū nec oēs spūales sicut sunt pctm̄ ignorātia rebellio carnis ad spm̄. Xp̄s quippe volens ostēdere veritatē humane nature pmittebat eam agere τ pati que sunt ꝓpria hoīs volens etiā in se ostēdere voluntatē diuine nature faciebat τ operabat opera dei. Unde q̄n retrahebat in fluxū diuine nature virtutis a corpore esuriebat τ fatigabat q̄n vero ipsam virtutē diuinā corpori exhibebat sine cibo nō esuriebat τ in laboribus non fatigabatur. Ierunt autē discipuli in ciuitatem sychē vt cibos emerent. Hinc fm̄ criso. euangelista ostendit xp̄i humilitatē in eo q solus relinquebat etei ita discipulos assuefecit omnē superbiā cōculcare. Ubi etiam nota xp̄i parsimoniā nam ita parū de cibis curabat q nichil comestibile secū ferebat. Et (venit mulier de samaria) regione. s. de ipsa ciuitate sychē tunc samaritanorū metropoli (haurire aquā) literaliter ꝓpter defectū corporalē sed in mysterio ꝓpter defectū spūalis doctrine τ grē predicto peiorē inter quā τ xp̄ȝ dyalog⁹ fuit quia plures locutiōes mutuo habuerūt. Dn̄o ergo potum petēte quasi fideȝ eius sitiente q2 sitiebat aquā ꝓpter itineris fatigatiōem τ salutē hoīs ꝓpter eius amorem

Crisostom[us]

Crisostom⁹.

mulier notans eum et cognoscens ex fimbriis pallij ipsū esse iudeum dixit iudeos non couti samaritanis quia iudei abstinent a rebus eorū. Ex habitu ergo quem portabat cognouit mulier q iudeus eēt. quia sicut erant distincti ab aliis in cultu dei et in corporali circūcisione. ita etiaz in veste. Judei enim habebant fimbrias in vestibus per quas discernebātur a gentibus. Ergo et tu ex habitu cognoscaris eē xpianus. ex habitu et sobrietate cibouum et edificio. sic et hmōi clericus vel religiosus. Sed heu hodie vix cognoscuntur et abinuicē discernuntur clerici a laicis et xpiani ab infidelibus. Et sciendum hic q sublatis decem tribubus in captiuitatem: rex assyriorum misit propriōs homies i odium iudeorum ad in colendum regnū decē tribuum. s. terrā samarie et misit dns leones eos deuorantes et iō rex assiriorum hito sup hoc consilio misit vnum de sacerdotib⁹ captiuis vt doceret eos colere deū qui consilio persuasi receperunt ob metuz ferarum adeo missarū libros moysi et iosue discipuli eius et legitima fre non āt prophias et inde illis circūcisio inerat. nō tamē ab idolatria cessabāt quia cū lege ēt idola colebāt. et sic primi erāt gentiles et pti iudei. q̄ pmo cynei a fluuio vocati tūc dicebantur samaritani quasi inter gentiles et iudeos medij. Hos igitur iudei execrantur abstinendo se a cibis et vasis eorum supplātatoresqz vocant. q hereditatē patriarche iacob sibi vendicāt. a quo etiā samaritani iacobite sunt dicti. Licz enī eēt iudeis preceptum ne iungerent se dnec amicitias cum nationibus. tn̄ spāliter abominantur samaritanos. et eos habebant tanqz excōicatos tum quia terrā eorz pro parte occupauerāt tum q eis multas molestias in reedificatōe templi et ciuitatis fecerant tuz quia idola colebant. tum quia in monte et non in templo dei orabant. ¶ Cūqz colloquendo cuz ihu mulier accepisset ab eo q qnqz viros legitimos habuerat. et sexti concubina erat. quia non erat suus legitimus vir. lz hoc ab hoībus loci illius crederetur. ait (Uideo) s. p effectū. hoc est per secreti reuelatiōem (q propheta es tu). q d. s̄m cris. Jn hoc q michi occulta dicis ostēdertis ppha eē. Et iō puertit se ad interrogandum eū de quodā dubio quod inter iudeos et samaritanos vertebatur s. de loco debito orōnis q̄ apud eos alius et alius habebatur. Dicebāt ei iudei proprium locum adorandi eē hierl'm et templū a salomone i monte moria edificatum pro quo templo iudei se samaritanis preferebant. Econtra vero samaritani montem garizim iuxta sychē situm iuxta fontē predictuz ad dexteram in quo patres eoruz adorauerunt quia ante templi edificationē iudei in montibus adorare et sacrificare cōsueuerunt. et iō probabile est q iacob et filij eius qui prope locum illum manserunt in monte garizim orōnes et sacrificia fecerunt. Ubi est adhuc phanum iouis hospitale. de quo dr̄ ij lib. machab. vtpz intuēti. Pro hoc ergo monte samaritani aduersus iudeos se iactabant: qui adhuc celebris loc⁹ erat. Et vocabāt samaritani patres veteris testamēti patres suos: q receperant libros moysi. et in parte erant iudei. Sciendum tn̄ q locus conuenientior erat in hierl'm. quia erat a deo electus vt eēt orationis et sacrificij locus (Jhesus autem) respondens (dixit) tempus veniesse. s. publicationis euangelij (qn̄ neqz in hierusalem adorabunt homines. quia ceremonie cessauerunt iudeorum (neqz in monte) illo. q similr cultus cessauit gētilium sz (veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate (Dicit autem patrem. quia adoratio legis non erat patri sz dnō. nos enī adoramus vt filij per amorem illi vero adorabant vt serui per timorem. Dicit etiam (in spiritu) per quod excludūtur figurales et carnales ceremonie legis et iudeorū. Et subdit (et veritate) per quod excluditur falsitas et error idolatrie qui erat in cultu gentilium. quia vtrūqz est amotū per xpm. A tēpore enī predicationis xp̄i incepit predicatio euangelij. per quā introduct⁹ est verus cultus diuinus. et ex iudeis et gentibus factus est vnus populus xpianus. Cuz ergo vmbra ablata lux

Crisostom⁹.

veritatis fidei radiauit. apparebat non esse deum in locis materialibus sed potius in puris mentibus. Quasi diceret. Non prefero locum loco in adorando vbiqz adoretur deus tn̄ (in spiritu et veritate) i. in feruore spiritus et ex dilectione seu caritate que est a spiritu. et pro his q̄ vere sunt. i. pro' eternis vel (in spiritu et veritate) id est intimo cordis speciali adoratione ac veritate fidei et eius cognitione. Nec putetis orationem esse meliorē ratione corporalis loci sed magis ratione feruoris et desiderij. Cum enim deus sit spiritus et non corpus spiritualem locum. s. cor mundum et deuotum ac puram mentez nō fictā querit. non corporalem locum et montem vel templum in q̄ orandum sit. quia loc⁹ non est de substantia orationis. sed eius templuz est spiritus purus. in quo oretur de veris bonis. s. eternis. non de vanis et trāsitoriis. Qui sicut vbiqz est. ita vbiqz adorari vult et potest. Unde dauid ait in omni loco dominationis eius. benedic anima mea domino. vnde theophilus. Samaritanorum erat opinio. q deus loco concluderetur. et q in hoc loco deū adorare oporteat. contra quos dicit. q (veri adoratores) non localiter sed spiritualiter adorant. Judeis vero oīa sub figura erant. et ideo dicit q veri adoratores non in figura adorabunt sed in veritate. Quia enim de⁹ spiritus est spirituales adoratores querit. quia veritas: veros. Unde et augustinus. Querebas montem forte ad orandum vt deo esses propinquior. sed ipse qui in altis habitat humilibus appropinquat. ergo descende vt ascendas ascentiones inquit in corde eius in cōualle plorationis. q humilitatem habet. Jn templo vis orare. in te ora sz prius esto templum dei. Et sic patz q xps instruxit mulierē de vero cultu diuino i proximo futuro. quia idolatrie gētium et ceremonie iudeorum conuertende erant in spiritualem noue legis cultum diuinum (Et venientes discipuli de ciuitate) cum cibis emptis (mirabantur q cuz muliere loquebatur) non propter aliquam suspitionē sed q talis et tantus doctor ac dominus orbis terre dignat⁹ est alloqui vnam solā mulierē pauperculā et gentilē. Non mirabantur q cum muliere loquebatur. quia mulieribus q̄nqz loqui consueuerat. et q̄nqz in comitatu eas habebat sed mirabantur clementiam qua gentilem et alienigenā erroneā docebat ignorantes mysterium quo mulier ista typum gereret eccl'ie de gentibus future. quā querebat q̄ venit querere et saluum facere quod perierat. Unī cris. Mirabantur quidē sup abundantē xp̄i mansuetudinem et humilitatē. qm̄ ita perspicuus existēs sustinuit loqui cum tanta humilitate inopi et samaritane (Nemo tn̄ illorum dixit ei. quid queris aut qd loqueris cuz ea) sciētes q ei⁹ locutio cum muliere non erat inutilis et vana q̄uis hoc nō viderent. quod bene ex sequēti effectu pz. Nā (mlr) edocta a xp̄o ex feruore denunciandi quod audierat (reliquit ydriā suam et abijt in ciuitatez) annūciare de xp̄o magnalia: monens ciues egredi ad videndum homiēz. qui dixit ei quecūqz fecerat etiam occulta. Ex quo patet ei⁹ deuotio quā cōceperat de xp̄o. q oblita aq̄ necessarie ab vitaz corporalē cucurrit ad denunciandum aque sapie nccīaz ad vitam spūalem nō curās de corporali cōmodo ppter salutē. Jn quo etiam sequtur exemplū apl'orū. qui relictis oībus secuti sunt dn̄m. Ex h discant euangelizaturi pus deponere curā et onus seculi. vn̄ cris. Sicut apl'i vocati dimiserunt rhetia ita hec dimittit ydriā. et euangelistarum opus facit. et nō vnum tn̄ vocat sz ciuitatē integrā. vnde et aug⁹. Oportebat autem vt xp̄o credens sclo renunciaret. et relicta ydria cupiditatē secularē se reliquisse demōstraret. Proiecit ergo cupiditatē et pperauit annunciare veritatem. Discant qui volunt euangelizare vt prius ydriā ad puteum proiiciant. hec aug⁹. Jtem ex eo patet mulieris deuotio. quia nō veretur fateri suam turpitudinē vt eos adducat ad xp̄i predicationē. vn̄ criso. Nō verecundata aūt est hoc dicere. aīa enī cū ignita fuerit igne diuino: ad nichil eorū que sūt in terra de reliquo inspicit.

Theo.

Augu.

Criso.

Criso.

Criso.

neqꝫ ad gloriā neqꝫ ad verecundiā sed ad illā solāqꝫ que detinet eam flāmā. Et dicebat (nūquid ipse est xp̄s) q. d. sic videtur per effectū. Videtur enī magis deus q̄ hō qꝛ solus deus nouit cogitationes ⁊ secreta hoīm. Nota h̄ q̄ xp̄s hanc mulierem ⁊ nos in ea ad tria induxit. Primo ad cōtemnendū amorē mundi cum dixit (Oīs qui biberit ex aqua hac) .s. materiali (sitiet iterū) licꝫ ad tēpus sit .i. auferat amorē enī mundanorū .s. diuitiarum deliciarum ⁊ honorum sitim non extinguit sed auget de quib9 dr̄ in .p. uer. Sanguisugi due sunt filie q̄ semper dicūt affer affer. Sanguisuga est mater superbie q̄ est causa ⁊ initiū oīm malorū habet autē duas filias .s. cupiditatem ⁊ voluptatem qꝛ superb9 nō tm̄ honores ambit sꝫ etiā bona aliorū rapit voluptuose viuit. Ista aūt q̄ sint vacua ⁊ vana in morte ostēdit alexādri qui cū eēt tot9 mūdi dn̄s diuitijs plenus ⁊ libidinosus ⁊ eius ossa in vase aureo reposita fuissent philosophi ibidē cōuenerūt. Unus ergo volens suū dominū ostēdere vanū fuisse ait. Heri isti nō sufficiebat tot9 mūdus hodie parua sepultura est cōtent9. Ali9 volens ostēdere vanū esse aurū ⁊ argentū ꝯgregare: ait. Heri iste faciebat thesaurū de auro. hodie aurum thesaurum facit de ipso. Alius volens ostēdere vanū eē corpus delicijs nutrire dixit. Heri iste nutriebat corp9 suū diuersis delicijs. hodie vero comeditur a vermibus. Secundo xp̄s inducebat istam mulierē ⁊ nos in ista ad desiderandū amorē dei cum ait (Qui aūt biberit ex aqua quam ego dabo ei) .s. de gratia sp̄ussancti (nō sitiet in eternum) qꝛ amor sp̄ussancti extinguit amorem diuitiarū delitiarū ⁊ honorū. vn̄ aug. Qui biberit de fluuio paradisi cuius vna gutta maior est occeano restat vt in eo omnis

Augusti.

sitis mundi huius penitus extincta sit. hec augu. Huius fluuij paradisi vnā guttam perceperat paulus ⁊ statim extinxit in eo omnē sup̄biam ita q̄ ferocē lupū mutauit in agnum mansuetū. Perceperat mathe9 ⁊ mox extinxit in eo auariciā ita q̄ rapacem cōuertit in cōtemplatorem nam qui prius rapiebat aliena postmodum cōtempsit propria. Perceperat maria magdalena ⁊ mox extinxit in ipsa omnē luxuriam ita q̄ corniculā nigrā cōuertit in columbā candidam. Tertio inducebat eam ⁊ nos in sui cognitionem. Gradatim autē mulier surrexit ad cognitionem xp̄i nam primo dixit eum esse vnī9 dei cultorē in hoc q̄ dixit eū esse iudeū ⁊ hoc fuit magnū. deinde dixit eū esse p̄phetā ⁊ hoc fuit mai9 tandē dixit ⁊ credidit eū esse xp̄m ⁊ hoc fuit maximum. Per hoc dat̄ intelligi q̄ debemus a minimis ⁊ paulatim ascendere ad maiora. Iste gradus significatur in marco vbi dr̄. vltro terra fructificat primo herbam deinde spicā deinde plenū frumētū in spica hoc est scd̄m glo. timorē penitētiā ⁊ caritatē. Primum ptinet ad incipientes scd̄m ad p̄ficiētes. tertium ad p̄fectos. De hoc habes latius infra post secūdū caplm in scd̄a parabola que est de zizanijs (Et exierūt) hoīes de ciuitate venientes ad ih̄m) vt p̄sentialiter audirēt eū. In quo datur intelligi q̄ si ad xp̄m volum9 ire oportet nos ciuitatem exire .i. amorē carnalis cupiditatis deponere (Interea) .s. dū mulier abesset ac ciuib9 p̄dicaret ⁊ antequā samaritani ad eum venissent (rogabant eū) queꝫ fatigatum videbant (discipuli) qui cibos attulerant vt māducaret qꝛ hora comedēdi ⁊ locus ad h̄ apt9 erat ⁊ silr̄ tempus aptū ad prandiū in absentia aliorū. Habita aūt occasione ex cibo corꝑali incipit loqui de cibo sp̄uali .s. de cōuersiōe samaritanorū qui p ei9 p̄dicationē sunt ei incorporati vn̄ subdit (Ego cibū habeo) ex patris ordinatiōe (māducare) .i. michi incorꝑare (quem vos nescitis) q. d. alius cibus .s. cōuersio gentium plus me delectat q̄ cib9

Theo.

per vos apportat9 vbi theop̄. Hoīm salutē h̄ cibū vocauit ostendēs quātū desideriū habet nostre salutis. Sicut enī nobis cōcupiscibile est cōedere ita ei saluare nos. hec theophi. Dicāt ergo p̄lati ecc'ie exēplo dn̄i cum eis offerunt̄ exenia ciborū ⁊ huiusmōi ego cibū habeo māducare quem vos nescitis ⁊ cōtemnant oblata eis qꝛ excecant oculos cordis. Et adiungit (Meus cibus est) .i. in hoc ē mea refectio ⁊ delectatio ac firmitas ⁊ sustentatio vt nō curans de corporali cōmodo p̄pter salutē in q̄ etiā sequitur exemplū ap̄l'orū qui relictis oīb9 secuti sunt dn̄m (vt faciam voluntatē eius qui misit me) vt perficiā ⁊ cōpleā op9 ei9 q̄d scio eū velle .i. hoīm cōuersiōe ⁊ redemptiōe q̄ vult oēs hoīes saluos fieri ⁊ ad agnitionē ei9 venire voluntas quippe patris est vt in filiū ei9 credamus opus vero patris est p̄uisio nostre redemptiōis. Cibus ergo ⁊ pot9 .i. delectabilis refectio xp̄i nr̄a est fides ⁊ nr̄a est sal9 quā ipse cum magno q̄rebat desiderio cui9 delicie sunt esse cū filijs hoim. Cū ergo deo cibū sp̄ualē offerim9 qn̄ p̄ p̄uenientē grām ab eo salutē nr̄am poscim9 cū .s. petim' fiat volū. tu. si. in ce. ⁊ in t. Scd̄m orig. oīs hō qui bene opat̄

Orige.

ad duo dꝫ dirigere suā intentione .s. ad honorē dei ⁊ vtilitatē p̄ximi qꝛ finis p̄cepti est caritas que cōtinet amorē dei ⁊ p̄ximi ⁊ sic quādo aliquid facim9 p̄pter deū finis p̄cepti est deus qn̄ vero p̄pter vtilitatē p̄ximi finis precepti est p̄xim9. Facit ergo volūtatē patris docendo credere in se. facit opus ei9 manifestando misterium incarnationis q̄ vsqꝫ per passionē ⁊ cetera perficiat illō ⁊ cōpleat. Et q̄ instet tp̄s hoc faciendi ōndit dicens (Nōne vos dicitis qꝛ adhuc quatuor mēses sūt ⁊ messis venit) vnde p̄penditur sicut in scola. hist. dr̄. q̄ hyemis tp̄e hoc factū ē ⁊ videtur q̄ factum sit in mense ianuarij qꝛ in illa calida regione sunt messes tempestiue vnde in festo penthecostes offerebantur frugū p̄mitie. q. d. xp̄s licet tēpus messis corporalis adhuc differ tēpus tn̄ messis sp̄ūal iā instat. Dicit̄ enī messis materialis ⁊ corporalis collectio frugū ⁊ ad hui9 similitudinē messis intelligibilis ⁊ sp̄ūalis dr̄ vocatio ⁊ collectio hoīm ad fidē per quā congregamur in domum horreū. Vn̄ sequit̄ (Ecce dico vobis leuate oculos vestros) .s. sp̄uales (⁊ videte regiōes) ad fructū fidei dispositas (qꝛ iam albe sunt) .s. candore deuotiōis vestite ⁊ mature (ad messem) ⁊ metēdū. Hoc dicebat p̄pter samaritanos ad ip̄m venientes quos vocauit segetes albas ⁊ paratas ad messem .i. p̄ratos ⁊ dispositos ad credendum. Ex ciuitate autē illa que dicebatur sychē multi samaritanorū crediderūt in eum p̄pter verbū mulieris testimonium perhibentis qꝛ dixit ei queqūqꝫ fecerat q̄ etiā oculta erant (Cum) ergo samaritani audita fama xp̄i ad eū (venissent rogauerunt vt ibi maneret) vt ab eo instruerent̄ melius ⁊ firmi in fide fierēt. Ecce deuotio auditorū qꝛ accepta fide desiderabant ei9 doctrinā amplius informari ad suā cōfirmationē. In quib9 oibus econtrario arguit̄ duricia iudeorū q̄ in oibus fecerūt ꝯtrariū. vn̄ crisostom9.

Crisostom9

Sic ergo solo mulieris testimonio credentes ⁊ nulli signum videntes exierunt deprecantes xp̄m vt apud eos maneret iudei vero miracula vidētes oīa egerūt vt a regione eorū eum abijcerent. Et iudei quidē etiā visis signis incorrecti māserunt. hi autē ⁊ sine signis multā circa eum fidē demonstrauerūt. Et acquiescēs dn̄s petitiōi eorū que erat honesta ⁊ deuota māsit ibi. qꝛ semp̄ satisfacit deuotis in orōne sua per duos dies p̄pter duo p̄cepta caritatis q̄bus instruit credentes. Terti9 autē dies est dies glīe ⁊ in hoc nō māsit ibidē qꝛ samaritani nōdūꝫ erāt capaces glīe. Sic ⁊ hodie quotidie mulier .i. eccl'ia his qui foris sunt xp̄m annunciat veniunt ad xp̄m per famā ⁊ credunt ⁊ xp̄s manet p̄ caritatē biduo apud illos h̄ est dat eis duo p̄cepta caritatis .s. dilectiōis dei ⁊ p̄ximi in quibus pendet lex ⁊ p̄p̄he. Rogamus eum ⁊ nos vt ⁊ nobiscum duos dies maneat. q̄tenus duo precepta caritatis duorumqꝫ testamentorū fidē ⁊ amare ⁊ tenere nos doceat (Et multo plures q̄ i p̄ncipio crediderūt) p̄pt̄ sermonem ei9 quē sicut verba vite p̄ferebāt verbis mulieris q̄a nunq̄ sic hō est locut9 (Et mulieri dicebāt qꝛ iā nō p̄pt̄ loquelā tuā credim9) que nichil est in cōparatiōe eius quod videm9. Licet enī ex doctrina alicui9 inducatur quis ad credendū. fides tn̄ scd̄m se innitit̄ diuine veritati seu virtuti ad id q̄d credit firmandū (Ipsi enī) exteri9 ⁊ interi-

volunt esse pauperes sine defectu: humiles sine despectu
patientes sine contumelijs. Tu vero nunq̄ pro aliqua re
ipsam paupertatē ledere velis: ꝛ nihil oīno vltra necessita-
tem habeas vel habere desideres. Et si queris que sit illa
necessitas R̄ndeo tibi q̄ q̄nto intimius paupertatē dilexe-
ris: tãto subtilius de necessitate iudicabis. Illa nanq̄ ne
cessaria sunt nobis sine quib⁹ eē nõ possum⁹. Vide ergo
ea sine quib⁹ cõmode potes eē ꝛ illa nec hr̄e nec appete
Seneca.
re nec ꝓcurare nec a sponte dãtib⁹ recipe vnde Seneca.
Circũcide superflua: ꝛ in artum desideria tua constringe:

Cõsidera tecũ quãtũ natura poscat: nõ quãtũ cupiditas
expetat Impone cõcupiscētie frenũ: oīa q̄ sunt blandimēta
reijce hec seneca. Sed multi in iudicando de necessarijs
ꝛ superfluis decipiunt̃: ꝛ superfluis tanq̄ necessarijs viun
August.
tur vnde aug⁹. Multa nos in facultatib⁹ nr̄is superflua
habere probamur si necessaria sola retineam⁹: nã vana q̄
rētib⁹ nihil sufficit: ꝛ aliorũ quodãmõ retentor ē q̄ ꝓ futu
ra pauperib⁹ inutiliter habet vñ ꝛ seneca. Quãmulta sup
uacua eē nõ intelleximus nisi deesse ceperint Tota mē
bi vita mentit̃: necessaria indicat quorũ magna pars supu
acua est: q̄ si q̄nq̄ necessitas abstulit nõ sentimus ablata. hec
seneca Nõ solũ aũt superuacua sed ꝛ necessaria: sunt q̄nq̄
cõtēnenda: vnde iterũ seneca. Non te laudes si contēpse
ris aureos lectos ꝛ gēmeã supellectilē: que ē enim vir-
tus superuacua cõtēnere Tūc te admirare cũ cõtempseris
necessaria. Nõ magnã rem facis si viuere sine apparatu
potes: tunc te mirabor: si contempseris etiã sordidũ pa-
nē: si tibi ꝑsuaseris herbã: vbi necesse ē nõ pecori tm̄: sed
hoī nasci. Et notandũ q̄ abstractio a rebus mundanis
Bernar.
sm̄ bern̄ fit tribus modis. Prim⁹ mod⁹ q̄ quis solum in
necessarijs cõtentet̃: ꝛ tanq̄ aduenã ꝛ peregrinũ se repu
tans victu ꝛ vestitu cõtentus graue existimet alijs one-
Grego⁹.
rari: q̄r sm̄ Grego. hoc ipm̄ grauiter tolerant q̄d festinan
tes ad patriam in itinere multa portant. Secūs modus
est q̄ q̄s nec ĩ necessarijs delectetur ꝛ in nullo ad tempora
lia sit affectus: sed tanq̄ mundo ꝛ mundialibus mortu-
us abundantiã ꝛ defectũ: laudē ꝛ obprobrium equaliter
accipiat. Mortuo enĩ si quid defuerit nõ sentit: sic aīma
in suis affectibus mortificata: cõmodũ ꝛ incõmodũ non
discernit. Tertius modus ē q̄ quis in vsu necessariorum
nõ solum nõ delectetur sed potius affligat̃ ꝛ crucietur vt di
cere possit cum aplõ: mihi mundus crucifixus est et ego
mundo Talis nanq̄ nõ solum mundo ē mortuus: quia
mundana nõ sentit: sed etiam mũdo crucifixus: q̄r oīa ve
lut stercora arbitrat̃. Tali pena est res creatas pro qua
cunq̄ necessitate ꝓspicere sed solũ delectat̃ ꝑ amorē deo
dulciter adherere. Nec tñ dñm ĩ paupertate ꝑfecte imitari
poteris quãtũcunq̄ te astrinxeris. Nec videt̃ q̄ nr̄a pau
pertas sue equiparari possit: quantũcunq̄ a nobis totis
viribus obseruata fuerit. Ad q̄d omissis alijs que reddi
possunt rõnibus scꝫ ꝛ quia deus est: ꝛ quia ditissim⁹ ꝛ om
niũ dñs: ꝛ quia perfectissimus ꝛ hmõi similibus hãc spãleꝫ
adduco rõnem: quia ipe nõ solũ paupertatis penuriã ſꝫ et⁹
obprobriũ assumpsit Nam nostra paupertas q̄r volũta
ria ꝛ pro dei amore assumpta est reputat̃ et est virtuosa:
et ideo nõ obprobriosa sed honorifica habetur etiaꝫ apud
malos. Ipsius vero nõ sic: nõ enĩ cognoscebatur nec scie-
batur q̄ voluntarie pauper esset sed credebat̃ q̄ necessa-
ria paupertas cum teneret: et hec obprobrium et cõtem
ptum parit. Cum esset absq̄ domo et possessionibus et
diuitijs scientibus hoc vniuersis magis habebatur con-
temptui a multis: hmõi enim pauperes quasi ab oīb⁹ cõ
culcantur si sapientes sunt nõ eis creditur si nobiles ni-
hilominus deridentur ꝛ contemnunt̃ immo q̄d plus ē sa
pientia ꝛ nobilitas ꝛ oīs virtus in reputatione hoīm in
eis extincta videtur. Deijciunt̃ enim q̄si ab oībus adeo
vt nec amicicie antique nec sanguinis vincula vt pluri-
mũ eis prosint cũ omnes fere tales amicos vel cõsangui
neos habere recusent. Vides bene q̄m nec eius pauper
tati eq̄parari nec eũ imitari potes in tam profunde pau-
pertatis et humilitatis abiectione. Et ꝓpterea paupes mũ
di contemnendi nõ sunt q̄ ipm dñm representant. Quãtum
etiã nr̄a paupertas a dñi paupertate differt: cõsiderare potes
Cris.
ex pluribus que simul tangit Crisosto dicens. Cum na-
sciturus erat nõ exquisiuit claram domuꝫ neq̄ matrem
diuitem sed pauperem et sponsum tectoris habētē. Et in
tugurio nascit̃: et in ꝑsepio ponitur: et discipulos eligēs
nõ rhetores: non sapiētes: non diuites: non nobiles: sed
pauperes et ex pauperibus et vndiq̄ ignobiles elegit et
mensam apponens: q̄nq̄ quidem ordeaceos panes ap-

ponit q̄q̄z autem ipso ihe discipulos a foro emere iubet Esedilia faciens de feno sacit. Et vestimēta induens vi lia et a multis illo in tempore differentia circumamicti- tur domum autem non habuit. Si aūt eum transire de lo- co ad locū oportebat ambulans hoc faciebat et ita am bulans q̄ fatigabat. Et sedens non throno opus ei erat neq̄z puluinari sed pauimēto. Sic ergo christus pauper erat qui tn̄ dn̄s omniū rex expectabilis erat. Hec criso. Attendamus hec et erubescamus nos miseri q̄ talibus non contenti dominum contemnimus imitari. Et maxi me hoc tempore malo quo oīs qui panem h̄z cōtentari deberet vnde hieroni. Iuxta miserias huius temporis et vbiq̄z gladios seuientes satis diues est qui pane nō in diget satis potens qui seruire nō cogitur. Oratio.

Omine deus oīpotens q̄ oīa q̄ celi ambitu con tinentur sub pedibus hoīs subiecisti vt solus hō tibi subiectus eēt totus exterior a nempe p hoīs corpe cuncta creasti ipm vero corpus p aīa aīam vero p te vt tibi soli vacaret et te soluz amaret qui etiam das iu mentis escam ipsoz ac volucribus celi et piscibus maris pastuz da michi huius vite necessaria ad salutē meā et ad laudem tuā vt sic p te pastus melius tibi vacare valeam da quoq̄z michi in oī defectu et penuria patientiaz ne pu sillanimitate fractus deficiam. Amen

De manco manum aridam habente. Ca. lxxij.

Actum est aūt post

hec (in alio sabbato vt intraret ihs ī synagogā eorum et doceret) Nam scdm hylariuz preinis sa in campo dicta sunt et gesta et post hoc synagogam in greditur. Sabbato intrauit synagogā ad docēdū, ppter maiorem ppli frequentiā et cōuentū vn̄ beda. Sabbatis precipue dn̄s in synagoga docet operaq̄z virtutes non solum ppter insinuandū spiritale sabbatū sz etiā propter celebriorē eo die ppli cōuentū cui tūc morio erat q̄ vaca re a labore per legem iubeatur legēdis audiendisq̄z scri- pturis operam dare. Naz sicut hi quibus venādis ars ē vbi feras vbi pisces et volucres plus habundare vidice- rint ibi maxime sua rhetia tendunt ita dn̄s semp docuit in synagoga et in templo quo omnes iudei cōueniebant volens omnes hoīes saluos fieri et ad cognitionē verita tis venire hec Beda. Ecce in xp̄o tria sc̄z mentis stabili- tas q̄ licz pharisei insidiarentur ei non tn̄ metuebat veni- re vbi erant et hoc est ꝯtra pusillamines. Doctrine veritas q̄ in publico docebat et hoc est contra hereticos zeli im- mensitas q̄ totum hoc ppter salutez aīaz faciebat et hoc est contra eos q̄ inde q̄runt vanā gliam vel tpale lucrum seu commodum (Et erat) ī synagoga (hō hn̄s manuz ari dam) et contractaz (et obseruabāt) i. dolose seruabant eū pharisei si sabbato curaret vt illum arguerent vel accusa rent. Unde interrogabant euz maliciose si licet sabbatis curare vt si diceret non arguerent euz de immisericordia vl' impotentia si diceret sic accusarent eū de sabbati trās gressione vbi Beda. Quia solutionem sabbati quaz in di scipulis arguebant excusauerat ipsum calumniari volē- tes obseruant vt si in sabbato curet transgressionis eum accusent si non curet crudelitatis aut imbecillitatis ar- guāt. Ut enim ait bernardus In factis obseruatores in verbis exprobratores in tormentis sustinuit illusores. Et videns dominus cogitationes eorum iussit hominē infirmum surgere et stare in medio vt miraculū esset ma gis manifestum et euidentius argueretur cecitas mali- gnantium et quasi repetendo questionem ab eis motam sub alijs verbis hoc idem quesiuit ab ipsis. Illis autem sic tacentibus proposuit similitudinem de animali et sol uit questionem prius verbo ostendens per rationē q̄ licī tum est sanare hoīez die sabbati et est rō talis. Magis sub

ueniendum est hoī q̄ aīali sed aīal si ceciderit in puteū vl' foueā extrahit et liberat die sabbati ergo multo plus hō qui est nobilior et melior eū sit factus ad imaginē dei si in infirmitatem ceciderit curatur die sabbati. Si eni hoc fit propter cupiditatem temporalium multo magis dz istō fieri vbi salus queritur aīaz. Et sic ipsi vite cōis et pro ptle consuetudinis vincuntur exemplo vn̄ criso. Uobis ouem licet in sabbato saluare et m̄ hominez non licet. Uo bis manibus licet extrahere michi nec verbo licet cura- re. Ecce nec medicinā conficio nec manum meā super il lum extendo. Dico verbo et sanatur infirmus et legē sab bati vestri nō transgredior et sine ope opus virtutis con summo hec cris. Sed auari pharisei plus diligunt ouem q̄ hominem primū et laudant impendere subsidiū in oue et accusant bn̄ficium caritatis in hoīe vn̄ hiero. Sic sol- uit questionem ppositam vt interrogantes auaricie con demnaret. Si vos inq̄t in sabbato ouem et quodlibet ali ud aīal in foueam decidens eripe festinatis non aīali sed vestre auaricie cōsulētes q̄ tomagis ego hoīem qui mul to melior est oue debeo liberare vn̄ et rabanus. Comperē ti ergo exemplo soluit q̄stionem eorum vt eos ostendat sab batum violare in opere cupiditatis qui eum violare ar- guunt in opere caritatis legem male interpretantes qui dicunt in sabbato a bono feriandum in quo a malis tm̄ feriandum est. Unū opus seruile nō facietis in eo i. pctm̄ q̄ q̄ facit pctm̄ seruus est peccati. Sic in eterna requie a malis tm̄ feriabit nō a bonis hec rabanus. Scdo soluit questionem facto hoīez habentē manū aridam sanando Tūc eni ait illi extende manum tuā et cuz extenderet sta tim restituta est sanitati in quo patet perfectio sanitatis vbi cris. Ut ppositum legis quam iudei non intelligunt sanitas manifestat. Si enim deus offendit in ope sabba ti sine dubio infirmitas non fugatur quō pōt iniuriam ver beniuolentiam seq̄. Iste maucus scdm hiero in euange lio q̄ vtuntur nazarei cementarius scribit istiusmodi vo cibus auxilium precans. Hō cemētarius eram manibus victuz querit̄āo precor te iesu vt michi restituas sanitatē ne turpiter mendicem cibos. ¶ Dn̄s iesus maxime in sab batis docebat et operabatur virtutes. Primo vt osten- deret q̄ euangelicum et spūale sabbatū melius et fructuo sius veteri sabbato succedebat. Secūdo vt sabbato plu ribus occurentibus proficeret pluribus et saluator mun di ex miraculorum virtute manifestus fieret. Tertio vt dominus legis et sabati probaretur. Quarto vt malum intellectum iudeoꝝ de obseruantia sabbati auferret dū bene operando sabbatum se non violare probaret qui in sabbato curabat et in hoc corā pluribus legisperitos cō futabat. ¶ Circa quod sciendū q̄ aliqui sunt actus boni in genere entis qui tamen ex se non habent bonitatez in genere moris sicut edificare domum vel hmōi et talia nō erāt licita ī die sabbati. Alij autez sunt actus boni in ge- nere moris scdm se sicut sunt opera virtutū et talia lici- ta sunt in die sabbati de quibus erat sanatio manus ari- de q̄ erat opus pietatis et cum hoc erat ad gloriam dei manifestandem inquantū fiebat miraculose et supra na turam et ideo talia pōt fieri in die sabbati non solū licite sed et laudabiliter. Mystice scdm bedam et rabanum ho- mo qui habebat manum aridam humanum genus indi cat in bono ope arefactū pro manu in primo parente ad pomum vetitum extensa sz in miseratōne dei ī saluti et bo norum operum fructibus p innocentes xp̄i manus ī cru ce extensas est restituta. Et bn̄ manus in synagoga erat arida q̄ vbi maius donum scientie ibi transgressor maio ri subiacet culpe et grauius est periculum inexcusabilis nore. San iudaq̄z manus arida iubetur extendi quia in fructuosa debilitas anime nullo melius ordine q̄ elemo synarum largitate curatur. Habebat autem homo dexte ram manum languidaz quia ab elemosynis torpebat si nistram sanam quia sue vtilitati intendebat. ¶ Sed veniente domino dextra sanatur vt sinistra quia quod

Hieroni.
Luce vj.
Mar. iij.
Beda
Beda
Bernar.
Crisostom⁹.
Rabanus.
Crisostom⁹.
Hieronim⁹.
Mystice

congregauerat auide: modo distribuit caritatiue. Mystice etiam in hoc infirmo docuit quattuor necessaria penitenti scilicet q surgat a culpa per penitētiā q stet ī gratia per perseuerantiā q in medio per boni exempli euidētiam q extendat manū per bonā operationē. Extēde ergo manū primo ad pauperē in elemosynarum largitione secundo ad deū in feruenti oratione: quia fm Grego.

Gregorius.

frustra pro peccatis rogaturus ad deuz man⁹ expandit: qui eas pro posse ad pauperes nō extendit. Moraliter

Moraliter

homo habens manū aridā est peccator: habēt eīn quidā cor aridum: quia sine bona affectione sine cōpassione: qdā linguā aridā: quia sine bona locutione sine dei laude: qdaz manū aridam: quia sine bona operatione. Hec aūt triplex ariditas sumit ex similitudine arboris aride: quia tunc est vere arida quādo ē sine succo sine foliis sine fructu. Cor habēt aridū inuidi: linguā maliloqui: manū auari. Iste ex obedientia diuina manū debet extēdere ad pximū per elemosynarum largitionem: ille lingua loqui ad deū per deuotā orationē: alius cor eleuare ad celum per sanctā meditationē ꝛ sic sanatur peccator. Item fm

Theo.

theophilū: aridā dexterā habet manū quisqꝫ nō operatur: que sunt dextre partis: quia talis est impotens ad bona: sed potens ad mala. Ex quo eī manus cōstituit in operibus prohibitis extunc arescit in opibus bonis. Iterum vero restaurabitur: quando in virtute stans opabitur Per manū eī que est organū organorum cōuenienter intelligitur opus meritoriū ꝛ ideo manus ē arida que ē ad hoc opus inualida: sed cū ad verbū xpi surgit per gratiā tunc manū extendit per sanctam operationem. Potest etiaz per hominē manū aridā habentē signari piger ꝛ ociosus quia ad operandum est inualidus: sed cum ad verbum christi stat in medio virtutis: manus eius sanatur et ī bonis operibus exercetur. Specialiter tamen ꝛ precipue p hunc hominem auarus signatur: cuius manus ad opera pietatis ꝛ largitatis inualida reperitur. Huius manus sunt quinqꝫ digiti primus inordinatus desideriū habēdi secūs labor acquirendi: tertius sollicitudo cōseruādi: quartus studiū multiplicandi: quintus infidelitas dispensandi. Sed vt sanetur ei per grām dicit: extende manū tuaz qr cū ex dei dono ad opera pietatis extenditur tunc sanatur. Vñ Ambro. Audisti dñi verba dicentis. extende

Ambro.

manū tuā. Cōmunis ista generalisqꝫ medicina est. Et q putas manū habere te sanam caue ne auaricia: caue ne sacrilegio contrahatur. Extende sepius eam Extende illam ad pauperem qui te obsecrat. Extende vt proximū iuues: vt vidue presidium feras: eripias iniurie quem vides iniuste calumnie subiacere. Extēde ad deuz pro peccatis tuis. Sic manus extenditur: sic sanatur hec Amb. Igitur o auare qui manū aridā ꝛ contractā habēs nō vis dare: vis accipere nō vis largiri vis predari: extende manus tuas vt tribuas indigentib⁹: qr in hoc tibiipsi prouidebis ꝛ thesaurizabis in celis. Vñ Cris. Elemosynā faciamus ꝛ ne despiciamus a fame corruptos. Etenim tibi ipsi bñfacies magis illo benefaciens. Nā is quidē pūtia porrigens: tibiipsi vero futurā gloriam prede ponis hec

Crisosto.

Cris. Inter omnia ergo opa miscdie progatiuā habz elemosyna: qꝛ totiens ꝛ tā attente nobis inculcat diuina scriptura. (Pharisei autē) repleti insipientia ꝛ irrationabili iracundia: cū magis deberēt esse grati de diuino beneficio (exeuntes) de synagoga ꝛ de cōspectu christi: ꝛ a lumine recedentes (statim cum herodianis) pricipis secularis satellitibus (consilium faciebant aduersus iesum. quō eū perderent) fm Ambro. quō vitā pderent: nō quō vitā inuenirent. Iā ergo de morte ipsius tractabāt ꝛ hic

Ambro.

pmo loquit de procuratiōe mortis xpi. p qua tūc pmo ꝯsilii faciebāt. Magna insipiētia de nece eius tractare cui⁹ bñficijs plurimū indigebāt quoꝝ etiā ad hoc ñ ei⁹ culpa sed liuor mouebat Magna etiā eoꝝ fuit obstinatio. quia nec verbis xpi nec factis resilierūt a malo suo: sed amplius inuidia pmoti remanserunt in malo obstinati. Vnde

Crisosto.

Cris. Pharisei autē cōsiliū acceperunt scꝫ a dyabolo vt perderent eū. Inuidentes eīm xpo nolebāt eum facere signa ne gloriā acquireret ꝛ discipulos cōgregaret: sed turpitudinez inuidie sue sabbati defensione tegebant: vt in prima quidē facie viderent sabbati iusticiam defendere. reuera autē suā exequerent inuidiaz. (Iesus autē) sciēs machinationes eoꝝ: qr nihil eū latebat: recessit inde (cuz discipulis suis et ad mare secessit.) Recessit autem inde propter multa. Primo vt eis parceret ꝛ occasionē impietatis auferret: maloꝝqꝫ vtilitati ecclesie se seruaret. Secundo q nōduz venerat tps passionis sue prefinitū a patre: necdū impletē erant pphetarū scripture. Tertio qr nō aderat locus. s. hierusalem extra quam non fuit locus passionis eius Quarto propter dandum suis in persecutione fugiendi exemplum ne fuga eorum imputaretur ī peccatum Quinto propter humilitatis ꝛ patientie indiciū ꝛ cū possit aduersarios suos nutu dei deijcere ī abyssū Sexto ad ostendendū vere humanitatis signum: cūz licet ipse mortē nō timeret tñ tanqꝫ homo fugit a consilio malignantiū. In quo etiā nos docuit: vt ab illis recedamus quos bonis monitis semp deteriores fieri videm⁹. homines enī in malis obstinati vix possunt p ratione cōspesci. vñ Cris. Sciēs autē dñs cōsiliū eorum nō diu con-

Crisosto.

tendit sed vna reddita rōne recessit. ne magis insaniā eorū excitaret: qr non potest fieri vt malicia rōne placetur. Ignorantia quidē rōne placatur: malicia autē ampli⁹ exacerbat. Sciens ergo paratos illos esse ad malefaciendum secessit nō quasi timidus subtrahens se ab eis: sed quasi misericors parcēs eis ne eos ad op⁹ impiū ampli⁹ irritaret Quāuis eīn qui parat⁹ est malū facere apud deū iā fecit tñ qui intelligit paratū eē aliquē op⁹ malū facere et irritat eū dans ei occasionē vt cōpleat malū ipse particeps est peccati eius. Ut quid enim res mala p te exitum suū inuenit Et qui sine te fuerat paratus: aut quantū ad voluntatē suā iam perditus erat: vt quid p te impleta ē pditio ei⁹ hec Cris. (Et multi) infiniti (secuti sunt eū) ex eo q viderāt predictū hominē curatū (curauit eos oēs) remunerans fidē ipoꝝ forsitan qr oēs digni fuerāt curatione. Docti ergo visis signis persequitur: indocti opinioē ei⁹ ducti amando sequūtur: ꝛ ideo curari merent. Vnde

Remi.

Remi. Quē pharisei vnanimi consilio perdere querunt. turba indocta vnanimi dilectione sequit. vñ mox sui desiderij consequitur effectum si vis ꝛ tu curari si vis sanari: si vis a mortis periculo liberari. sequere ꝛ imitare iesum: ipse enim neminē repellit omnes qui eum sequuntur sanat. Per phariseos qui diuersi interpretantur discoli q dissentiones faciunt signant: per herodianos vero supbi qui gloriosi ī pellib⁹ interptant. Isti vero consilium faciunt contra iesum q cū humilib⁹ ꝛ caritatē habentib⁹ conmorat: ꝛ ideo recedit ab illis se elongando ꝛ humilib⁹ eū sequentibus benefacit: bñficia salutis īpendendo (Et pcepit eis) q curati erant (ne eū) diuulgarent ꝛ (manifestū facerent) vt inanē gloriā ꝛ gloriandi de se iactantiā declinaret: ꝛ vt nobis exemplū vitandi eā daret. Non prohibuit dñs miraculorum pdicationes ad vtilitatē audientiū sed in beneficijs vane glie appetitū. Vñ ambro. Hic

Ambro.

mystice instruit nos ne cū magnū aliquid facimus: laudē foris credamus. Vñ ꝛ Cris. Ubi quidē propter alios

Cris.

alij curantur nō precepit eis vt nemini dicerent q̄le ē vbi oculos ceci nati aperuit ꝛ paralyticum triginta et octo annis iacentem erexit. Ubi autē nō propter alios sed ppter meritū ipsius curat hoīez. pcipit ei vt nemini dicat sicut ꝛ leproso mundauit. Ideo ꝛ istis pcepit ne vulgarent eum qr ppter ipsos solos curauerat eos: qr nō estimationem hoīm miraculis venabat: sed credentiuz desiderabat salutē hec cris. (Et venerūt in domum) quādam ad hospitandū (et cōuenit iteruz turba) ad audiendum dei verbum: ꝛ tunc ita feruenter intendebāt predicationi q ipse et discipuli eius nō habebāt tempus panem manducandi. Hoc est contra illos qui dimittunt op⁹ pdicationis:

Beda

ppter curam et saturitatem comestionis vbi beda. O q̄ felix occupatio saluatoris quam beata frequentia turbe confluentis cui tantum studij ad audiendum verbū dei tantū fuit cure ad obtinendam salutem vt auctori salutis q̄ cū eis qui secum erāt ne vescēdi q̄dē hora a solatio vite miseris impendendo libera maneret. Utinam dn̄e iesu et in nostri tpibus cui tantū gratie tuis fidelibus largia ris q̄ doctores suos assiduitate discendi non solum ab appetitu carnalium voluptatū verūetiā nonnunq̄ ab ipsa quoqꝫ panis quotidiani perceptiōe prepediat hec bed. (Et cum sui) scʒ iudei qui ex parte matris de cognatōne sua erant viderent insolitum feruorē in eo ⁊ audirēt alti tudinem diuine sapie quam capere non valebant estima bant eum mente alienatum et in furorem versum. sensu perdito loqui et (exierunt tenere eū) ⁊ ligare ne sibi vel a lijs posset nocere vbi beda. Uere sicut ipse dicit alibi.

Beda

Non est propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua. Quem enim exteri quasi auctorem vite et sapiē tiam dei adire et audire desiderant hunc propinqui qua si mentis impotem esse ligandum decernunt. Allegori ce autem in eo q̄ turba ad istum conueniente frequenti. vt furiosus a suis contemnitur salus credentium de gen tibus approbatur et inuidia iudeorum et perfidia notat de quibus ait iohannes. In propria venit et sui eum nō receperunt hec beda. Similiter et hodie qui ad sequendum christum sunt feruidi a mundanis hominibus insa ni reputantur ⁊ per eos quantum possunt a bono retinētur. O quantum vna non dico mensura sed gutta huius vini valeret que hanc insaniam induceret. Felices q̄ hac laborant insania vt de illis dici possit illud sapiētie Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam vtinam et ego miser vnus de illis merear fieri ac cum eis inter filios dei computari et inter sanctos sortē habere Orō.

Domine iesu christe rogo te per viscera misericordie tue vt me mancum ad faciendum opera bona inualidum digneris misericorditer sanare ⁊ ad omne opus bonum fortem et aptum facere. Fac me stare in medio virtutum vt te iubente et faciēte extendā ad iusticiam non ad iniquitatem manus meas meqꝫ in bonis exercendo tuum beneplacitum in omnibus faciā et in malis arescendo ab offensa tua oīno abstineam. Da michi bone iesu vt pre omnibus diuitijs et delicijs seculi intendam verbo dei ac me ee et aliorum saluti. Amen.

De demoniaco ceco et muto. Ca. lxxiij.

Mathei ⁊ luce xj.

Post predicta oblatus est ei homo demonium habēs cecus ⁊ mutus sed lucas mutum i. s. non cecum dicit ta cens quod matheus expressit Nec talia sunt in demone form aliter sed solum effectiue qr effecerat hominem cecum et mutum et ideo ipso eiecto vidit et loquebatur hō vnde sequitur (Et curauit eum) In quo notatur demonio liberatio (ita vt videret) in quo cecitatis illum inatō

Hieroni.

(et loqueretur) in quo loquele restitutio vbi hiero. Tria signa simul in homine ppetrata sunt cecus videt mutus loquitur possessus a demone liberatur. Quod tūc quidē carnaliter factū est ſʒ quotidie cōplet in cōuersatiōe fidelium vt expulso demone primum lumen fidei accipiant deinde in laudes dei taceentia prius ora relaxentur vnde

Augusti.

⁊ aug. Demonium enim habens cecus ⁊ mutus est q̄ nō credit deo ⁊ subditus est dyabolo q̄ non intelligit ⁊ non confitetur ipsam fidem vel q̄ nō dat laudē deo vnde etiā

Crisosto.

Criso. Ne aliquis putet qr sufficit hoi fideli cognoscere deum est et necessarium confiteri deū ⁊ iō cecū ⁊ mutuꝫ curauit oculos ad cognoscenduꝫ os ad confitendū deū. Qui cognoscit ⁊ nō confitetur ille etsi oculos mentis habeat curatos tñ adhuc mutus est. Qui ergo vidēs nō facit precepta dei et qui loquens nō loquitur laudē dei ⁊ gratiā ille etsi loquitur et videt q̄tum ad deuꝫ tñ ⁊ mutus ⁊ cecus est. Nō enim ille videt deum qui scit deū sed qui timet ⁊ diligit deum. Et q̄ orat ⁊ psallit ⁊ non facit q̄ laudat ille corde loquitur anio aūt tacet hec cris.

Moraliter

Spūaliter demonium ille hʒ q̄ in pctō mortali perseuerat. Quādiu em pctm̄ in hoīe regnat tandiu victus et captiuus a dyabolo possidetur et vexatur. Vexat autē demonium triplex supbia in mēte ɔcupia in carne cupiditas in rebus qr oē qđ est in mūdo ɔcupia carnis ē aut ɔcupia oculoꝝ et supbia vite. Hoc aūt triplex demoniū fac mutū nā cū loqla data sit hoi ad laudādū deū ⁊ grās agēdū ad loqndum veritatem ⁊ edificādum primū ad ɔfitendū pctm̄ ⁊ veniā de eo petēdū primā loqlā aufert supbia q̄ qđ deū ⁊ laudē vsurpat sibi scdaꝫ aufert auaricia q̄ soli sibi intendit nō primo tertiā aufert luxuria ⁊ maxime ɔ naturaꝫ vñ zodoma interptat silentiū siue muta. Itē fac cecū vt ad salutē suā ptinentia ⁊ sibi pficua nō videat ⁊ eā lucē q̄ ait ego sum lux mundi nō sequatur ſʒ in tenebris ambulet. Hic demoniacus cecus et mutus si dn̄o offerat si ad pniam ɔuertatur mox ih̄s curabit eū ita vt electo demonio videat et loquatur. Abūdat demonis malicia superabundat diuina clemētia. In isto demoniaco malicia demonis multum abundauit qr eum tenebat obsessum ipsum fecerat cecum ⁊ mutum ac fm cris. etiā surduꝫ ſʒ dei

Crisostom⁹.

miscdia in ipso abundauit qr demoniū ab obsesso eiecit loquelam sibi restituit lumen reparauit ⁊ auditū reseruauit. Per hunc igitur hoīeꝫ sic curatū intelligi re possum⁹ pctōrē iustificatū cui deus spūaliter quatuor bñficia supradicta concedit. Primū est q dyabolū ab eo expellit Pctōr eni dyabolū in domū aīe sue inducit ſʒ xp̄s euꝫ expellit vt eam inhabitet. Domus aūt aīe tria hʒ solaria vnū supius s spm̄ aliud inferius s corp⁹ tertiuꝫ medium scʒ aīaꝫ. Deus in supiori solario s spū habitat qū ipse spiritus contemplationi vacat. hitat in solario medio s in aīa qū ipsa intendit interne meditationi. hitat in solario inferiori i in corpe qū ipm corpus exercitatur et intēdit mortificationi. Scdm bñficiuꝫ ē qr deus pctōri linguam apit Deus dedit hoi linguā ad tria. s. vt deum laudet vt pximum edificet vt in cōfessione corā deo se repheundat ⁊ accuset. Pctōr autē qr lingua sua ad ista tria non vtitur iō recte mutus dr. Cū ḡ deū incipit laudare primum edificare ⁊ se accusare tūc loqt ⁊ lingua ad debita officia vtit Tertiū bñficiū ē qū deus pctōri lumē restituit. Signum aūt qr ipse sic luminatus est qū videt ante ⁊ retro a dexteris et sinistris. Ille habʒ oculos retro q̄ considerat ⁊ cogitat pctā q̄ fecit q̄ multa q̄ turpia q̄ grauia et inde habet dolorem. Ille hʒ oculos ante se qui videt ⁊ cogitat de iudicio dei futuro ⁊ inde habʒ timorem. Ille hʒ oculos a dextris qui videt ⁊ cogitat mundi prospera q̄ sint caduca et vana ⁊ ad ea nō allicit p amorem ſʒ resilit p aspernatōeꝫ Ille hʒ oculos a sinistris qui videt mundi aduersa q̄ sint breuia et vilia et ideo in eis nō frangitur p impatientiaꝫ Quartum bñficium est qū deus pctōri auditum restituit Est eni pctōr surdus qz nō audit deū ammonentē nec deum bñfacientem nec deū inspirantē nec deū comminantem tūc aūt surdus auditū recipit qū deū in hmōi audit (Et stupebant turbe) s. simplices diuinā virtutē in xp̄o admirantes (et dicebāt. Nunqd iste est filius dd̄) q d sic q hic est xp̄s nobis promissus de semine dd̄. Moraliter

Moraliter.

eiicit demoniū in ɔtritiōe loqt q̄ prius erat mutus in cōfessione admirantur turbe in satisfactiōe s qū vident bñ operari q̄ nō solebat nisi mala facere. Scribe aūt et pharisei s frati ⁊ maiores inuidie nequicia pleni audientes turbas scilʒ ipm̄ ɔfitentes esse xp̄m pter euidentiam facti (dixerūt) in corde et cogitatiōe (In beelzebub pncipe demonioꝝ eiicit demonia) ⁊ sic in spm̄ scm̄ blasphemabant qr spiritui scō cuius opus est demones eiicere et sanitates perficere contumeliā inferebāt. Quia eni factuꝫ mirabile negare non poterant iō modum faciendi calūniabantur ⁊ sic factum infamare conabantur dicentes se sum xp̄ʒ per aliquem demonē superiorē sibi etiā familia

Cris.

rem ⁊ priuatū eijcere demones inferiores de corpib⁹ obsessoꝝ. Nā vt ait Crís. Inuidia nō q̄rit q̄d dicat: sed solū vt dicat. Sic ⁊ hodie multi cū nō psūt aliorum verba vel facta directe reprehendere conantur intentionem et modum eoꝝ infamare: vbi Beda.

Beda.

Turbis autē que minus erudite videbant dn̄i facta mirantibus: scribe ⁊ pharisei vel negare vel sinistra interpretatiōe puertere laborabāt quasi nō diuinitatis sed immundi spiritus opera fuissent. Scđm eundē Bedā nomia idoloꝝ a belo habuerunt originē Nin⁹ eni rex cōditor vel potius reparator niniue: belo patri suo qui fuit prim⁹ rex assyrioꝝ statuā p⁹ mortē ei⁹ cōsecrauit: ad quā cōfugientes qui forte fecerāt veniā merebant. Unde ipsā statuā ceperunt venerari: ⁊ tandē instigante diabolo diuini honores sunt ipsi statue attributi: ⁊ incepit cultus idolatrie. Cuius simulacri consuetudinem caldei suscipientes vocauerunt beel. palestini beal. moabite beelphegor sm̄ diuersitatem linguarum: iudei autem vnius dei cultores: in derisionē gentium beelzebub appellabant: quod sonat vir seu princeps muscarū propter multitudinē muscaꝝ que in templo eius erant propter sordes immolati sanguinis quem musce sequi solebāt in hoc simulacro dicebant iudei principem demoniorū habitare: tum quia in eo fuit principiū idolatrie: tum quia nullum idolū inueniebat illo efficacius: tum quia cult⁹ eius erat generalior apud omnes gentes. Licet enim quelibz natio habet alios deos spāles: hūc tamē tanq̄ vlēm deū venerabant oēs. Itaq3 in virtute principis demoniorū qui in hoc idolo habitabat pharisei dn̄m facere miracula dicebant. Unde Remigius.

Remigius.

Beelzebub aūt ipse ē beel ⁊ baal ⁊ beelphegor. Bel fuit pat Nini regis assyriorum baal dictus ē quia in excelso colebat: beelphegor a loco id ē a monte phegal zebub seruus fuit abimelech filij gedeonis qui occisis lxx. fratribus edificauit templū baal: ⁊ cōstituit eū sacerdotem in ipso ad abigēdas muscas que ibi cōgregabant propter nimiū cruorem victimarū: zebub nanq3 musca dicitur. Beelzebub ergo vir muscaꝝ interptat: vnde propt spurcissimū ritum colendi dicebant eum esse principem demoniorū. Nihil ergo sordidi⁹ inuenientes qđ dn̄o obijcerent dicebāt eū in beelzebub eijcere demonia hec Remigi. Hoc aūt totū ex inuidia faciebāt: de qua hic dicit Cris.

Crisosto.

Tale quid ē emulatio: qua nō vtiq3 erit malicia alia deterior. Sicut eni porcus gurgite: ⁊ demones iactura nr̄a: ita ⁊ emulator proximi letatur malis: ⁊ quēadmodū scarabei nutriūtur stercore: ita ⁊ hic aliorū infortunijs hec Cris. Ubi notanduz q̄ demones habēt sua officia valde ordinata in malum. Est enim vnus demon qui pēst superbie ⁊ vocatur lucifer: et iste multos hz satellites q̄ sibi astant ⁊ multos subiectos qbus principat. s. oēs supbos. vn̄ Job. Ipse est rex super omnes filios superbie. Et hic expellitur per verā humilitatē cordis. Ali⁹ q̄ pēst luxurie: ⁊ iste vocatur asmodeus de quo dicitur in Thobia q̄ interfecit septem viros sare iste enim odit legitimū matrimoniū: ⁊ ideo p hūc modū volebat trahere hanc puellam ad fornicationis vicium. Et iste demon multos habet satellites qui sibi assistunt: et multos habet subiectos sc3 omnes luxuriosos. Et hic expellitur per ieiunium ⁊ mortificationē corpis. Terti⁹ ē q̄ pēst auaricie: et vocatur mamona vn̄ dicit in Matheo. Nō potestis seruire deo ⁊ mamone. Et iste multos habz satellites qui eum iuuant ⁊ multos subditos super quos regnat sc3 super oēs auaros. Et hic expellit p tēporaliuz abiectionē que fit aut totaliter sicut faciunt perfecti qui omnia dimittunt aut particulariter sicut faciunt qui de sua abundantia pauperibus largiuntur. Quartus est qui preest immundis cogitationibus ⁊ rancoribus et inuidijs ⁊ malis affectionibus ⁊ vocatur beelzebub i. vir muscarū immittit enim muscas i cogitationes immundas: odia et voluntates malas que dicuntur musce: quia ad animam circo volant et ipsam cōmaculant. Iste autez demon multos habet satellites qui eum adiuuant: et multos subditos quib⁹ preest. Et expellit p cōfessionē et sacerdotalē absolutiōem. Ihs autē (videns cogitatiōes eoꝝ) pbat pluribus rōnibus q̄ nō in beelzebub: sed in digito ⁊ spū dei eijcit demonia: ⁊ q̄ miracula q̄ faciebat non poterāt attribui spiritui maligno: sz oportebat ea attribui spiritui diuino. Cōparatur autē spiritussanctus digito propter tria. Primo ppter pcessionē: q2 sicut manus ⁊ brachium procedunt de substantia corporis: et digitus de manu ⁊ brachio ⁊ etiā a corpore: ita filius a pr̄e: et spiritussanctus a patre et filio. Secūdo ppter ptitionē: q2 sicut in digito sūt plures articuli distincti iis diuersa et distincta sūt dona spiritussancti. Tertio propter operationē. quia sicut manus et brachium operat per digitos: sic filius p spiritūsanctū: filius autē manus et brachiū patris dict⁹ ē: q2 cuncta p eū operatur. Ad cogitationes vero eoꝝ respōdit et in hoc deitatē suam ostēdit. q2 sol⁹ de⁹ cogitationes scit vt vel sic cōpellerent credere in eū qui cordis occulta videbat. Nam sm̄ Criso.

Crisost.

cū eorum suspitio irrōnalis esset metu multitudinis non audebant eum diuulgare. Probat ergo primo rōne tali: quia si per demonē aliquē eijceebat alios: sequitur q̄ diuisio esset inter eos: et sic nō posset diu stare ptās diaboli: et ex hoc sequitur aduent⁹ xpi per quem potestas demonis debebat auferri. Unde dicit (Omne regnū in se et cōtra se diuisū) vtpote p discordias principum cōtra se alternatim pugnantiū (desolabitur) et dissipabitur. et omnis ciuitas vel domus diuisa cōtra se p cōtrarias volūtates et opatiōes nō stabit sz dissoluet. Nā sm̄ Hiero.

Hieron.

cōcordia parue res crescūt: discordia maxime dilabunt Inductionē facit in tribus. in regno. in ciuitate in domo sm̄ triplicem vnitatē sub qua viuunt homines. Aliqui enī viuunt tm̄ sub vna lege vel parte. et hi p regnū. alij sub vna cōsuetudine et hi p ciuitatē alia sub vno. victu. ⁊ societate et hi per domum. Item a regno ciuitate et domo sumit exemplū id ē a magno mediocrib⁹ et paruis vt p hoc rōnem suā ostēdat fortiorē sufficientē vn̄ Cris.

Crisost.

Nihil enī est in terra regno potentius. sed tm̄ p altercationē perit. Quid aūt dicendū de ciuitate vel de domo. Siue magnū siue paruū fuerit. contra seipsū pugnans perit: hec Cris. Sed (si sathanas) p me et ad meū imperium expellit et (eijcit sathanā) demonū regnū diuisum est contra se et discors sibi: quia contra se pugnant. et ergo regnum et ptās malicie ipsorum stare nō potest. et ita finis mundi erit: q2 vsq3 ad finē mūdi fubunt hic ad tēptandū nos. Regnum enim sathane est in malis hominib⁹ quos sibi subditos tenet: quod ante finem mundi nō cessabit: tū propter diuine iusticie ordinationem. et hoc ad hominū exercitationem. tum propt pphetiarū nōdū impletionē. Un̄ Cris.

Crisost.

q.d. Regnū cōtra se intestino bello diuisum necesse ē desolari. quod et in domo et in ciuitate videtur. Quocirca et si sathane regnum in seipm̄ diuisū est: ita q̄ sathanas ab hominib⁹ sathanā repellat: desolatio regni demonum appropinquauit. Regnū autē eoꝝ in hoc est q̄ homines subditos tenent. Si igitur ab hominib⁹ pellunt hoc nō est aliud q̄3 regnum eoꝝ dissolui. Si autez adhuc in hominibus potestatē tenent manifestū ē q̄ regnū maligni adhuc stat et non est cōtra seipsum diuisum. hec Cris.

Moralit.

Moraliter regnū diuisū ē anima homis mali cuius sensualitas rebellat rōni. et hoc regnū desolat. q2 xp̄s qui ē veritas inde recedit et diabolus ingreditur. Itē p regnū in se diuisum signatur omnis congregatio carens concordia et pace. in qua sunt duo sathane quorū quilibet nitit suam partē ampliare. vt sic possit alteri parti preualere. et talis congregatio desolabitur et concordia dissipabitur. q2 si sint a se diuisi p cōtrarietatem effectuum nō potest durare sed deficit domus et congregatio eorū. Sed heu vt inueniunt aliqui homines qui tantā cōcordiā hn̄t in bono. quātā mali spūs in malo. Cum enī sint infiniti et innumerabiles. omnes tamen in eo cōcordāt q̄ nihil nisi malefacere desiderāt. Et vtinam sic homines in bono concordarēt. et ad faciēdū

bonum se mutuo animarent. ¶ Deinde probat idem hoc secunda ratione que talis est. Eiusdem ptãtis est electio demonum p me ꝛ p filios vestros sꝫ illi scđꝫ vos nõ eiiciunt demonia in pricipe demoniorum ergo nec ego. Unde dicit (Et si ego in beelzebub) i. auctoritate principis demoniorum (eiicio demonia) a corporibus obsessis (filii vri) .i. exorciste scđm bedã ꝛ rabanũ vel apli de eis nati scđꝫ aug. ꝛ hiero. (in quo) .i. in q̃ ptãte (eiiciunt) q. d. Cum nõ possitis attribuere electionem p filios vros factam nisi virtuti divine pet ꝯsis nec electiões factã p me (Ideo ipsi iudices vri erunt) .scꝫ exorciste vos condemnantes de mendacio qđ dicitis ꝯtra me q̃si in virtute dei eiiciunt. multoplus ꝛ ego cuius oppositum mẽdaciter affirmatis hoc demoni attribuendo. Vel apli de eorum stirpe geniti qui sibi bñ conscii sunt nil male artis a christo didicisse erunt iudices eorum in futuro scꝫ assessione et approbatione iudicii q2 sedebunt in xii. solio iudicantes xii. tribus isrl. ¶ Deinde elisa falsitate phariseorum astruit veritatem quia ex quo nõ eiicit virtute dyaboli sequitur q̃ eiicit virtute dei cum aliud mediũ non possit dari. Dicit ergo (Si) id est q2 (in digito ꝛ spũ dei eiicio demonia) et sic expello regnum dyaboli vt conclusum est ex predictis et expulsio unius contrarii est introductio alterius (profecto peruenit in vos regnũ dei) i. ego xps q̃ deus debeo regnare in vob q̃re ergo me blasphematis. Vel (regnum dei) i. tps grẽ ad merendum regnũ glie qđ vobis offertur dum per verba veritatis ꝛ miracula potestatis predicat vel (peruenit in vos regnum dei) .i. aditus regni celorum patefactus est vobis ꝛ credentibus. Probato ergo q̃ demon non est actor miraculi deinde consequenter probat christus multipliciter q̃ ipse non est minister dyaboli et prima ratio est talis. Minister non est potentior actore. sed xps potentior est dyabolo ergo xps non est minister dyaboli. Hoc autem ostendit sic. Non enim (potest quisq̃ intrare in domum fortis) domum suam custodientis. (et bona eius diripere nisi prius) tanq̃ fortior (alligauerit fortem et tunc) eo victo (domum et vasa arma et spolia illius diripiet) auferet (ꝛ distribuet) Dyabolus fortis est fortitudine naturalium bonorum de quo scribitur in iob q̃ non est potestas super terram que ei comparetur. Arma eius sunt astutie ꝛ doli nequiciarum spiritualium ei omnes species pctõꝝ. Domus ꝛ atrium eius est mundus in quo principabatur vsq; ad saluatoris aduentum Vasa ꝛ spolia eius sunt homines obsessi vel decepti a dyabolo Quo custodiente atrium suum in quo sicut in domo habitabat in pace fuerunt omnia sua q2 nemo sibi resistebat et adhuc (in pace sunt) ad eum (omnia que possidet) id est omnes peccatores qui ei obediunt et fauent.

Gregori.

q2 secundum grego illos pulsare negligit quos quieto iure possidere se sentit. Sed (fortior eo) scꝫ christus (superueniens) .i. desuper de celo veniens (vicit eum) temptationibus eius viriliter resistendo et passionem ab eo pcuratam patienter sustinendo eoq; in infernum relegato et sub pede domini contrito (vniuersa eius arma) id ẽ callidissimas versutias nequitie spiritualis (in quibus cõfidebat) abstulit eas compescendo et deregendo (et vasa eius diripuit) id est peccatores dyabolo subiugatos a potestate eius eripuit (ꝛ spolia eius distribuit) .i. peccatores prius a dyabolo captos diuersis officiis ecclesiasticis assignauit quia quosdam apostolos alios euangelistas hos prophetas illos pastores ꝛ doctores ordinauit

Beda

secundum bedam distribuit spolia in regno ecclesie tam militantis q̃ triumphantis in diuersis dignitatibus et premiis Et quia christus ista fecit sequitur q̃ potentior est demonibus ꝛ ideo non est minister eorum nec virtute eorum egens ad eiiciendũ Ex q̃ etiã ꝯcludit q̃ ipse sit vere xps q2 in aduentu xpi potestas demonis erit diminuenda ꝛ arcẽda. Nõ ergo debem⁹ esse securi q2 aduersarius noster fortis victoriis vocibus cõprobat nec debemus desperare q2 princeps noster fortior illo non dubitatur.

Crisostom⁹.

Vñ criſ. Non dꝫ hostẽ timere fortẽ q̃ hꝫ principem fortiorẽ Sꝫ vigilemus ꝛ laboremus ne fiducia principis fortioris cõtemnamus aduersarium nrm. Nam si contendimus contra eum fortiores illo sumus si autẽ negligimus ille fortior inuenitur. Fortẽ eñ dyabolũ nostra negligẽtia facit non illius potentia hec criſ vñ ꝛ greg. Dyabolus cũ ei resistit est debilis sicut formica cũ vero eius suggestio recipitur est fortis vt leo. Et hiero. Temptamenta si ad te respicias grandia sunt si ad deum bellatorem fortissimum ludus et vmbra sunt. ¶ Deinde ponit secundam rationem que talis est. Minister et actor concordãt in voluntate sꝫ xps ꝛ dyabolus habẽt cõtrariã voluntatẽ ergo xps nõ est minister dyaboli Et hoc est qđ dicit (Qui non est mecũ) in bono cõueniẽs mee volũtati (contra) seu aduersum (me est) ꝛ huiõi est dyabolus quia xps vult animas saluare sꝫ dyabolus vult eas perdere. Xps vult homines a peccatis retrahere ꝛ ad virtutes reuocare dyabolus ad peccata trahere et p vicia distrahere vñ hiero. Dyabolus qui cum dño non est contra ipm est q2 ille vult aĩas tenere captiuas quas xpus liberare desiderat. ¶ Deinde ad idem ponitur tertia ratio. Eadẽ sunt opera actoris et ministri sed non eadẽ christi et dyaboli ergo xps non est in operando eius mister. Et hoc est qđ dicit (Et qui non cõgregat seu colligit mecũ) sub fidei vnitatem in ecclesie sinũ in oliue supernũ (spargit siue dispgit) sicut lupus et hic est dyabolus qui diuersas sectas et hereses ac scismata quantũ põt introducit diuersa enim sunt opera xpi ꝛ dyaboli q2 xpo colligit dispersa sed dyabolus dispargit colligata. Ille predicat ydola hic vnius dei noticia. Ille trahit ad malum hic reuocat ad bonum His ergo ꝛ aliis modis dyabolus est contrarius christo et non est secum p concordiã in volũtate ꝛ facto ꝛ ideo nõ ẽ secum nec cooperat sibi in eiiciendo demones et expellẽdo vñ criſ. Qui igitur non mecum est neq; mecũ ꝯgregat non erit michi cooperator vt mecum demones deiiciat sꝫ magis que mea sunt spargere desiderat. ¶ Deinde post instructionem veritatis subdit cõminationem damnationis. Quia enim eos induratos sermonibus insensibiles videt ad comminationes terrores se cõuertit et blasphemiam spiritussancti per quẽ peccabãt dicẽtes opus spiritussancti in beelzebub fieri dicat omnino carere venia in hoc seculo et in futuro intellige tñ nisi peniteãt de peccato vñ criſ. Quia dño phariseis excusando respõderat iam eos terret est enim hec correctionis non parua pars non solũ excusando rũdere sꝫ et comminari Dicit ergo q2 non vultis acquiescere rõnibus nec opibus immo blasphematis (ideo dico vobis) veraciter ꝛ p certo (q̃ omne peccatum ꝛ blasphemia) s procedens ex humana infirmitate vel ignorantia (remittetur hoibus) p pñiam .i. remissibile peccatum est de se quia non obuiat directe principio per quod fit peccatorum remissio sicut obuiat petm in spiritumsanctum cuius sex sunt species scilꝫ desperatio presumptio obstinatio finalis impenitentia inuidẽtia fraterne gratie impugnatõ veritatis agnite vnde subdit (Spiritus autẽ blasphemie nõ remittetur) .i. difficile ꝛ vix remittetur q2 vix aut nunq̃ tales penitent et hoc peccatũ non habet annexam excusationis rationem. Ex hoc ptꝫ differentia inter peccatum blasphemiam et spiritũ blasphemie q2 duo prima sunt remissibilia tertium non. Peccatum in se vel in alterum blasphemia in deum que si est ex ignorantia vel infirmitate dicitur simpliciter blasphemia si ẽ ex certa malicia dicitur spiritus blasphemie. Vnde blasphemia erat in turbis sed spiritus blasphemie in phariseis qui sciẽtes scripturas ex inuidia impugnabãt opera xpi et ex certa malicia blasphemabant deum dicẽtes falsa de ipso quando miracula diuinitus facta attribuebant dyabolo quod erat impugnatio veritatis agnite quedam species peccati in spiritumsanctum. Blasphemia quippe est per quam de deo falsa dicuntur. Sed secundum aug. raro iã inueniunt q̃ blasphemãt lingua sed

Gregorius

Hieronim⁹.

Hieronim⁹.

Crisostom⁹.

Crisostom⁹.

Augustinus

multi viri. Quidā autē blasphemant ex coactione. et hi
peccant in patrem per infirmitatē que est cōtraria pris
potentie. quidā ex deceptione ꝛ hi peccant in filium per
ignorantiā que cōtrariatur filij sapientie. quidā ex studio
et hi peccant in spiritūsanctū per maliciā que est contra
ria bonitati spiritussancti. Primum et secundū dimittiē
digne penitentibus qꝛ ex aliqua circunstantia remissiōe
dignum est. scʒ quia per infirmitatē vel ignorantiā com-
missum est que peccatum attenuant. sed tertium non re-
mittetur id est remissione dignum non erit. qꝛ circunstan
tiam excusantē non habet. Inexcusabiliter enim mereē
supplicium qui si voluisset potuit vitare peccatum. Vñ

Bernardus.

Bern. Potentia ad patrem. sapientia ad filium. caritas
pertinet ad spiritūsanctum. Hoc est quod alibi dicitur.
peccare in patrem. peccare in filium. peccare in spiritum
sanctum. Quando enim ex fragilitate peccamus in pa-
trem quasi contra potentiam peccamus. quādo ex igno
rantia peccamus in filium quasi contra sapientiam pec-
camus quando vero ex malivolentia peccamus in spiri
tumsanctum peccamus quasi contra dilectionem. Et iō
peccare in patrem et filium hic siue in futuro remittitur
quia qui ex fragilitate vel ignorantia peccat sicut aliquā
excusationem habet in culpa ita etiam aliquam remissio
nem habere debet in pena. siue in hoc seculo si penitue-
rit vt facilius consequatur indulgentiā siue in futuro. si i
malo perseuerauerit vt tolerabiliorem sentiat penā. Qui
vero ex malicia peccant eorum delictum nullam excusa
tionem habet. et ideo pena eorū remissionem habere nō
debet. qꝛ si penituerint in hoc seculo plena satisfactione
mulctandi sunt. si non penituerint plena damnatione in
futuro seculo. non qꝛ penitētibus venia denegetur sʒ qꝛ a
pleno peccato plena retributio debeatur. Hec bernar.
Spiritus ergo blasphemie nō remittetur homini. nō qꝛ
et negetur remissio si peniteat sed qꝛ hic blasphemus exi
gentibus malis meritis sicut nunqꝫ ad remissionem: ita
ad penitentiā peruenturus est. vnde ait Johannes. Est
peccatum ad mortem non pro illo dico vt roget quis. Fm

Gregorius

Greg. Peccatū ad mortem est peccatū vsqꝫ ad mortem
pro quo non est rogandū. qꝛ scʒ peccatum quod hic non
corrigitur eius venia frustra postulatur. Peccatū ergo i
spiritūsanctum est obstinatio vel pertinatia mentis i ne
quicia obdurate procedens ex presumptione vel despe-
ratione. Qui enim presumit de misericordia dei promit
tens sibi impunitatem putans ita deum peccata impu-
nita relinquere eo ipso obstinatur. id est pertinaciter i pec
cato obduratur peccata peccatis superaddens ꝛ ita pec
cat contra iusticiam spiritussancti qui ita misericors est i
iusticia qꝛ est et iustus in misericordia qui oleum habʒ cū
vino et viceuersa. Qui autē propter magnitudinem sce-
leris desperat de misericordia dei tanqꝫ magnitudo pec
cati sui excedat magnitudinem misericordie dei inde ob
stinatur peccata peccatis superaddens de peccato i pec
catum effrenata libertate ruens quousqꝫ ad cumulū dā-
nationis veniat. Sed quāuis tota etiam trinitas peccata
remittat. hmōi tm̄ peccatū ideo specialiter attribuiē spiri
tuisancto. qꝛ spiritussanctus amor est patris et filij et be-
nignitas vtriusqꝫ. Qui autē desperat vel presumit spe-
cialiter facit illi iniuriam cuius benignitati attribuitur re
missio peccatorum qꝛ putat eum immisericordē vel iniu-
stum qꝛ sicut ex misericordia peccata remittit ita ex iusti
cia ea impunita non relinquit. Male ergo de iusticia vel
misericordia spiritussancti sentit qui desperat vel presu-
mit. Sicut ergo morbus incurabilis diciē q̄ directe tol-
lit remedia per que expellitur morbus et curaē vt eū tol
lit virtutē nature vel virium naturalium deus tm̄ q̄ est sup
oīa pōt curare eū sic peccatū in spiritūsctm̄ cōtemnit et
excludit illa per q̄ pctm̄ debet curari ꝛ vitari vt timorem
diuine iusticie et spem venie ꝛ hmōi. ꝛ sic ex sui natura di
citur irremissibile deus tm̄ sua benignitate omne peccatū
penitētibus remittit. vñ diciē irremissibile quasi de diffi-

cili et vix remissibile. De hac materia sic dicit augu. Dico

Augusti.

caritati vestre forte in oībus sanctis scripturis nulla ma
ior questio nulla difficilior inuenitur in eo qꝛ ait q̄ blasphe
mauerit in spiritūsanctū nō habet remissionē in eternum
non quocūqꝫ modo blasphemauerit reus erit huius re-
missibilis delicti sed modo quodā quē nos querere atqꝫ
intelligere voluit qui hanc sniam veram terribilēqꝫ de-
prompsit. In spūs enim sancto quo in vnū dei ppl's congre
gatur. eijciē spūs inmūdus q̄ in seipm̄ diuisus ē. Cōtra
hoc donum gratuitū cōtra istam dei grām loquiē cor im
penitens. Ipsa ergo impenitētia est spūs blasphemie (q̄
nō remittetur neqꝫ in hoc seculo neqꝫ i futuro) Cōtra spm̄
eñ sanctū quo baptizanē quoꝝ pctā oīa dimittunē quā
accepit eccl'ia. vt cui dimiserit pctā dimittantur ei verbū
valde malum et nimis impiū siue cogitatione siue etiam
lingua sua dicit. quē patientia dei cum ad penitentiā ad
ducat ipe scdm̄ duritiam cordis sui et cor impenitēs the
saurizat sibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij di.
qui reddet vnicuiqꝫ scdm̄ opa eius. hec ergo oīno impe-
nitentia nō habet remissionē neqꝫ in hoc seculo neqꝫ i fu
turo qꝛ pnia impetrat remissionē in hoc seculo que valet
futuro. Sed ista impenitentia vel cor impenitens q̄diu
quisqꝫ in hac vita viuit nō potest iudicari. de nullo enim
desperandū est q̄diu patiētia dei ad pniam adducit nec
de hac vita rapit impiū qui nō vult mortē impij q̄ntū vt
cōuertaē et viuat. Ideo aūt oīe ꝑsus pctm̄ et blasphe
mia remitteē hoībus qꝛ vbi hoc pctm̄ non fuerit cordis
impenitētis ꝯtra spiritūsctm̄ quo in eccl'ia pctā soluūtur
cuncta alia dimittūtur. Quō autē hoc dimitteē qꝺ etiam
remissionē impedit aliorū. Oīa ergo dimittunē eis in q̄-
bus hoc nō est qꝺ nunq̄ dimitteē. In q̄bus autē est qm̄ h
nunq̄ dimittiē nec alia dimittuntur qꝛ oīm remissio vin
culo istius impediē. Ideo peccatū oīe atqꝫ oīs blasphe
mia dimitteē hoībus in hac congregatione quam in spū
sancto ꝛ non aduersum seipm̄ diuisio congregat christus
Ipsius aūt spūs illa blasphemia qua fit vt corde impe-
nitenti huic tanto dono dei vsqꝫ in finem vite istius resi-
statur nō remitteē. Vnū ergo suffugiū est ne sit irremissi-
bilis blasphemia cor impenitēs caueatur nec aliter peni
tentia prodesse credatur nisi vt teneatur eccl'ia vbi remis
sio peccatoꝝ datur et societas spiritus in pacis vinculo
custoditur. hec aug. ¶ Deinde ad refellendum et corrigē
gendum phariseorum errorem inducit sententiam sub si
militudine arboris ostendens qꝛ miracula sua non sunt a
virtute maligna et dyabolica sed a virtute bona et diui-
na. Vñ dicit (aut facite arborem bonā ꝛ fructū eius bo-
num aut facite arborē malā ꝛ fructū eius malū) Loqꝰtur
vulgariter facite. i. dicite scdm̄ qꝺ dr̄ iste facit bonum. i. di
cit. Arbor aūt hic accipiē principiū ipsoꝝ operum et fru-
ctus ipsa opera. Inter arborē vero et fructū semper est si
militudo. qꝛ arbor bona semꝑ fructum bonū et arbor ma
la fructū malum producit ergo qꝛ opera miraculosa que
xp̄s faciebat nō erāt mala et vana sicut q̄ fiunt arte magi
ca sed erāt bona et salubria cōcludit qꝛ principiū per qꝺ
talia faciebat erat sanctū et bonum q. d. Cōsiderate fru-
ctum arboris bone et fructum arboris male vt ex fructu
cognoscatis vtrum sit bona an mala qꝛ (ex fructu arbor
cognosciē) Similiter cōsiderate opus actoris vtrum sit
bonū an malū qꝛ opus bonū ꝓcedit a bono principio et
malū a malo. et sic ex bonitate operū que ego facio pote
stis ꝑpendere qꝛ virtus per quā ea facio non est mala sed
bona et ex opibus que fiunt per artē magicā cū sint ma-
la et vana potestis ꝑpendere que fiunt virtute maligna.
opus ergo eijciēdo demonia cum sit bonū nō est a malo
principio q̄le est demoniū sʒ a bono pricipio qꝺ est spiri
tussanctus. Male ergo dicitis qꝛ ego in beelzebub deij-
cio demonia. vbi aug. In hoc admonuit nos dñs vt bo-

Augusti.

ne arbores simus ꝛ bonos fructus hr̄e possimus. Vbi
eñ ait facite arborē bonā et fructum eius bonū est pre-
ceptū salubre cui obediētia necessaria est. Qꝫ aūt dicit fa

cite arborem malā ꝛ fructū eius malū non est preceptuz vt faciatis sꝫ monitio vt caueatis hec augu. Deinde quasi explanando ꝛ aptādo dictam similitudinem pharliseis ostendit falsitatis eorum radicem radix enī ista erat inuidia et odiuz qꝛ licꝫ pharisei ꝛ legisperiti p̄mo cognouerīt xp̄m tū qꝛ cepit reprehendere vicia eoꝝ iō conceperunt odium ꝛ inuidiā ꝯ ip̄m ex q̄bus excecati ceciderūt a prima noticia in errorem qꝛ talia puertunt iudicium rōnis rectum ꝛ extūc inceperunt oīa facta eius interpretari in maluꝫ ad defamandū ip̄m. Ōndit ergo illos esse malam arborem ex mala radice ꝛ malos fructus dare cum in intentione cordis eorum malicia abundet inuidie dicens (Progenies seu genimina viperarū).i. venenati filij venenatorum iudeorū qꝛ venenū inuidie ex vestris parētibus traxistis qui persecuti sunt pph̄as ex inuidia et vos ex eadem ratione psequimīni me p̄rem xp̄m ꝛ matrē ecclesiam (quō potestis bona loqui cum sitis mali) q. d. nō potestis de me bona loqui inuidia p̄hibēte cum enī sitis arbor mala non poteritis fructum bonum ferre vtilia q̄dez

Crisosto.

alijs p̄sit loqui sꝫ non meritoria sibi vbi cris. Non pōt sierī vt alia germina p̄ducātur nisi qualis fuerit radix in terra. Voluntas enī hoīꝫ radix est verba aūt ꝛ opa fructus sunt voluntatis. Jō quale cor vnusquisqꝫ habuerit talia ꝛ verba loquit̄ ꝛ opa facit hec cris. Et iō subdit̄ (Ex abūdātia enī cordis os loq̄t̄) qꝛ verbuꝫ exterius est significatiuum interioris ꝯceptus q. d. Cor vestrū plenū est veneno ꝛ eructuat de pleno. A parte autē totum intellige .s. p locutionem oīs locutionē cordis et locutionem operis Per oīs enim locutionem vniuersa q̄ actu vel cogitatu vel sermone de corde proferuntur dn̄s significat. Nam verbum p̄ facto q̄nqꝫ poni solet. Vn̄ ysayas de ezechia Non fuit verbum q̄ non ostēderet eis .i. res digna verbo

Crisosto.

Ubi cris. Et vide ad maiorem accusationem maloruꝫ ꝛ maiorem laudē bonoꝝ q̄ dicit (Ex abundantia cordis os loquit̄) Jd est cū hō locutus fuerit verbum bonuꝫ vel malū ne putes qꝛ tantum boni vel mali hꝫ in corde quātum ostendit in verbo sꝫ multo amplius. Ex abūdantia enim boni vel mali qui est in corde sermo procedit. Qō enī exterius dr̄ est supefluētia eius qō intus est. Jn quo eos vehementer tetigit. Si enī qō dictum est ab eis ita malum est excogita radix verboꝝ q̄z est magna hec cris. Et iō vt dicit greg curandum est ꝛ oī custodis mens seruanda non enī ante oculos dei transuolant cogitatiōes

Gregou.

nostre et nulla momenta tp̄is per aīm transeunt sine statu retributionis. Et qꝛ (ex abundantia cordis os loquit̄) ideo bene sequitur (Bonus hō de bono thesauro) .i. de bona intentōe ꝛ volūtate que sicut thesaurus absconditus latet interius in mente (p̄fert bona) cogitationis locutionis ꝛ operis (et malus homo de malo thesauro suo profert mala) qꝛ contrarie cause habent contrarios effectus. Ac si dicat Uos mali estis ideo de thesauro cordis vestri non nisi mala profertis scd̄ꝫ glo. thesaurus cordis est intentio ex qua deus iudicat opera vnde aliqū minora maiorem ꝛ maiora minorem habeāt mercedeꝫ. Sepe enim maiora in genere minori fiunt caritate ꝛ econuerso sicut sepe aliquis maiori caritate dat elemosynam q̄ȝ alius cantat missam ideoqꝫ hic magis meretur de elemosyna q̄ȝ ille de missa. Unde paupercula vidua dando duo minuta parificata est diuiti zacheo qꝛ deus non pensat quantum sꝫ ex quāto. De predicta similitudine arboris ꝛ aliis iam tactis habes etiam supra circa finem sermonis dn̄i in monte vbi pl̄a de his videre poteris. Postq̄ȝ autē processit probando ꝛ arguendo cōsequenter procedit cōminando ne credant paruum vicium male loqui ꝛ mala verba non puniri. Jta ergo malus p̄fert mala verba que quidē nō sunt pu̇ipēdēda (qm̄ de oī verbo ocioso) nō tantum pernicioso (reddēt hoīes rōnem) qō erit valde difficile qꝛ locuti sunt sine ratione vel (reddent rōnem) .i. soluent (in die iudicij) penam qō iudicium erit terribile qꝛ sine spe venie. Si autē dicit̄ q̄ verbū ociosum est qō ratione vacuum est ergo de eo non debet queri nec pōt ratio reddi rūdentum q̄ licet ociosum sit rōne vacuum tamē qꝛ verbum debuit habere rōneꝫ iō de ipso exigitur ratio sꝫ obmissionis rationis. Et ex hoc patꝫ q̄ longe magis verbum nociuum et criminosum acriter punit̄ ꝛ reddet hoīes in die iudicij condemnabiles quale est verbum eorum quod opa spūssancti calūniabant̄ ꝛ blasphemabāt dicentes (in beelzebub eijcit demonia) Et est sensus scd̄m

Hieronim⁹.

hiero. Si ociosum verbuꝫ nō est absqꝫ periculo eius qui loquitur et in die iudicij reddet vnusquisqꝫ rationem sermonum suoruꝫ quanto magis vos reddituri estis ratōeꝫ calūnie vestre. Caueāt ergo sibi detractores opa proximorum minuentes vel infamantes dicēdo illa esse facta is ypocrisi vel pro vana gloria vel aliquo idebito fine et ita in beelzebub demoniorum principe. Si eniꝫ ita iudicat dn̄s de verbo ocioso quanto magis de nociuo ꝛ criminoso. Ut autem dicit hiero. ociosum verbum est quod sine vtilitate loquentis dicitur et audientis si obmissis serijs de rebus friuolis loquamur ꝛ fabulas narremus antiquas. Ceterum qui scurrilia replicat et cachinnis ora dissoluit et aliquid profert turpitudinis hic nō ociosi sermonis sed criminosi tenebitur reus ideoqꝫ in verbo aūt pondere probatio consistit hūane vite. Et iteꝝ. Quicq̄d non edificat audientes in periculuꝫ vertitur audientuꝫ

Origenes

Et origenes. Jnanis est omnis sermo in quo non est intrinsecus aliquid pro deo vel pro dei mādato. Unde etiam grego Ociosum verbum est qō aut ratione iuste ne-

Gregorius

cessitatis aut intentione pie vtilitatis caret. Et si de verbo ocioso ꝛ cogitatione minutissima reddūda ē ratio in die nouissimo pensandum est quanta peccata sequantur multos. Sic enim deus vniuscuiusqꝫ vias considerat sic gressus enumerat vt nec minutissime cogitatiōes aut tenuissima verba que apud nos viluerunt eius iudicio indiscussa remaneant Unde ꝛ cris. Ociosuꝫ verbum intel-

Crisostom⁹.

ligitur non malum sed bonum quod non operatur .i. qō non edificat audientem. Si ergo pro bono verbo et ocioso rationeꝫ sumus reddituri quid speramus de malō. Et si de malo verbo rationem daturi sumus quid spetamus de opere malo. Hec cris. Et ideo cauendum est a verbis ociosis et malis (Ex verbis enim tuis) si fuerint bona ac bonitate mentis consona et sub debitis circunstantijs p̄lata (iustificaberis) .i. mereberis vel tanq̄ȝ iust⁹ remunerāberis (ꝛ ex verbis tuis condemnaberis) si fuerint mala ꝛ predictis contraria. ¶ Scriptum est enim qꝛ mors et vita in manibus lingue. Et ideo ex ser monibus tuis iustificaberis vel condemnaberis quod omnium est iustissimum etenim tu dominus es et dicendi et non dicēdi. vn̄ cris. Mānsuetū iudiciū nō enī ex quibus alius dicit de te

Crisostom⁹.

sed ex quibus ipsemet locutus es calculationes iudex feret et tu dn̄s eo dicendi. Et iterum Unusquisqꝫ hoīꝫ ex voluntate sua sola aut peccator aut iustus conuincitur. Conuincitur aūt vniuscuiusqꝫ pctōris volūtas testimonijs tribus .s. cogitationum verborum ꝛ operū hec cris. Hic q̄ docemur vt os nr̄m custodiamus ne verba ociosa vel mala loquamur qꝛ sicut vas qō non operitur cito immundū fit ꝛ quicq̄d est interius frigescit sic ē et de corde nisi os quod ē eius operculū teneat̄ cū discreta custodia clausum. Et vt dicit greg ab oī rectitudinis statu pe-

Gregorius

reunt qui per noxia verba dilabunt̄. Et iō frequēter orē mus dicentes pone dn̄e custodiam ori meo et ostiuꝫ circunstantie labijs meis vn̄ cris. Magis vtiqꝫ virgine alia

Crisostom⁹.

qua custodi linguam. Equus est regalis lingua. Si igit̄ imposueris frenum et docueris ambulare cum bona cōpositione quiescit super eū ꝛ desuper sedebit rex. Si aūt infrenatam dimiseris ferri ꝛ saltare dyaboli et demonis sessio fit hec cris. Vn̄ ꝛ orige. Eoruꝫ qui verba dei loqūt̄

Origenes

tur os deus aperit. illorum vero qui loquuntur mendacium falsum testimonium scurrilitates turpitudines susurroniuꝫ quoqꝫ ꝛ detractoꝝ ꝛ eoꝝ q̄ ocia loquūtur dyabolus os aperit. Magnū ergo piculū est loqui de secula

ribus et vanis cum multa sint diuina et vtilia de quibus lo
Ambrosius. qui possumus vñ amb. Nõ mediocre periculũ est cũ tam
ta habeamus eloquia dei et opera que fecit his ptermis-
sis loqui que seculi sunt. Et maxime a verbis detractorij
Augustinus is cauere debemus ne male loquamur de alijs. vñ aug.
Vide quõ irasceris si quis te mala loquatur. Quõ irasce
ris alteri qñ de te male loquitur sic irascere tibi qñ de al-
tero male loqueris. Et non soluz cauere debemus ne
verba detractoria loquamur sed etiam ne audiamus qa
Bernardus. si non esset auditor non esset detractor. vñ Bern. Detra-
here et detrahentem audire quid horũ dãnabilius sit nõ
facile dixerim. Et iterũ Lingua detractoris ꝛ auris au-
ditoris dyabolus sedet super vtrãqz Cauendũ est etiã
valde a verbis cõtentiosis et irosis qui occasionem dãt
multis malis. vñ Criso. Contentio est alteratio longa.
Crisostom⁹. Nascit aũt ex vana gloria q̃ dicit amor victorie. Nemo
enĩ diu cõtendit nisi q̃ vincere cõcupiscit. Gloriã tibi pu
tas esse si viceris sed occidisti gladio amicũ ꝛ amicitiam
eius in ipso et iõ quasi de amico occiso dabis rõnẽ. Nam
si hoĩem nõ occidisti ferreo gladio amicũ tñ occidisti gla
dio contentiosi sermonis hec criso. Multũ insup cauere
debemus ne proximũ verbo vel cogitatu iudicemus. vñ
Crisostom⁹. criso. Ex sermonibus tuis condẽnaberis ait. Non audis
qm̃ et phariseus vera locut⁹ est sed tñ vltimã dedit vindi
ctam. Etenĩ habet iudicẽ qui deliquit. Ne igit capias di
gnitatẽ vnigeniti illi iudicij thron⁹ conseruatus est. Sed
si vis iudicare est tibi iudiciũ multũ lucrũ habẽs. Sede-
re fac in ꝯsciã tua intellectũ discernentẽ et affer in mediũ
oĩa delicta tua et inuestiga peccata aĩe et expete cum di
ligentia noxas ꝛ dic Propter qd hec et hec tu facere au-
sus es Et si hec quidẽ fugerit omnia que autẽ alioꝝ sunt
inuestigauerit dic ad eam. Non pro his te iudico nõ pro
his intrasti te accusatura. Quid enim si ille debeat tu cur
hec et hec deliquisti Excusantem te accusa que tui plus
sunt intuere non que aliorũ. Et continue in hanc deduc
agoniam Deinde si nichil habere dicat sed retardat dissi
ma flagella eam velut quandã ancillam elatam ꝛ forni-
catam Et hoc scdm vnãquãqz diem constitue iudicium
et subscribe flumen ignis vermem conscientie venenum
emittentem et alia loca tormentorũ et ne dimittas eam
esse cum dyabolo Et si voluerit hec audiens nec subtra
has manum Non enim morietur si percusseris a morte
autẽ eam eripies. Et paruorum magnas expete noxas
vt neqz prope magna deueniat. Si hec feceris scdz vnã
quãqz diem cum libera propalatione stabis secus tribu
nal illud terribile. Ita paulus factus est purus propter
hoc et dixit Si nosmetipsos iudicaremus non vtiqz iu-
Moraliter dicaremur hec criso ¶ Moraliter autem in verbis siue ĩ
loquendo attendenda sunt quinqz scz quid cui vbi. quã
do et qualiter dicatur. Isti sunt quinqz digiti in manu lĩ
gue. Quid determinat apostolus dicens. Sermo vester
sit semper in gratia sale cõditus i. gratus vtilis sine ocio
sitate. Ociosa sunt omnia que aut inutilia aut inhonesta
aut nociua sunt. Inutilia sunt que nec loquentibus nec
audientibus prosunt. Inhonesta que nec dignitati loquẽ
tis nec audientis conueniunt. Nociua sunt que vel ad er
rorem vel ad prauitatem ducunt. Cui determinat sapi-
ens di. Cum stulto ne multum loquaris. Qui ergo cum
alio loquit ꝯsideret an pp̃ter se vel pp̃ter aliũ loq habeat
Si pp̃ter illũ vtrũ sit talis q̃ sua correctiõe indigeat vel
qui correctionẽ nõ recipiat. Vbi q̃dam nõ sunt loca vbi
nullo mõ vt in sanctuario. quedã vbi raro vt in cõuiuio.
quedã vbi moderate vt in locutorio est loquendũ. Quã-
do determinat ecclesiastes dicens. Tempus tacendi et
tempus loquendi. Tacendum est aliq̃n propter audito-
rum infirmitatẽ aliquãdo propter vitandã precipitatio
nem aliquãdo propter persone alterius reuerentiã. ali-
qñ pp̃ter auditorũ indignitatẽ. Quõ autẽ loquendum i.
quo gestu quo sono qua significatione. Sit ergo gestus
simplex et humilis sonus mitis ꝛ suauis significatio ve-
rax et dulcis. Compendiũ autẽ oĩm p̃dictoꝝ hoc esse vi
detur vt tarde ꝛ raro quis loquat vñ seneca. Summa ꝯsũ Seneca.
matum hec est tarditoqui te esse iubeo. Et iteruz. Quic-
quid dicturus es anteq̃ alijs dixeris tibi Magna est res
vocis et silentij tẽperamentũ. Et iterũ. Quod tacitũ esse
vis nemini dixeris qui non poteris ab alio exigere silen-
tium si tibi ipsi non prestas hec seneca. Sed heu sunt aliq
nõ solum seculares sed et religiosi qui qñqz etiã sine cau
sa rationabili alijs irati toruos oculos et vultus ostẽdũt.
ac insup dentibus stridendo voces furiosas emittunt. et
sic demonem qui intus eos possidet alijs extra produnt
Hi tales bñ in hoc daciano in beatum vincentiũ sentien-
ti assimilant. de quo in sermone aug. sic dicitur. Per furi Augusti.
osas eñ daciani voces. per truces oculos ꝛ minaces vul
tus et totius corporis motus ille habitator eius interior
monstrabat et per hec signa visibilia tanq̃ per sui vascu
li qd impleuerat crepantis rimulas videbatur. hec aug.
Tales etiam quãdoqz suis linguis acutis parcunt et se
abscondentes taciturnitati insistunt ac silentium qd bo-
ni ex religionis obedientia deo sacrificant ipi ex peruer-
sitatis malicia demonis et non deo immolant. vnde in
collatione abbatis ioseph de amicitia sic de talibus dici
tur. Illud vero quale est q interdũ patientes esse nos cre
dimus qui respondere contemnimus lacessiti sed ita com
motos fratres amara taciturnitate vel motu gestuqz ir-
risorio subsannamus vt eos magis ad iracundiaz vultu
tacito prouocemus q̃ tumida potuissent incitare conui
cia in eo nos estimantes minime apud deum reos quia
nichil ore prorumpimus qd nos notare hominum iudicio
aut cõdemnare potuisset Ita igitur tacere nichil pdest.
si idcirco nobis indicimus silentium vt quod agendum
conuicio fuerat hoc taciturnitate faciamus assimilãtes
quosdam gestus quibus et ille quem curare nos oportu
it vehemẽtiore inardescat iracundia. Vtiqz enim tale si-
lentium erit equaliter noxiũ. qui sicut exaggerat in alteri-
us corde tristiciam ita in sua nõ permittit extingui. Nõ
nulli quoqz cum tristificati fuerit vel irati ab ipso etiam
pertinaciter abstinent cibo. In quo plane sacrilegij cri
men euidẽter incurrunt. ieiunia scz q̃ soli deo pro humi-
liatione cordis ꝛ purgatiõe vicioꝝ sunt specialiter offe-
renda pro dyabolico timore tolerãtes. Qd tale est ac si
orationes atqz sacrificia non deo sed demonibus defe-
rãt. illã q̃z mosaicaz increpationẽ mereant audire sacrifi
cauerunt demonijs et nõ deo. dijs quos ignorabant. hec
vbi supra. Sic ergo p̃dicti miseri tam peruerse litigãdo
q̃ maliciose tacẽdo demonib⁹ seruiũt q̃ vtrobiqz se inge
rendo eis illudant. Quoꝝ illusiões nõ incurrerẽt si non
fictã sed verã humilitatẽ ꝛ caritatẽ haberent qui nec tunc
ad tantã impatientiã deuenirẽt. Et qd adhuc peius est
tales sepe absqz fratris offensi reconciliatione accedunt
ad altare et sic accedẽtes iudiciũ sibi mãducant ꝛ bibũt.
Et insuper a dyabolo excecati qñqz se excusando dicũt
qui nichil aduersus aliũ habent non intelligẽtes qui scdm
euangeliũ attendere debent si alius aduersus eos quid
habet. Aufer dñe obprobrium taliũ peruersorũ a religio
ne seruorũ tuorum.

Oratio.

o Vera virtus eijce a me demoniũ per cõtritionẽ
o verbũ patris sana mutũ per cõfessionẽ o intima
lux illumina cecũ per satisfactionẽ ꝛ vt fortis ar
matus me non possideat vniuersa arma eius scilz vires
aĩe meẽ interiores et corporis sensus exteriores in tuũ
cõuertere obsequium. Opto etiã ꝛ desidero deus altissi-
me vt quotienscũqz malignus spũs abominãdas cogita
tiones blasphemie michi immiserit totiens ex voto oĩm
desideriorũ meorũ ineffabilis laus et gratiarũ actio tibi
sit in perpetuas eternitates et blasphemia sua secum sit
in perditionem. Amen.

De iudeis signum de celo querẽtibus et de spũ inmũ-
do olim eiecto ab eis. Ca. lxxiij.

Magis. Initis autem ver-bis dñi aduersus blasphemiā scribarū et phari-seorum quidā ex eis peciores volētes expiri volūtatē xpi et capere eū dixerūt (Magister volumus a te signū videre) s nō qcūqz s3 de celo. Reputabāt enī3 miracula xpi parua eo q erāt vt cōiter circa inferiora vt pote circa sanitates corporū et similia ideo querebāt ab eo signa fieri circa corpora celestia sorte manna descen-dere vt tempore moysi vł sonare tonitrua sicut tpe samu-elis quod magnū fuit in palestina tpe estatis propter de-fectum materie et potentia agentis i solis oēs vapores consumentis vel ignem de sublimi descendere vt tēpore helye vel solem stare sicut tpe iosue vel retrocedere vt tē-pore ezechie vel alia huiusmodi quasi non possent et illa calumniari et dicere ex occultis et varijs passionibus ac-cidisse. Nam qui calumniatur eis que oculis videt manu tenet vtilitate sentit quid facturus est de his que de celo venerint. Utiqz respondebit et magos in egypto multa signa fecisse de celo. vel calumniabitur alio modo. vnde

Crisosto. crisostomus. Cum multa signa vidissent tanqz si nullum vidissent ita signum petebant. Uere enim nullum vide-runt qz corporali aspectu viderunt non spirituali affectu. Ubi sciendum q aliqui malignantes detrahebant mira-culis christi dupliciter vno modo attribuebant ea virtu-ti demonis vt visū3 est supra in precedenti capitulo alio modo reputando ea parua vt dicitur hoc loco. Isti enim ac signa eius non vidissent vel quasi que viderant parua vel nulla fuissent temptantes eum de celo signū querūt non ex deuotione vt ex hoc credant. ¶ Sed magis ex cu-riositate et vt facilius qz primis contradicant. Adulātes

Crisosto. autem dicunt mgr vt blandicijs alliciant quem conui-cijs blasphemauerant vñ Criso. Hi quos oportebat ad-mirari et obstupescere et credere nunc a nequicia non de-sistunt vñ ait verba et adulatōe et yronia sunt plena puta-bant eū allicere per hoc. Et nūc quidē conuiciant nunc adulantur nūc aūt demoniacū vocant nunc mgr̄m vtra-qz pernicioso cōsilio et si ꝯtraria sint q dicebant ꝓpter h et eos et vehementer tetigit hec Cris Et qz male querebāt ideo non dat eis signum s3 (respondens ait illis. Genera-tio mala) in opere (et adultera) in fide qz relicto ꝓprio vi-ro sc3 deo ydolis seruiebāt et si ydola nō colebant tamen ꝯ vero sponso xpo se alienabant (signum de celo qrit) ad calūniam cōtra me quasi alia q viderūt signa non fuerint Uide quō cū iudei xpo ꝯuiciabant dicentes in principe demoniorum eijcit demones mansuete eis rūdet p rōes improbans dictum eorū3 hic vero cū laudando adulant mgr̄m vocantes aspere eos tangit demēans scd̄m criso. q vtraqz passione erat superior et neqz conuicijs in iram conducitur neqz adulatōe mollit in q oñdit amplecten-

Crisosto. da esse obprobria et adulatōnes vitādas nā vt ait Criso. Uir sapiens in faciem cedit qñ in facie laudat. Non sic multi maiores huius tpis faciūt qui bona suadentes cō-temnūt et eis tanqz cōuiciantibus irascunt s3 mala sugge-rentes audiunt et eorū adulatōe molliunt. Utinam atten-derent cōsiliū sapiētis qui dicit. Melius est a sapiēte cor-ripi qz stultorū adulatiōe decipi deinde subiungit (Et si-gnum nō dabit ei) sc3 p tātis et de celestibus quale petit ad calūniam (nisi signū ione ꝓphe) quod fuit hūilitatis et abiectionis contra eorū superbiā q d. Tu generatio pra-ua petis signum celeste et signum potentie vł glie de sub-limi et tibi nō dabitur nisi signū terrenū et signū passionis et infirmitatis significatum signo et facto ione prophe-te. Jonas enim fuit niniuitis signū dupliciter sc3 verbo et facto. Uerbo qz viua voce eis significauit q perirent ni-si conuerterentur Facto eo q fuerit in ventre ceti tribus diebus et noctibus. Ubi fuerunt tria sc3 absorptio dete-tio euomitio. Absorptio fuit signum mortis christi dete-tio sepulture euomitio resurrectionis. Et sic dabitur eis signum id est significatio in facto ione vt scilicet conuer-tantur et saluentur. Non hoc est dictum quasi alia signa ante mortem christi non fuerint data s3 qz mors et passio christi fuit signum precipuum et vltimū et signum signo-rum in quod omnia signa ducebant ideo dandū3 iudeis dicitur qz si illi crederent saluarentur si non crederent dā-narentur sicut ionas fuit signum niniuitis vt si vellēt cre-dere saluarentur si autem subuerterentur. Nō ergo dat eis signum diuinitatis de celo quod querebant qz ꝓpter eorū3 curiositatem et maliciam videre indigni erant sed de abysso maris et profundo inferni quale ionas a ceto voratus s3 de abysso mortis liberatus et accepit et dedit signum vie3 incarnationis non diuinitatis passionis nō glorificationis. Discipulis autē3 suis signum de celo de-dit quibus eterne beatitudinis gloriam et prius figurali-ter in monte transfiguratus ac postea veraciter in celum subleuatus ostendit. Quia enim iudei terreni et infirmi erant ideo de terrenis et infimis signum debebant habe-re. Unde dat eis signum de ymo sue passionis et sepultu-re dicens (Sicut enim fuit ionas in ventre ceti tribus di-ebus et tribus noctibus ita erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus) per sinodochen accipiendo scilicet partem sexte ferie et totam diem sab-bati et partem diei dominice resurrectionis pro tribus di-ebus et noctibus. Per istos qui querebant signum de ce-lo signantur curiosi et superbi qui supra vires celestia ri-mantur et nimis curiose diuina scrutantur de celo et ce-lestibus ac secretis diuinis disputantes vel de reuelatio-nibus et visionibus presumentes obmissa via scilicet pre-ceptis domini et cōsilijs quibus venitur ad illa propter quod opprimuntur a gloria quia per hoc aliquando la-buntur in erronea documenta vel quandoqz in peccata spiritualia et carnalia ꝓpter quod dicitur eis (generatio mala et adultera) etc. quia qrunt que non sunt scibilia nec ad fidem vel mores vtilia et ideo non dabitur eis signū nisi signum Jone prophete quem deglutiuit cetus et sic deludit et deglutit eos dyabolus. Deinde iudeorum ma-liciam quam obstinatam et obduratam dominus preui-dit exemplis quibusdam condemnat quia conuersio ni-niuitarum et factum regine austri ostendit istos in iudi-cio quo omnes tam boni qz mali surgent grauius pu-niendos et condemnabit eos id est ostendet condemnā-dos quia ex illorum facto apparebit iusta illorū3 condē-natio vñ dicit (Uiri niniuite) qui sunt assirij (surgent) sc3 in resurrectione generali (in iudicio) futuro (cum genera-tione ista) scilicet iudaica que similiter tunc surget (et cō-demnabunt eam) id est condemnandam ostendēt sc3 pri-mo ex comparatione populi ad populū3 qz ibi niniuite gentiles et barbari hic iudei populus dei. Secundo ex comparatione predicantis ad predicantē qz ibi ionas ꝓ-pheta purus homo hic christus dominus prophetarum deus et homo vbi ionas peregrinus hic xpus conciuis suus. Tertio ex cōparatione predicatōis ad predicatione3

Crisostom⁹. quia ibi ionas tm̄ tribus diebus hic christus trib⁹ annis predicauit ibi ionas nullū3 miraculum hic christus mul-ta fecit. Quarto ex comparatione effectus ad effectum. quia illi egerunt penitentiam isti vero non s3 etiā addide-runt blasphemiam vbi criso. Illi ꝓphetam suscceperunt isti dñm ihm repulerunt. Illi neqz in lege instructi neqz prophetis admoniti ad dñm conuersi sunt cognoscētes suum peccatum isti tot preceptis eruditi legis et prophe-tarum a domino recesserunt. Illi qui semper fuerunt po-pulus dyaboli infra tres dies facti sunt ppl's dei isti qui semper videbātur populus dei infra tres dies facti sunt crucifixo christo populus sathane. Deinde subditur (Re-gina austri) i regina saba cuius regnum erat in austra-li parte respectu hierusalez que non dubitatur electa eē et scd̄m quosdā dicebatur sibilla (surget) i resurget (in iu-dicio) extremo (cum generatione ista) pessima (et cōdem-nabit eam) i ostendet condemnandam hoc est ex facto

suo ostenderetur iusta illoꝝ condemnatio (quia venit a fi-
nibus terre) i. a lōginquis ptibus (audire sapiam salomo-
nis) q̄ tñ nō fuit nisi solū forma xpi. Et his aggrauatur iu-
deorū malicia. qr illa mulier isti viri. illa a remotis venit.
isti p̄sentē habuerūt. illa cū labore isti sine difficultate. il-
la laudauit alienigenā isti ꝯdēnauerūt ppriū terrigenam
illa ad ipm venit quē sola fama cognouit isti ꝓbatū mi-
raculis cōtempserūt. illa ad purū hoiem isti ad deum et
hominē illa cum muneribus isti cum obprobriis et vul-
neribus (Et ecce plusq̄ȝ salomon hic) scȝ xps presentia-
liter positus. qr hic deus ille homo ille scientiam habuit
terrestrē hic omniū. ille edificauit templum defectibile

Crisostom⁹.

hic indefectibile. vñ Crisostomus. Regina austri cum es-
set gentilis et mulier ob tantam longitudinē itineris ve-
nire ad eum nec propter infirmiorem sexum impedita est
concupiscentia enim sapientie infirmitati dabat virtutē
isti autem viri et sacerdotes quorum proprium esse debu-
erat amare sapientiam ante oculos suos et in medio gre-
mio sapientiam positam contempserunt. Illa ad homi-
nem cucurrit isti a deo recesserūt. Illa munera multa ob-
tulit vt audiret eum isti autem nec premia regni celoruȝ
accipere volunt nec credunt. Et iterum. Regina austri
venit a finibus terre ad audiendum salomonem. et chri-
stiani nolunt venire de plateis ad audiendum christum.
multi etiam de ecclesia exeunt. et ibi solum christum re-
linquunt hec Crisostom⁹. ¶ Mistice hic dānata plebe iu-
deorum ecclesie misterium secretum exprimitur que in ni-
niuitis et in regina austri de totius finibus orbis cōgre-
gatur. et israelitis fides gentiū israeli antefertur. Due enī
sunt partes ecclesie. vel duo genera hominū in ea. vnum
quod peccauit sed desistit per penitentiam. et hoc signa-
tum est per niniuitas. de quorū peccato legitur. alterum
quod mortaliter nō peccauit. et hoc signatū est per regi-

Ambrosius

nam austri. de peccato cuius nō legitur vnde ambrosius
Ecclesia fidelium ex gentibus collecta que in niniuitis p
pniaȝ p̄terita pctā delet ꝛ in regina austri que electa esse
nō dubitatur ꝑ sapiam cauet futura in iudicio condēna-
bit generationē hāc nequā dānabit autē nō sine ptāte ȝ
operatiōis exēplo qr prefertur ecclesia sinagoge. Ex du-
obus igitur ꝯstat ecclesia vt aut peccare nesciās. aut pec-
care desistas. pnia n. pctā abolet sapia cauet. hec ambro.
Per niniuitas etiā signātur petōres ad vocem predica-
toris pniam agētes et ꝑ reginā austri simplices sapien-
tiam christi deuote querētes quorū salus scdm sententiā
saluatoris preponitur saluti eorū qui videntur iusti vel sa-
pientes et de sua iusticia vel sciencia p̄sumentes. Niniui-
te quoqȝ interpretantur germina pulcritudinis iō etiam si-
gnificare possunt iuuenes existētes in statu. potissimo iuuē-
tutis qui solēt de facili ad vicia declinare. et ad bonā in-
tentionē de facili penitere. ppter qd̄ subditur qr fecerunt
penitentiā ad p̄dicationem ione. q̄ columba interpretatur et
ideo ꝑ eū simpliciter admonēs significatur. Per reginā
vero austri signari pōt aīa rōnalis q̄ si bene regat vires
seniores per dictamē legis nature dr regina sed si hoc fa-
cit ex caritatis feruore tunc dr regina austri eo qr ab au-
stro ꝓuenit feruor caloris signās feruorem caritatis. Et
hec regina venit ad verū salomonem iesum xpm per de-
uotionem afferens ei aurū sapiētie et gēmas virtutum et
aromata bone fame istis vtendo ad diuinū honorem. Ex
facto igitur iuuenū predictorum obstinati senes ex facto
aīe huius et ex caritate se regentis aīa frigida et negligens
condēnabiles ostēduntur q̄ per generationē iudeorum si-
gnantur. Post hec dñs contra iudeos nolentes assimila-
ri niniuitis. qr eo predicante non penituerunt vel
regine austri quia eo docente non didicerunt inducit ex-
emplum ad arguendū ingratitudinē eorum ostendens co-
similes hoīs primo a demone obsesso et post liberato ꝛ ite-
rum ppter negligentiā plenius possesso. Nā primo dia-
bolus habitauit in eis qñ erāt in egypto viuentes sm ri-
tum egyptiorum qui expulsus fuit ab eis qñ in figura xpi
mactauerunt agnum et sanguine eius liniti sunt quādo
et legē acceperunt que excludebat cultum demonū ꝛ in-
ducebat ad colendū vnum verū deum. ꝛ sic eiectus tran-
siit ad possidendū plenius gētiles sine lege ꝛ ꝓphetarum
oraculis viuētes ꝛ ideo eos tenebat in ydolatria subie-
ctos. Sed aduenientē xpi predicatiōe ꝛ aplo℞ iudei pro
maiori pte increduli ꝑmāserunt gētiles vero deuote fidē
xpi acceperunt et sic diabolus eiectus a gentibus reuer-
sus est ad possidendū ppl'm iudaicū errore excecatum ꝛ
facta sunt nouissima huius populi peiora prioribus. qa
peior est mō q̄ȝ a principio ante legē datam fuerit status
eius. vñ ait. (Cum immundus spūs) i. diabolus immun-
dum faciēs ꝛ immūdiciā diligens vel inhabitās demo-
nes enī dicunt spūs immūdi vel affectiōe qr diligūt immun-
da. vel ꝑsuasione qr suadent immunda vel inhabitatiōe
qr inhabitant corda immunda (exierit ab homine) scilȝ a
populo iudaico. qr sm amb in hoīe totius iudaici popli

Ambro.

comparatio est a quo viuente adhuc sub lege nature im-
mundus spūs exierat per susceptionē legis mosaice (am-
bulat per loca arida et inaquosa) i. corda gentiū prius
humore gratie et virore fidei ac pinguedine spiritussan-
cti carentia ritum ydolatrie et maculas crimīnū eis im-
mittendo (querens) in eis (requiē) i. perpetuā māsionē
appetēs ibi finaliter manere per infidelitatē et obstinationē
(et nō inuenit) qr aduemente xpo et predicātibus aplis
suscepta xpi fide inde eiectus fuit. (Tunc dicit) intra se.
(Reuertar in domum meā) i. ad populum iudaicum (vn-
de exiui) eos dimittendo (Et veniens inuenit eam vacan-
tem) ab obseruantia legis et opibus virtutū per negligē-
tiam ac fide et bonis opibus vacuā et xpm hospitē non
hñtem (et scopis mundatā) ab opibus vicio℞ superficiali-
ter et scdm apparentiā qr ppl's iudaicus habebat quan-
dam exteriorē mundiciā. sicut enī scopa non tollit tena-
ces sordes sed superficiales ita ipi qd̄ de foris est scopebāt
et mundabāt ac mūdiciā exteriorē querebāt ȝ intus sor-
didi manebāt et ornatā exterius per ypocrisim ꝛ boni si-
mulationē ppter legis apparentiā ꝛ traditionum phari-
seo℞ obseruantiā. Tangit ergo tria que dant locū diabo-
lo scȝ ociositatē sanctitatis p̄sumptionē ꝛ virtutis simu-
lationē. Silr hodie timendum est ecclie ne olim expul-
sus ab ea diabolus eam inueniat vacantē ab obseruātia
mandato℞ dei (et scopis mundatā) scdm exteriorē ap-
parentiā (et ornatā) per exteriorē cultū et obseruantiam
hūanarū traditionū. Multi enī hodie plus attēdunt ad
cultū ecclie corporalē q̄ȝ spūalē qr parietes eccl'ie ꝛ alta-
ria ornantur et de ornatione et purgatione ministrorum
parum curatur. Sed econtrario in ecclia fuit primitiua.
maior enī vis fiebat in ornatu spūali et interiori. Et ideo
multū distat nunc ecclia in hoc tpe malo a statu suo pri-
stino. vñ hiero. Xpi ecclia prius nata et post adulta per-

Hiero.

secutiōibus creuit martyriis coronata est. Et post q̄ȝ ad
xpianos principes venit potentia quidē et diuitiis ma-
ior ȝ virtutibus minor est facta (Tunc) vt firmi⁹ possi-
deat iudeos (vadit) per conatū (et assumit vii alios spi-
ritus) ꝑ quos vniuersitas demonū et vicio℞ qb⁹ tēptat
intelligit qr vniuersitas hoc numero sepe designat. hec
sunt vii gentes pugnantes ꝯtra filios israel. Iste autem
septenarius vii donis spūsancti expellitur. Et addit.
(nequiores se) vel ppter numerū vel ppter conatū vel ꝓ-
pter effectū quē inducūt qr eos ad quos redeūt nequio-
res q̄ȝ añ faciunt (Et intrātes) seu ingressi (hītāt ibi) ꝛ sic
oīa cumulant in eis vicia hec est enī intentio demonum
vt nō transeāt ad horā vel tps modicū sed vt moreantur
vsqȝ ad obitū (Et fiunt nouissima hoīs) scȝ ppl'i iudaici.
(peiora prioribus) qr iudei añ legē datā fuerunt peccatis
irretiti et a diabolo possessi sed post aduētum xpi in pec-
cato suo obstinati sunt peiores facti qr eorum pctā pro-
pter ingratitudinē sunt quasi duplicata veteriores enim
sunt israhelite blasphemātes xpm in conuenticulis suis
q̄ȝ olim fuissent in egypto ante noticiā legis quia maior

infidelitas est venientem nō suscipere q̄ventur non credere. ¶ Deinde silitudinem dictam ⁊ quo tendat pabola exponit q̄ q̄ hic quasi de vno hoīe p silitudinē dictuz de toto populo iudaico intelligat oñdit dicens (Sic erit generationi huic pessime) s. iudaice prout supra dictum est de homine vno. Mala fuit generatio hec in deserto quā do vitulum adorauit q̄ñ contra dn̄m murmurauit quando terre pmissionis detraxit s3 peior in terra pmissionis ante aduentum xp̄i q̄ñ filios et filias demoniis immolauit sed pessima post aduentum xp̄i q̄ñ dei filium ad eam missum crucifixit. Moralr̄ exponitur istud exemplū de homine qui post grām baptismalem vel penitentialem recidiuat in culpam sicut canis reuersus ad vomitū dyabolus enim ab homine exit quando in baptismo pompis illius et precedentium peccatorum illecebris homo abrenunciat vel quando per penitentiam et confessionē a peccatis mundatur, pponēs q̄ ab eis abstineat qui eiectus (ambulat per loca arida ⁊ inaquosa) q: corda iustorum ab omī carnalis ɔcupiscētie amore siccata et immunia temptando explorat si quos ibi nequitie sue gressus figere possit. S3 in eis tanq̄ per gratiaz dei solidatis re quiem nō inuenit q: q̄ prauis cogitationibus et actibus pascitur in mentibus fideliū oīa sua tēptamēta cessare p pendit (Et volens reuerti in domū) priorē peccator enī est domus dyaboli sicut iustus templum dei (inuenit eā vacantē) a bonis actibus p negligētiaz (et scopis mūdatam) a sordibus vicioꝝ s̄m apparētiā (⁊ ornatā) simulatis virtutibus. s. exterioribus ⁊ apparētibus nō interioribus ⁊ veris (Tunc assumit alios septem spūs nequiores se) i. vniuersa vicia dyabolo nequiora q: dyabolus soluz suggerit malum habitus autem viciosi intranei cum quadam violentia ad malum inclinant ⁊ ingressi inhabitant vacantem et torpētem a tot em̄ demonibus hō possidet quot viciis subiicitur singulis enim viciis singuli demones presidere dicuntur (Et fiūt nouissima hoīs illius peiora prioribus) ⁊ hoc pp̄ter ingratitudinē doni ⁊ grē precedentis grauiora em̄ sunt crimina post baptismum vel penitentiā q: melius est id est minus maluz est viam veritatis agnoscere q̄ post agnitam retrorsum conuerti id est leuius est committere aliquod pecatum cū ignorātia q̄ idem cū sciētia quo ad penam minorez em̄ pro illo patit̄ pene vindictaz q: per contemptū grē quam de se male viuendo pellit deteriora supplicia meret̄ ⁊ vulnus iteratum tardius sanatur. Unde cris. Hec autem non solum ad illos sed ad nos etiam dicta esse rationez habet si illuminati ⁊ a prioribus eruti malis rursus ab eadē possideamur nequitia. Etenim difficilior iam erit pena posteriorum petōꝝ pp̄ter q̄d paralitico dicit xp̄s. Ecce sanus factus es noli peccare ne deterius aliquid tibi cōtingat Et iterum cum semel aliquis liberatus a malis nō sobrius efficitur multa difficiliora patit̄ prioribus etem̄ difficilior iam erit pena posterioꝝ peccatorum hinc autem non solum penā excogita s3 etiā infinitaz dei longanimitatem. S3 ne ɔfidamus s3 timeamus. Etem̄ pharao si in prima plaga eruditus fuisset non vtiq3 accepisset experientiam posteriorum non vtiq3 posteā simul cum ipso exercitu submersus esset. Sed non rubrum mare iam ptrāsire nunc est sed pelagus et ignis pelagus non tale neq3 tantum sed multo maius et siluestrius. Ideo rogo vt cōpungatur sermones gehenne audientes. Nichil eniz delectabilius est dispositōne hac quare hac nichil amarius Conuertit em̄ aīas nr̄as ⁊ erigit intellectū ⁊ pniciosam concupiscentiaꝝ captiuatōez proiicit ⁊ medicina nobis hec fit. Excogitemus igit̄ ⁊ mittamus p̄ncipiū vel nunc et ostium pnīe ⁊ tangamus viā artaz. Usq3quo lasciuia vsq3quo remissio non impleti sumus pigritantes deridētes tardantes. Non eadem rursus erunt mensa ⁊ saturatio ⁊ superabundantia et pecunie ⁊ possessiones et fabricationes Et quis finis. Cinis et puluis ⁊ sepulcra ⁊ vermis. Ostendamus itaq3 nouam quandam viā faciamus terram celuz ⁊ omnino assumamus virtutem vt futuris potiamur bonis hec criso.

Moralr̄. *Crisosto.*

Oratio.

Domine iesu xp̄e magister bone fac mecuz signū gratie tue in bonum vt me miseꝝ quem cetus et draco ille magnus absorbuit pctīs spūalibus et carnalibus tanq̄ diebus ⁊ noctibus et hoc tribus q: cōsensu et opere ac consuetudine tu misericorditer de faucibus eius digneris liberare. Fac etiaz me preterita peccata plāgere et futura cauere. Excleca me ab humore cōcupiscentie vt quietem non inueniat in me mūda me scopis confessionis a viciorū sordibus et orna me veris virtutibus ne me a bonis vacantem inueniat et iterato deterius peccare faciat Amen.

De muliere vocem de turba extollente ac de matre ⁊ fratribus dn̄i eum querentibus. Ca. lxxv.

Actum est autē cū

Luce xj.

dn̄s iesus hec diceret rn̄dēs blasphemiis iudeorum (extollēs) i. ex corde tollēs ac ɔstāter ⁊ alte proferēs (vocē) in xp̄i commēdationē ⁊ iudeoꝝ blasphemantiū cōfutationē (quedaz mulier) non diues non potens non nobilis s3 paup (de turba) ⁊ de cōmuni plebe ⁊ popularibus (Solent enim populares deuotiores esse maioribus) prorupit in laudem xp̄i cōtra vituperiū iudeoruz. Et dicitur fuisse sancta marcella ancilla beate marthe que nō potuit amplius blasphemias iudeorum contra christum sustinere ⁊ cōtra blasphemos vocem extulit in laudem xp̄i et matris sue commendās eius cōceptum ⁊ partū corpalē ⁊ dicēs (Beatus ē vēter q̄ te) beatum (portauit) p queē oēs beatificamur ⁊ beata sunt (vbera q̄ suxisti) Matrē beatificat ⁊ laudat ex filio et non ecōuerso q: gratia et gloria prouenit principaliter ab ipso. Ubi apparet magna cōfidentia et audacia et fideꝝ deuotio istius mulieris in duobus. Primo in eo q̄ non silēter et in aure loquebatur sed extollens vocem in altū nō timuit suauitate em̄ verborum xp̄i accensa fuit. Secundo in eo q̄ scribis et phariseis dn̄m temptantibus simul et blasphemātibus ipsa magna fiducia dei filiū ɔfitetur vt in presentiū iudeoꝝ calumniam ⁊ futuroꝝ hereticorum perfidiā cōfundat Nam sicut tūc iudei blasphemātes et eum in beelzebub eiicere demonia dicentes negabant eum esse dei filium ita postea quidam heretici negabant eum esse verum hoīem dicētes eum nō verā carnē ex maria virgine assumpsisse s3 corpus ethereum attulisse. Hec autem mulier vtrosq3 confutat q: et verum dei filium patri consubstantialē aduersus blasphemātes cōfitetur cum matrem ex filio tanq̄ principio rōne diuinitatis beatificat et verum non fantasticum hoīs filiū matri consubstantialem testat̄ cum eum ventre portatuz vberibusq3 lactatuz significat. ¶ Spiritualiter aūt ista mulier sancta ecclesia signat que inter turbas iudeoruz paganorum ⁊ hereticoruz credula voce dn̄m iesum xp̄m ɔfitetur cuius reuera voce vēter marie virginis beatus predicat̄ qui totius mundi redemptorē portare meruit sicut ipsa de se ait ex hoc beatam me dicent omnes generationes Ubi beda. Et nōs igitur extollamus vocē cū ecclesia catholica cuius hec mulier typū gessit extollamus et mentem de medio turbarum dicamusq3 saluatori. Beatus venter qui te portauit ⁊ vbera que suxisti. Uere em̄ beata parens que sicut quidam ait. Enixa est puerpera regē Qui celum terramq3 regit per secula cuius.
Nomen ab eterno complectens omnia gyro.
Imperium sine fine manet que ventre beato
Gaudia matris habens cum virginitatis honore.
Nec primam similem visa est nec habere sequentem.
At iesus confirmando verbum mulieris ⁊ ɔmēdādo laudem matris ac fidem ⁊ constantiā eiusdē mulieris alioꝝ q3 similiū dixit (Quinimmo beati q̄ audiūt verbum dei ⁊ custodiūt illud) Per q̄d signauit beatam virginem ses

Beda

Ac de matre et fratribus eum querētibus

ↄcepiſſe felicius ꝑ fidē et deuotionē ſpūaliter ꝙ̄ corpali ter. ac ſi dicat. Iuxta tuā ſniam principaliter beata eſt il la cuius venter me portauit: ſʒ non ſolū ipſa beata eſt imo etiā oēs ſunt btī in pn̄ti in ſpe et tandē in futuro i re (qui audiunt verbū dei) corde credētes (et cuſtodiunt illud) ope adimplētes. Beata qdem ꝛ felix eſt mater mea q̄ me portauit et lactauit ſʒ magis ideo felix atqʒ btā q2 verbū dei audiuit. audiēdo credidit. credēdo cuſtodiuit hoc eſt niſi feciſſet nec felix nec mr̄ mea eſſe potuiſſet. Vn̄ eliza beth ad eā ait. Beata q̄ credidiſti qm̄ ꝑficiēt in te q̄ dicta ſunt tibi a dn̄o. Beatior ergo fuit q2 verbū ſpūaliter men te ↄcepit auditu fidei ſuſcepit. memoriterqʒ ac ſtudioſe operatione cuſtodiuit q2 ↄceptio ſpūalis qua xp̄s ī corde ↄcipit felicior eſt ꝙ̄ carnalis. Fides em̄ ꝑ dilectionē ope rans beatitudinē eternā ꝓmeret nō autem ↄceptio vel portatio ſine fide q2 impoſſibile eſt ſine fide deo placere.

Auguſtinus

Vn̄ ſm aug. Beatior fuit maria ꝑcipiendo fidē xp̄i ꝙ̄ ↄci piendo carnē xp̄i et felici⁹ ↄcepit deū mēte ꝑ fidē ꝙ̄ cor pore per carnis aſſumptionē. Nichil em̄ marie materna propinquitas ꝓfuiſſet niſi illū felicius corde ꝙ̄ carne ge ſtaſſet. vn̄ criſo. Neqʒ ↄcipere xp̄m neqʒ mirabilē illum

Criſoſtomus

fetum parere habet aliquam vtilitatem virtute nō exiſtē te qm̄ nulla huius ei vtilitas ſi non vniuerſa que oportet fecerit et nichil partus ei profuiſſet niſi valde bona et fi delis eſſet. Si vero marie nichil ꝓdeſſet ſine ea que ſcdm aiām eſt virtute genitū ab ea eſſe xp̄m multomagis nos et ꝑ patrē et ſi filium habuerimus virtuoſum et nobilem ipſi vero longe erim⁹ a virtute illius nobis prodeſſe pote rit. hec criſo. Vbi beda. Pulcre atteſtationi mulieris an

Beda

nuit nō tam tm̄mō que verbū dei corpaliter generare me ruerat ſed et oēs qui verbum dei ſpiritaliter auditu fidei concipere ꝛ boni operis cuſtodia vel in ſuo vel in proxi morum corde parere et quaſi alere ſtuduerint aſſerens eſ ſe beatos q2 et eadē dei genitrix et inde quidem beata q2 verbi incarnandi miniſtra facta eſt tpalis ſed inde multo beatior q2 eiuſdem ſemper amandi cuſtos manebat eter na. Qua ſententia ſapientes iudeorū tanꝙ̄ idignos bea titudine clam percutit qui verbū dei non audire ꝛ cuſto dire ſed negare et blaſphemare querebant. hec beda. Et ſcdm eundē tota vite celeſtis perfectio duobus his com ꝓhendiṫ vt verbū dei audiam⁹ ꝛ faciam⁹. Quem ergo beatitudo marie delectat verbum dei libenter audire et cuſtodire ſtudeat et beatus erit. Quiſqs em̄ verbum dei libēter audit xp̄m concipit ſi autē opere impleuerit xp̄ʒ parit quem maria portauit corporaliter ipſe portat ſpi ritualiter. vn̄ aug. Qui corde credit ad iuſticiam concipit

Auguſtinus

xp̄m ꝛ qui ore ↄfiteṫ ad ſalutē parit xp̄m. vnde dn̄s alibi Si quis fecerit voluntatem patris mei ipſe meus frater ſoror et mater eſt. Hac laude xp̄i matriſqʒ eius cum ſe au diret laudari a quadam muliere. Robertus fundans et edificans monaſterium premonſtratenſe ait ei. Et ma ledicta tu et qui tibi ſuggeſſit verba dn̄ica et laudes eius in me miſerum retorquere qui etiam modica laude capi conſueueriſ. Verbum dn̄i debet audiri reuerenter pro pter ꝓcioſitatē. Si em̄ aliqs haberet ꝑticulā de veſte dn̄i vel lacrimam que exiuit de oculis eius vel ſtilla ſangui nis que exiuit de carne ipſius valde reuerenter ſuſcipe ret et ſeruaret multo fortius verbū dn̄i qd nō ſolum egre ditur de ore eius ſed de intimis cordis ipſius. Item pa tienter nō cum tedio vel murmure ꝛ detractione. Item obedienter vt qd quis audit opere impleat. Mali libē ter debent audire verbū dei vt corrigant nam verbū dei eſt medicina aīe contra morbū peccati. Boni etiam qui ſunt in ſtatu triplici libenter debent audire verbum dei Incipiētibus enī hoc ↄuenit vt erudiantur et illis verbū dei eſt lac. Proficiētibus etiam conuenit audire verbuʒ dei vt dirigātur in via profectus ſpiritualis. Perfectis etiā conuenit audire verbum dei vt amplius perficiant. quibus verbum dei eſt ſolidus cibus. Eſt enim verbum dei manna celeſte et ſapit cuilibet pro ſuo velle. Vnde

Origenes

Orige. Nunc ergo feſtinemus celeſte manna ſuſcipere. Il lud enim manna prout quiſqʒ deſiderat talem ſaporem reddit in ore eius. Tu ergo ſi verbum dei quod in eccle ſia predicaṫ tota fide et tota deuotione ſuſcipias fiet ti bi ipſm verbum quodcunqʒ deſideras. Verbi gratia. Si tribularis conſolaṫ te dicēs. Cor contritū ꝛ humiliatū de⁹ non deſpicies. Si letaris proſpere futurorum cumulat tibi gaudia di. Letamini in dn̄o et exul. iuſti. Si iracun dus es mitigat te di. Deſine ab ira et derelinque furorem. Si in doloribus es ſanat te di. Dominus ſanat omnes languores tuos. Si in paupertate conſumeris conſolaṫ te dicens. Dn̄s alleuat de terra inopem et de ſtercore eri git pauperem. Sic ergo manna verbi dei reddet in ore tuo ſaporem quēcunqʒ volueris. hec orig. (Adhuc autē) dn̄o ieſu predicāte et que ſupra dicta ſunt (ad turbas lo quente mater ei⁹ ꝛ fratres) id eſt conſanguinei venerunt (querētes) eū licet em̄ phariſei eſſent mixti cū turbis. tn̄ principaliter ꝑdicabat ꝓpter turbas erudiēdas. Et q2 faciliter eū adire pre turba nō poterāt ꝛ etiam ne fructū diuini verbi impedirent (foris ſtabāt) et miſerūt ad eum vocātes ipm̄. Fratres hic vocantur ↄſobrini dn̄i ſcdm morē ſcripture que ſepe ↄſanguineos ſolet frēs noiare. Et cum dn̄s erat occupatus in officio predicandi primo vnus et poſt illum plures de turba dixerūt ei (Ecce mr̄ tua et fratres tui foris ſtāt querētes te) Iſti inſidias ten debāt ac malicioſe ꝛ iſidiando hec dicebant. ſ. ad tēptan dum et explorandum ſi carnis affectu predicationē ī ceptam dimitteret vel interrūperet vt ſi ſpūali opi pre ferret carnē et ſanguinē arguerēt ipm̄ eſſe purum hoīem tm̄ propter affectionē carnalē et vt ꝑ hoc videns q2 pa rētes carnales haberet ipm̄ filium dei nō crederent cum deus carnaliter nō generet. Et iō multas implicant cir cūſtantias q̄ ipm̄ mouere poterant ad ceſſandum dicen tes (Ecce mater tua) q̄ p̄cipiṫ honorari (et frēs tui) q̄s ꝛ natura et lex iubet diligi (foris ſtant) expectantes te in loco exteriori vbi verecundum eſt ſtare (q̄rentes te) q̄ſi propter te tm̄ venerint et ideo debes merito ad eos egre

Criſoſto.

di. Vnde criſ. Vidēs dyabolus q2 ꝑſuadebat ꝑ ꝑlos xp̄um eſſe ſe filium dei dicens et ecce plus q̄ ſalomon hic ti mēs ne ſi filius dei cognoſceretur qui ꝓputabaṫ hō ipſe de relinqueretur ab omnibus ad ↄſuecēdos ſermones ei⁹ ſub introduxit parētes ipſius carnales vt per eorū contēpla tionē diuinitatis eius obſcuraret naturam. Ideoqʒ velut aliquis quaſi dyaboli aduocatus q̄ hūano ore verba dy abolica loq̄retur di (Ecce mater tua et frēs tui foris ſtāt volentes loqui tecum) Ac ſi dicat. ¶ Quid gloriaris o te ſu de celo dicens te aſcendiſſe qui radices habes in terra Ecce mater tua et fratres. Non pōt eſſe fili⁹ dei quē ho mines genuerunt nō potes in te filiuʒ abſcōdere quē na tura conuincat. ¶ Hec criſ. Sic et hodie multis prelatis procurat dyabolus propinquorū multitudinē vt ī car nali affectione obſcuret eorū dignitatē et ſanctitatē. Et bene dicit foris ſtant ad ſignificandū q2 carnales amici clericorū debent eſſe remoti ab eis vel ſaltem a cordibus eorū quantuʒ ad carnalez affectuʒ et tn̄ in multis vide mus hodie contrariuʒ. Miſtice ſm bedam mater ꝛ frēs

Beda

ieſu pn̄t dici ſynagoga et iudei ex quibus ſm carnem eſt editus qui foris ſtare dicūṫ xp̄o predicante q2 gentibus xp̄o credentibus ſynagoga cum iudeis extra fideʒ manſit ꝑ maiori parte. Et notandum de btā virgine q2 tanꝙ̄ pia mater filium querebat puulū q2 eius abſētiā nō ſuſti nebat ſeʒ quādo eū amiſerat querebat adultū q2 ei⁹ pre ſentia ſatiari non poterat vt hic ptʒ querebat mgr̄m fa ctuʒ ſcʒ crucifixuʒ quia iā eius pn̄tiā amittebat quādo iu xta crucē ſtabat. Sed inuenit primo in medio doctorū interrogantē nunc in medio ꝑplorꝫ predicātē ʒ vltimo ī medio latronum patientē. Primo in templo ſcdo ī domo tertio in patibulo. Ibi cupiebat inuenire et iō labo rabat ꝛ dolebat in querēdo filium hic cupiebat videre ꝛ ideo ſtabat foris expectando eius affectum. ibi cupie

est animal dolosum rapax tortuose incedens et fetidum.
sic pīceps malus q̄lis erat iste herodes ē dolosus p ma
chinationē mali rapax eis alien tortuose īcedēs puer
sitate iudicij fetidus per infamiam nominis sui Qui etiā
nititur christum occidere in se et in suis membris q̄tum
in ipso est vnde bern . Patet quantum noceat iniqua po

Bernar testas quō caput ipsium subiectos q̄sqz sue conformet im
pietati. Misera plane ciuitas in qua regnat herodes quo
niā herodiane ptīceps erit malicie Herodiana vero ma
licia fuit nascentē velle extinguere religionem. Si quis
ergo religionis vel sanctitatis ortum vel pfectum vel cō
sūmationē impedit vel psequitur talis cū herode xpm p
sequitur hec bern (Dicite in q̃ vulpi illi. Ecce eijcio de
monia) et non possunt resistere cum sint maioris ptātis
q̃ herodes et ideo nō habeo timere eum (et sanitates) s.
i corpore et i anima (pficio hodie et cras) .i. paucis dieb'
vsqz ad tēpus passionis mee (z tertia die psūmor) p mor
tem q.d. herodes non poterit me impedire quin faciā q̄
intendo Tangit autem intentionem in tribus dietis pri
ma consistit in demonū expulsione . scda in īfirmitatū cu
ratione . tertia in officij sui p crucis patibuluz consumma
tione tunc eī cōsūmata sunt omnia de ipso ī lege z pphīs
dicta vnde dixit cōsū matū ē. Et notandū q aduerbia ho
die et cras singulatim reddenda sunt verbis vt sit sensus
hodie eiicio demonia et cras perficio sanitates primo ei

est demonum eiectio postea sanitatis collatio tertio sa
nitatis collate consūmatio. Mystice prima dieta fuit ho
stis expulsio secunda nature vulnerate perfecta sanatio
tertia hominis ad deum reconciliatio . Moraliter prima

Moraliter. dieta consistit in abiectione viciorum . scda i collatiōe vir
tutum et exercitio morū tertia i adeptione pmioz vsi in
dze. Viuificabit nos post duos dies et in die tercia susci
tabit nos s. ad glorificandum Vel isti tres dies significāt
tres partes penitentie que sunt cōtritio cum dolore . con
fessio cum pudore satisfactio cum labore. Et subiungit de
loco passionis vbi consummabitur per mortē dicēs (Ve
rūtamē oportet me) nō facili necessitate sz pris z mea volū
tate (hodie et cras et sequenti cras) .i. paucis diebus (am
bulare) s. ad locū passionis (qr nō capit) .i. non cōuenit ab
solute intelligendo non trāsitiue (non capit in q̃ ppham)
scz me (perire) .i. occidendi (extra ierl'm) vbi mei pphe sunt
occisi ibi ego caput pphāū de quo oēs pphe scripserunt
debeo imolari vbi s. nō dominatur herodes sz pilat'. Ex
q̄ pz q mors mea nō ē in potestate eius sicut nec hora nec
tpa. q.d. Bene scio quādo debeo mori sz ipse nō bñ scio lo
cum passionis mee sz ipse nō. Vtinā z hodie pdicatores
et prelati ac fideles ceteri a doctrina z cōfessione veritatz
timore principū et malorū hominū non cessarent sz xpm
imitando veritatem corā hōibus confiterētur audacter
et defenderent

Oratio

Domine iesu xpe da m̄ fructum bonorum operū fer
uenter facere et in eis iugiter perseuerare ne sine fru
ctu inuent' merear succidi et in ignem mitti. Da etiā
mihi deus meus vt non sim deorsum inclinatus p culpā
sz sursum respiciam per iusticiam nec a mentis rectitudīe
curuatus terrena et transitoria cogitē et diligā sed ad ce
lestia contemplanda mentis oculos erigam et eterne feli
citatis diuitias requiram O domine vide me p pietatez
voca me per internam inspirationē sana p pctī remissio
nem tange p satisfactionis dolorē erige ad supna p amo
ris feruorem. Amen.

De ydropico et exhortatione ad humilitatem et miseri
cordiam Capi lxxx.

Et factum est. Eide ibat iesus per

Luce .xiiij. ciuitates et castella docens et indifferenter pdicans non
personas accipiens. (Et factum est vt dum intraret do
mum cuiusdā principis phariseorum sabbato mādu care
panem) necessitatis non delitias non fercula voluptatis
nomine enim panis vite necessaria exclusi superflui desi
gnantur pulis quippe erat contēt' nec recep tor oneros'
Supponendū est q intrauerit ab eo inuitat' qr domin'
nō venit ad conuiuiū phcoz nisi rogat' qui inuitabāt eū
nō ex deuotione sed maliciose Ad conuiuiū aūt publica
norum accessit etiā non rogat' Pharisei eī se iustos z sa
nos reputabāt nec medico egere sz publicani se peccato
res et infirmos cōfitebantur z medico indigere . Ideo istos
vt illuminet preoccupat illos autē rogat' vt solēniter
expectat (Et ipsi obseruabat eum) insidiando vt vel in ei'
factis videret aliqd vnde eū reprehendere z accusare potu
issent. Magna malicia eorū qui euz pascebant z sibi insidi
as pabant cum eo comedebant et ipsū mordere volebāt
Et ecce hō q̄dā ydropic' erat ante illū: sperans de infir
mitate sua remediū (Et rñdēs ihesus) non ad verba qr si
bi q̄o non ppponebatur sz ad cogitationes phariseoz et le
gisperitorū quoniā cogitabāt curationē ī sabbato esse illici
tam in quo dei sapiētiā se hr̄e mōstrabat q̄ corda hoīz in
tellexit (dixit ad eos. Si licet sabbato curare) Sic iterro
rogat vt ex dictis ppriis eos confutet (At illi tacuerunt

Beda vbi beda. Sed merito iterrogati tacent qr cōtra se dictū
q̄cquid dixerint vidēt. Nā si licet sabbato curare q̄re sal
uatorem an curet obseruant Si non licet quare ipsi sab
bato pecora curant. Tacebāt ergo qr nesciebant q̄d dice
re debuissent. Iste ydropicus non petebat sanitatem qr ī

firmitas pro loquebatur. Uel pp̄ter iudeorū pñtiā nō audebat in sabbato petere curationē (Ipse enim apphensū eum sanauit) tagendo (ac dimisit) libere sine p̄iclo q2 p im positionem manus ipsū curauit et postea manū retraxit Tetigit eū non causa necessitatis sʒ humilitatis et vt dimitatē in carne ostēderet eū sanauit vbi cyril. Neglectis ergo iudeorum insidiis liberat a morbo ydropicū q̄ metu phẽorum remedia non postulabat p̄pter sabbatum sʒ solum astabat vt ex aspectu mistus eius sanaret eum quod dominus agnoscēs nō postulabat ab eo si vellet sanꝰ fieri sed p̄rimus eum sanauit. Et r̄ndens cogitationibꝰ eorū quibus murmurando cogitabāt factum illud esse illicitū ostendit illud esse licitū p exemplā aīalis bruti cuiꝰ p̄iclo licitū erat etiā secundū ipsos succurrere in sabbo. Si eī lʒ tunc subuenire pecori qđ est opꝰ cupiditatis multo magis licet subuenire homini p̄pter quē facta sunt animalia bruta et qui factus est ad imaginē dei qđ est opus caritatis. vñ beda p̄petē ergo exemplo soluit qđem vt oñdat eos violare sabbatū in opere cupiditatis qui eū violare arguunt in opere caritatis. His pharisceis similes sunt hodie multi p̄lati qui plꝰ solliciti sunt p salute bestiarū q̄ꝫ hominū eis cōmissorum. Si patitur vel deficit bestia statim remedia p̄curant si frˀ vel subditus parꝫ curant et multi habent dp̄ nō curam magnā de magnis paruam vel nullā. Mirum autē erat q̄ de curationibꝰ in sabbato eū arguebāt. Erāt enim in traditionibꝰ suis determinata genera opm circiter. xx. a q̄bus est vacandum i sabbato inter que nō est curatio maxime q̄ sole fit verbo sicut dñs sepe legitur curasse Sepe dñs in sabbato docebat et curabat siue vt plures q̄ ad sabbatū p̄ueniebāt lucrifaceret siue vt in sabbato celestis q̄etis oēs īfirmitates curādas esse ostenderet siue vt interdum a q̄ete contemplationis p̄pter salutē aīarꝫ nos sbtrahendos esse doceret et iō ad manducandū sabbō cū isto principe intrauit nō p̄pter cibū sʒ p̄pter animarū lucrū vbi etiā ydropicū istū in corpore et ī mente curauit Et nō poterāt ad hec r̄ndere illi tāq̄ꝫ victi et cōfusi ratione euidenti. Mistice p̄nceps iste fuit moyses domus eiꝰ synagoga. hanc intrauit christus cum venit in mundum manducare panem .i. delectari in p̄nia iudeorum vnde in apoca. Si quis audierit vocem meam .s. in p̄dicatōe ꝛ aperuerit mihi ian. cordis .s. in contritione intrabo ad eum .s. in oris confessione ꝛ cenabo cū eo et ipse mecum .s. delectādo in operum satisfactiōe. Istud etiā pōt similimodo accipi de p̄lato ꝛ ecclesia domꝰ eius quam sic intrauit ꝛ q̄tidie itrat xp̄s Et notandum q̄ p̄prietates ydropici sunt septē p que septē capitalia vicia designātur et ideo iste ydropicꝰ quelibet peccatorē significare p̄hibetur. hʒ enim ydropicꝰ corporis tumorē sic supbus cordis inflatiōem. Secundo hʒ spirituū compressionē sic iudus bona coopiunt ne publicentur et veniāt ad lucem. Tertio sitis ardorem sic auarꝰ q̄nto plꝰ d diuitijs bibit tanto plus sitit. Quarto humor indigestionem sic iracundus p̄ iram diminuit diēs suos Quinto pedum pigriciam sic accidiosus pigriciam affectionū et cogitationū ad bene operandum. Sexto genitalium inflationem sic luxuriosꝰ eorundem tumefactionem Septimo oris fetorem sic gulosus oris corruptōꝫ. Specialiter āt ydropis auaritiā designat q2 ydropicus q̄nto magis abundat humore inordinato et q̄nto plus bibit tanto amplius sitit sic auarus q̄nto est cupidior diuitiis q̄bus non bene vtiturꝰ ꝛ q̄ plus diuitias adeptus fuerit tāto ardentius eas concupiscit q2 vt iuuenalis dicit. crescit amor nummi quantum pecunia crescit ¶ Ferocissima pestis est cupiditas q̄ eos quos capit egenos efficere solet dum finem inquirendi non inuenit sʒ vt magis quo fuerit locupletata mendicat. Et iste auarus stat ante ihm cum conuertitur ad deum paratꝰ acquisita dispēsare ad honorem diuinum et sic recuperat sanitatem q2 de cupiditate mutatur ī liberalitatem ꝛ ideo ante phariseos ydropicū curat ꝛ mox eos per exemplum aīalis bruti sic conuincit vt eosdem etiam auaricie condēnet. Cōparat etiā ydropicus spiritualiter eū quem fluxus carnalium voluptatū exuberans aggrauat. he enī sūt due filie sanguisuge que sp̄ dicunt affer affer .s. carnis voluptas et auaritie cupiditas. Designat quoqꝫ ydropisis specialiter supbiam. quia sicut ī ydropico erat turgēs corporis inflatio sic in supbo est tumens mentis elatio et ideo corā supbis phariseis curat ydropicū corporaliter vt hoc exēplo ipso discāt curari spiritualiter et per istiꝰ egritudinē corpis oñdit in illis egritudinē mentis qđ enim iste in corpore h̄ illi gestabāt in mente. Unde intendens quomodo p̄mos accubitꝰ .i. p̄mas ꝛ honorabiliores sedes in cōuiuiis sollēnibus eligerent hortatur eos ad humilitatē p̄ponēs exēplū vmꝰ operis humiliter faciendi vbi loci supioris arcetur appetē tia vt ad silitudinē eius fiant cetera et docēs humilitatē non solū apud deum sʒ etiam apud hoīes esse laudabilē Non enim intēdebat p̄ncipaliter docere qđ h̄ dr̄ ad litteram sed mystice aliud intendebat s̄m sp̄ualem intelligentiam Monet ergo inuitatos ad nuptias vt non in primo sed in nouissimo recumbant loco iuxta illud sapientis q̄nto maior es tanto te humilia in omnibꝰ. Et enim ait cris.

Crisosto.

Nihil ita deo amicū ē vt cum vltimis seipsum numerare hoc enim p̄hie vniuerse principium est. Hoc autem nō tā tū corporaliter sed et spiritualiter intelligi dʒ Multi enī ex iactātia et superbia cordis recūbunt in nouissimo loco non nisi vt iusti et humiles ab aliis videant et multi vere humiles recumbentes in cornu cōscia et corde reputāt se in nouissimo loco esse. Unde cris. Jubet nos dominꝰ ī vltimo loco recumbere nō solum vt corpe in nouissimo faceamus sed etiam aīo vt nouissimos nos esse omniū iudicemus. Sine cā loco se humiliat q̄ corde se prefert. Ubi notandum q̄ sunt quedam nuptie spirituales et quedam celestes. Spirituales sunt quas facit deus in p̄sēti cum anima in thalamo cōscie. Coniūctio autē anime cū xp̄o fit per fidem et dilectionem ex qua cōiūctione venit triplex bonū .s. fidei prolis et sacramenti. Bonum fidei ē ne dyabolum adulterum suscipiat bonum prolis est vt sponsa christi per bona opa se exerceat. bonū sacramēti est vt inter sponsum et spōsam diuisio nunq̄ꝫ fiat. Nuptie celestes sunt refectio visionis diuine. vbi erit plena satietas in nuptiis enim consueuerunt omnia abundare. Uia aūt veniendi ad istas nuptias ē humilitas quod notatur cū dicitur (vade et recumbe in nouissimo loco) Et cōcludēdo subiungit rationem (Quia omnis qui se exaltat) supbiendo (humiliabitur) vel hic vel in futuro. Non dicit exaltatur q2 s̄m .greg. nō potestas sed elatio in crimine est

Grego.

(Et qui se humiliat) volūtarie nō q̄ humiliat̄ q̄si ex necessitate (exaltabitur) in futuro et q̄nq2 etiam in hoc mundo Hec sententia infallibiliter est vera in p̄spectu dei in cuiꝰ iudicio superbi abiecti sunt et humiles accepti quamuis in iudicio hoīm aliquādo fit econtra vt superbi sit in glia ꝛ hūiles contempti. Et si superbi exaltātur in hoc mūdo humiliabuntur in inferno ꝛ si hūiles abiciunt in h̄ mundo exaltabuntur in celo. Unde cyrillus. Hoc dr̄ s̄m diuinū iudicium non s̄m humanā consuetudīē s̄m quā plures concupiscētes honorē consequūtur alii vero se humiliantes in gloria remanēt. Unde ꝛ theophilus. Homo nō

Cirillus

similiter nec omnibus hoībus est reuerendus q̄ se honoribus ingerit sed dū a q̄busdam honoratur alii detrahūt eiet q̄nq2 etiam ipsi honorantes. Ubi nota q̄ cum quidam superbus p procurationem suam exaltatus audiret in ecclesia legi hec verba euāgelii (Omnis qui se exaltat humiliabit̄ et q̄ se hūiliat exaltabitur) hoc verum esse nō reputans et quasi in verba blasphemie prorūpēs dixit q̄ si se humiliasset ꝛ nō se exaltasset ad ipsum statum illum non peruenisset et statim in eodem loco cecidit et a dyabolo suffocatus expirauit. ¶ Heu quam multi hodie hoc dicunt corde vel facto si non verbo quasi nunquam exaltari possent si ad hoc per se nihil facerent. ¶ Per primum ergo locū non solum intelligitur hic honorabilior sessio in conuiuiis sollennibus sed etiā q̄libet dignitas in eccle

Theop.

sia seu primatus ad dignitates enī nullus catholicus ad christi et ecclīe nuptias inuitatus se dz ingerere sed alios meliores preponere quantum est in se alioquin inuitator principalis .s. deus a quo est omnis ptās deiiciet eū a sua dignitate saltem spiritualiter sētētia eterna damnationis aliquando etiam deiicit tales pena dānationis temporalis. Si autem hūiliter et ex corde refugiēs sicut faciebāt antiqui patres. vt greg. et consimiles dignitatem ex obedientia susceperit et ex caritate fraterna bene ea vsus fuerit tandem celestem gloriam obtinebit. Quia (omnis qui se exaltat) presumptione se dignitatibus ingerendo (humiliabitur) modo predicto (et qui se humiliat) non fallaciter et ficte sed veraciter et ex corde (exaltabitur) quia sm qd dicitur in pūerbiis humilem spiritum suscipiet glīa. Ubi sciendum qꝫ humilitas meritoria cui debetur exaltatiōis gloria consistit in tribus. Primo in proprie estimationis annihilatione et hec īducit contemptum sui ita vt homo nihil reputet seipsum et omnium que habet recognoscat datorē esse deum. Quid enim habes inquit aplūs qd nō accepisti. Scdō consistit ī dignitatum vilipensione et hec inducit honorem dei et hec habetur quādo homo in magnis virtutibus donis et honoribus constitutꝰ inde non extollitur sed totum illi infundit et integrū restituit a q omne bonū fluit. Tertio consistit in aliorū sibi prelatione et hec inducit proximi appreciationē quomodo seruare poterimus qd dicit aplūs honore inuicem preuenientes nisi alios digniores nobis in virtutum meritis estimemꝰ. Homo enim illum q se dignriorē estimat vix honorat sed potius contēnit. Potest et hoc qd dictum est de dignitate etiam accipi de meritorum presumptione. Unde beda. Mistice qsquis nuptias christi et ecclesie inuitatus adierit membris ecclesie p fidem coniunctus non se extollat quasi sublimior ceteris gloriando de meritis. Dabit enim locū honoratiori post inuitato cum illorum qui se in christo secuti sunt agilitate preitur. Et cū rubore nouissimū locū tenet quando de aliis meliora cognoscens quicqd de sua operatione celsum sentiebat humiliat. Sed recumbit aliquis in nouissimo loco secundum illud quanto magnus es humilia te in omnibus. Ueniens autem dominꝰ quē humilem inuenerit amici noīe beatificans superius ascendere pcipiet. Quicumqꝫ enī humiliauerit se sicut paruulus iste hic est maior in regno celorum. Pulcre autem dicitur (tunc erit tibi gloria) ne nunc q̄rere incipias qd tibi seruatur in fine. Potest etiam et hoc in hac vita intelligi quia quotidie dominus suas nuptias intrat superbos despiciens et humilibus sepe tanta sui spiritus onera p̄stās vt discumbentium cetus eos admirando glorificet. Qui enim se de meritis eleuat humiliabitur a dn̄o et qui se beneficiis huīliat exaltabitur ab eo hec beda. (Cum ergo inuitatꝰ fueris) a domino p predicatores suos (ad nuptias) spirituales q consistūt ī coniunctione christi et eccl̄ie ad q̄s nuptias inuitati sunt omnes christiani q̄rum qdā ceteros dignitate pcedunt alii vero merito virtutum et excellit vnus vna virtute et excellitur alia. alii vero excellūt sacra intelligentia (non discumbas in p̄rio loco) aut meritorum tuorū p̄sumptione aut honorum mūdanorū ambitione aut appetitu inanis glorie. Quare autem primꝰ locus non sit ambiendus probat ex tribus. Primo ex comparatione dignioris (ne forte honoratior) i. dignior maiori honore (sit inuitatus ab eo) et talem debes tibi p̄ponere. Dignior enim maiori honore est virtuosior et ideo quilibet q̄ntumcūqꝫ dignitate polleat habet incitatiuū fugiendi honorē si attendat qꝫ in congregatione esse pōt aliquis eo honoratior. Non enim dignitati debet excellentia honoris nisi qꝛ ipsa attestatur excellētiam virtutis. Scdō hoc idem probat ex indigni electione qꝛ locus sublimis indigno non est stabilis sed sepe inde eiicitur. vnde dicitur (Et veniens) p effectum (qui te inuitauit et illum dicat tibi) facto scilicꝫ te humiliādo et alium tibi p̄ferēdo (da huic locū) quo reputabas te dignum. Hoc sepe euenit qꝫ qui putabat se dignum honore, eiicitur a sua cogitatione et expellitur inde. Tertio hoc idem probat ex cōfusione q sequitur. Unde subditur (et tūc icipies cū rubore nouissimū locum tenere) et rubescens .s. q̄si qui de tenebris p̄sumpsisti incipies humiliari q̄si deiectus in animo tuo aut eiectus de tuo officio. aut deiectus post mortem in inferno. Deinde ostēdit quid obseruandum ei q vult honorem acquirere qꝛ debet humilia de se sentire. Unde dicit (Sed cum inuitatus fueris vade) non te excusa et recumbe in nouissimo loco) minorem te aliis reputando et te esse ī omnibꝰ in ymo merito et si forte sis excellētior dignitate vel originis nobilitate. Et notādum qꝫ triplex distinguitur nouissimum s. statuū graduū et locorū. Int statuus locus nouissimꝰ est incipientiū medius p̄ficientiū supmus p̄fectorꝫ. Int gradꝰ locus nouissimꝰ ē subditorū medius platorꝫ minorꝫ supmꝰ maiorꝫ. Int loca nouissimꝰ est inferni medius mundi supremus celi. Recumbe ergo aut in nouissimo primo .s. in statu incipientium te reputādo p humilitatem aut in nouissimo scdō .s. in gradu subditorum per dei timorem aut in nouissimo tertio scilicet in inferno per iugē meditationem. Et adducit tria p̄pter q̄ nouissimus locus ē eligendus. Primum est qꝛ ex hoc habetur gratia amicicie (vt cum venerit) mentes visitando vel merita post mortem discutiendo (qui te inuitauit ad nuptias dicat tibi amice) s. p̄pter tuā humilitatē. Scdm est consecutio loci dignioris (ascende superius) et in p̄nti per gratiam et in futuro per gloriam qꝛ te humiliasti et qꝛ etiam amicus. Tertium est honoris gloria q̄ sequitur dignitatē (tunc erit tibi gloria) honoris (coram simul discūbentibus (in eadem fide vel ī eadem beatitudine) q̄ scītibus tum qꝛ humilis tū qꝛ amicus p̄ncipis tū qꝛ alto gradu sublimatus. Et nota qꝫ dominꝰ non intendit hic docere quō acquirere debeamꝰ humanā gloriam. sed exēplo acquirendi gloriā istam humanā docet nos acq̄rere gloriam celestem ita qꝫ sicut hūilitas est necessaria ei qui cupit exaltari honore ecclesiastico sic est necessaria ei qui cupit exaltari honore gratie et glorie. Sed differētia est qꝛ q̄cūqꝫ se humiliat vt exaltetur promotiōne ecclesiastica peccat: est enim falsa humilitas in qua latet immunda superbia qui vero se humiliat vt exaltetur donis gratie et p̄mio glorie habet rectā intentionē. Quia vt dicit hiero. Sancta superbia est virtutes apparere. Ultimo assignat rationē dicti q̄tū ad omnia p̄missa. (Quia omnis) siue laicus siue clericus siue religiosus (qui se exaltat) s. supbiendo: humiliabit: sponte vel necessario hic vel in futuro et qui se humiliat: voluntarie nō qui humiliatur quasi ex necessitate: exaltabitur: vel hic vel in futuro et hoc aut in officio aut in merito aut ī premio. Humiles dicti sunt ab humo cui p̄strati sunt eo qꝫ nihil inferius se nisi humum reputant et se conculcandos omnibus exhibent et p̄pter hoc exaltari merēt et ideo homo qui factus est de humo humiliari debet et exaltatio non debetur sibi nisi p humilitatis meritum et talis humilitas ducit ad letabundum gaudiū. vnde bern. Semper in corde tuo debes habere qꝫ sis peccator vilissimus et omni dono et gratia dei indignus nec ad hoc aliquo modo aptus vt deus orationem tuam exaudiat. Multum ergo debemus fugere supbiam que nos odensibiles et inimicos deo et hominibus cōstituit et āplecti humilitatē que nos desiderabiles et amicos eisdē facit. vnde. Cris. Ne timeas honore tuo destructo si humiliaueris teipsū. Ita enim magis extollitur gloria tua ita maior efficit. Hec regni est ianua. Si voluerimꝰ magni apparere non erimus magni sed et omnibꝰ dehonorabiliores. Qui enī derisibiles sunt et omnibꝰ inimici et ab inimicis facile captabiles et inuidi apud deū hi maxime oīm sūt. Quid aūt hūilibus ē delectabiliꝰ aut beatius cū hūiles et deo sint desiderabiles. Sꝫ ea q̄ ab hoībꝰ est gloria hi maxime potiuntur et omnes eos velut p̄res honorant sicut fratres salutant sicut p̄pria mēbra amplexantur hec crisosto. Et qꝛ dn̄s instruxit inuitatos ad

Hiero.

Bernardꝰ.

Crisosto.

humilitatem nunc instruit inuitantes ad mi'ericordie pietatem et ad pauperū ac debilium potius q̄ꝫ amicorū et diuitum inuitationem vt conuiuia faciant non propter dominum fauorem et vanitatez sed propter caritatem et pauperum necessitatem arguens per hoc phariseos quia faciebant conuiuia non moti pietate sed magis cupiditate intēdentes per hoc consequi vtilitatem seu honorez tēporalem. Unde dominus vt pro refectione corporali rependeret spiritualem scilicet documētuz pietatis (dicebat ei qui se inuitauerat) et per hoc etiam alios assidentes q̄ erāt in hoc culpabiles arguebat (. Cū facis prandium aut cenam noli vocare amicos) id est, propter amiciciam secularem (neqꝫ fratres tuos) .i. propter consanguinitatem (neqꝫ cognatos) .i. propter affinitatē (neqꝫ vicinos) .i. ppt familiaritatē (neqꝫ diuites) .i. ppt aliquā vtilitatē cōsequēdam hec determinatio ꝯ diuites oībus predictis videt debere subintelligi ꝛ ita frēs ꝛ cognatos amicos et vicinos pauperes sicut et alios egenos vocare poteris vt eis sicut et aliis pauperibus distribuā p deo. Et subditur cā cū dicit (ne forte ꝛ ipi reīuitēt te) Hec enī est cōsuetudo carnalium hominū ꝯ reinuitare inuitantes se (ꝛ fiat tibi retributio) ab homine nō a deo in presenti nō in futuro ista nanqꝫ reinuitatio intelligit cuiuſqꝫ boni temporalis recōpensatio. Unde dicit amb q̄ hospitalem in remuneratiuis esse affectus auarice est.

Ambrosius.

Sciendū tñ q̄ si vocētur predicti ad cōuiuia, ppter caritatem inuitio nutriendaꝫ meritoriū est. Si aute ad lasciuiam vel ad gulam exercendam vel ad inanem gloriam peccatum est ꝛ inuitans sustinebit penam si autē ad reinuitandum recepit mercedem suam si autē ad beniuolentiam seu liberalitatem indifferens est et pōt bene fieri et male prout ad finez vlterioreꝫ ordinatur q̄ pōt esse bonꝰ vel malus. Unde hec inuitatio permittitur nisi de matrimonio xpi qd̄ totum debet in vsus pauperuꝫ expendi sicut de testamēto mihi ꝯmisso ad faciendū elemosinā nō possum in alios vsus expendere quicq̄ꝫ. ¶ Sed cum facis cōuiuium) motus pietate (voca paupes) censu q̄ nō habent de suo ad viuēduꝫ et, debiles) conatu q̄ potētiā non habent ad laborandum (ꝛ claudos gressu qui ire nequeūt ad mendicandum (et cecos) visu q̄ non vident ad aliqd̄ artificium opandū (et beatus eris) ꝯ in pn̄ti beatitudine spei et in futuro beatitudine rei (q2) inuitati (non habent retribuere tibi) ꝛ ideo deum nunq̄ꝫ obliuiscentē habebis debitorem pietas enīꝫ ad omnia vtilis est promissioneꝫ habens vite q̄ nunc est ꝛ future. Ubi criſ. Non ergo turbemur cū nō recipimus beneficij recompēsatoꝫ ſꝫ cū recipimus. Qm̄ si receperimus nō amplius recipiemus illic ſꝫ si nūc nunc retribuit homo tūc tibi deus retribuet. Unde sequitur (Retribuetur enī tibi) ſa dn̄o (in resurrectione iustoꝝ) Scd̄m bedam ꝛ si omnes resurgāt singulariter tñ et quasi ppria nō sinerito resurrectio iustoꝝ dicitur qui in ea immutandi sūt ꝛ se beatos esse futuros non dubitant. Ubi greg insignius. Nō ergo negligas iacentes quasi nullo sint digni. Cogita q̄d sūt et preciositatem coꝝ inuenies. Saluatoris induerunt imaginem futurorum bonorū heredes regni claugeri accusatores et excusatores ydonei non loquentes ſꝫ inspicti a iudice. Ubi et criſ ¶ Diceret ergo eos sursum in solario suscipere. Si non placet saltem deorsum vbi sunt subiugalia et famuli. ¶ Xp̄m suscipias fiat saltē pauper edituo. Ubi est elemosina non audet intrare diabolus ¶ Et si secum consedeas mitte ei de mensa fercula. Et iterum. Sed dicis. Immundus est pauper ꝛ sordibus. Laua eum et fac tecum in mensa sedere. ¶ Si vestes sordidas habet mundum indumentum exhibeas. Xp̄s accedit per eū et ī frīvola loq̄ris. Hec cri. ¶ Moraliter (cum facis conuiuium) id est cum accedis ad orationez vt reficiaris pane lacrimarum et inebrieris vino compunctōis (noli inuitare amicos) i noli orare tm̄ pro amicis et consanguineis tuis ꝛ pro diuitibus .i. p iustis q̄ sūt diuites ī virtutibꝰ ſꝫ p inimicis et peccatoribus qui vere paupes sunt. Un̄ subdit (Sꝫ voca paupes) .i. associa in tua oratione petōres et subdiuidit in tria genera peccatorum dicens (debiles) .i. peccantes ex infirmitate (claudos) id est peccantes ex malicia .s. qui habent pedem intellectus sanum sed pedem affectus infirmum (et cecos) .i. peccantes ex ignorantia. Predicator etiam verbi diuini facit spirituale cōuiuiuꝫ sed si facit hoc propter honoris vel lucri temporalis cōsecutionē non habebit a deo mercedē si vero facit, ppter animarum salutem recipiet cum iustis vitam eternā. Ex eo aūt q̄ dn̄s hic ait (retribuetur in resurrectione iustoꝝ (quidam de simul discumbētibus) rudis et carnalis motus verbis xp̄i credidit q̄ resurrectio futura esset ad vitā cibis corporalibus indigētem et q̄ christus promitteret escas corporales in regno celorū et (dicit ei beatus est q̄ manducat panem in regno dei) Unde cyrillus. Homo iste animalis erat non diligenter percipiens ea q̄ xp̄s, ptulerat putauit eñ corporeas esse remunerationes sanctorum. Sed quidam dicunt q̄ per panem iste intelligebat beatitudinem veram que consistit in visione et fruitione deitatis xp̄i principaliter ꝛ humanitatis secūdario qui vocat se panem vite. Unde augustinus. Uel quasi in longinqua iste suspirabat et panis iste scilicet quem desiderabat ante illum discumbebat. Quis enim est panis regni dei nisi qui dicit ego sum panis viuus qui de celo descendi. Noli parare fauces sed cor hec aug. (¶ Beatus igitur qui hunc panē) qui refectio aīarū est (mādueabit in regno dei) videndo ꝛ ꝛ fruēdo de quo dicitur ī ecclesiastico qui edunt me adhuc esurient non propter famis inediā sed propter fastidij absentiā vnde beda. Panis q̄ manducatur ī regno dei nō corporalis intelligendꝰ est cibus sed ille vtiqꝫ qui ait ego suꝫ panis viuus qui de celo descendi si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Id est si quis mee incarnationis sacramēto perfecte incorporatus mee diuine maiestatis visione frui meruerit hic perpetua vite immortalis beatitudine gaudebit. Hec beda.

Cyrillus · *Augusti* · *Beda.*

Crisostomꝰ · *Beda.* · *Gregorius.* · *Crisostomꝰ* · *Moraliter*

Oratio.

Domine ihū xp̄e manu misericordie tue me apprehende ꝛ, ptege ne ꝑualeat in me ydropisis carnalis voluptatis vl' auaritie aut supbie ꝛ da michi vt pverā cordis oris et operis humilitatem in nouissimo loco recumbaꝫ minoreꝫ me aliis reputando per misericordiam indigentes inuitare nō obmittā eorū necessitatibus pro posse succurrendo ¶ Largitor opulentissime deus da michi misero panem celeſtꝫ qui cum ipse eum mādu cate in regno dei pro quo pane tibi domine q̄tidie militamus pro quo tota die mortificamur vt in tua vita viuamus. Amen.

De inuitatis ad cenaꝫ magnā. Ca. lxxxi

T quia nōnulli ter

Luc. xiiij

renis vl' voluptatibus mundi huiꝰ dediti hunc panē de quo dictū ē̄ siderenus quasi odorādo percipiunt dulcedinē vero eius attingere veraciter gustando fastidiūt ideo ad ostendendū talīū reporē celestibus epulis nō esse dignum subiungit dominus pabolaꝫ in qua demonstrat diuine largitatis effluentiam ꝛ arguit multiplicē iudeorū ingratitudinē q̄ pre ceteris gētibus fuerūt inuitati ad celestē beatitudinē pīo per pp̄has secundo per ipm̄ xp̄m tertio p aplōs et tñ renuerunt venire per fideꝫ ꝛ ita vocati sunt gentiles. Dicit ergo (Homo quidā) .i. xp̄s verus homo et verꝰ deꝰ q̄ dr hō rōe veritatis nature humane quidā rōe singularitatis persone respectu aliorū (fecit cenā magnā) .i. pparauit futurā glorie et vite eterne refectionē et celestem seu eternam beatitudinem quam sanctis animabus ab eterno preparauit dn̄s q̄ vocatur cena eo q̄ est refectio vltima qa sicut cena paratur declinante die postq̄ꝫ nulla refectio sequitur

sic vita eterna datur p diem psentis vite vbi nichil aliud expectatur. Item dr cena magna immo sic maxima vt eius immensitas in cor hominis nō possit ascendere et vocauit multos) qr vult omnes homines saluos fieri et beatos Uocauit dominus quosdam per angelos quosdam per patres quosdam per pphetas quosdam p seipsum qsdam per apl'os quosdam alioꝝ pdicatorum verbis qsdā ispirationib⁹ internis qsdā bñficiis et psperis quosdā flagellis et aduersis (Et misit seruum suū) i pdicatorē euangelicum et lz plés sint fui psonarū statuum et habituum diuersitate vnū tñ debēt esse fidei et caritatis vnitate (hora cene) i vltima etate et tēpore grē (Hora cene) ē finis seculi .i. vltima etas manet si homines in alus etatibus ad cenam inuitabantur nullus tamē recipiebat ad cenā sed omnes ad limbum descendebant (dicere inuitatis vt venirent) i. ad veniendum p bona opera se pparent (qr iam parata sūt omnia) Ante aduētum christi nōdū erat cena christi pata qr null⁹ poterat ingredi vitā eternā sz agno christo imolato aptus est regni celestis adit⁹ ꝛ tūc missi sūt apl'i ad q̄s ante fuerant pphete missi. Sicut eni xp̄s missus fuit a patre vt inuitaret ad cenā ita ipse seruos suos apostolos suos misit ꝛ mittit pdicatores vt dicāt nobis venite ad cenam qr pata sunt omnia Consistit autem illa cena in tribus s in beata visione diuinarū psonaꝝ i societate angelorum et i cōsortio sanctorum q̄ oīa vt hic dr̄ sunt dara (Et ceperūt se sil'r ōēs excusare) i. p mala opera se retrahere quia plus dilexerunt terrena et corporalia q̄ celestia et spiritualia Oēs se excusant et si nō verbo saltē cogitatu vel facto Oēs dicit i. p maiori parte qr pauci

Gregor⁹

saluantur respectiue fm greg multi vocantur sed pauci veniunt qr multi qui p fidē ei subiiciuntur male viuendo eius conuiuio cōtradicunt. Sed ve nobis qr fm eundem greg. ecce homo diues inuitat et paup occurrere festinat ad dei inuitamur conuiuium et excusamus Dominus clementer omnes inuitat sed qui venire noluit excusant ꝛ sic eternū conuiuiū qd deus non rogat⁹ sed gratis offert volentibus sibi intercludunt. Excusatio enim ista est idispositio voluntaria qr alii cadunt in superbiam alii in auariciam alii in luxuriam. Primi signantur p villam emptā videntes. Secundi per iuga boum empta probantes Tertii per vxorem ducentes et omnes isti ad cenam dñi cam sunt inepti. Unde cōsequēter excusantium cause subdunt cum dr (Prim⁹ dixit Uillam emi et necesse habeo exire et videre illam: Ubi notant superbi amatores mūdiin quibus est ambitio dignitatum et hmōi in villa eni empta dominatio notatur et superbia qr superbi volunt aliis dominari: Et alter dixit. Iuga boum emi quinqz et eo pbare illa: Ubi intelliguntur auari et cupidi qnqz sensibus et terrenis nimis intenti in quibus ē cupiditas terrenorum et mundanorum per boues enim qui terrā versant terrena signantur: Et alius dixit. Uxorem duxi et ideo non possum venire: Ubi notantur carnales et luxuriosi delitiis carnis dediti in quibus est amor voluptatū

Basili⁹

carnalium vxor enim ad voluptatem carnis ptinet. Dicit autem secundū basilium non possum venire eo q intellectus humanus vergens ad humanas illecebras debilis est ad agendum diuina Omnes ergo predicti sunt indigni cena nuptiarum agni. Unde sūt versus isti. Uilla boues vxor cenam clausere vocatis. Mundus cura caro celum clausere renatis. Ad ista vero tria vicia reducuntur omnia a beatitudine celesti excludētia qr vt ait iohānes

August⁹

Omne qd est in mundo aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum aut supbia vite. Unde august. O qui ad cenam deuenitis nolite diligere mundum neqz ea q̄ in mundo sunt. Amor rerum terrenarum viscus ē spiritualiū pennarum qm omnia q̄ in mūdo sūt cōcupia carnis sūt et cōcupiscētia oculorū et ambitio seculi Concupiscentia carnis: vxorem duxi: concupiscentia oculoꝝ quinqz iuga boum emi: ambitio seculi: villam emi: Tollamus ergo de medio excusationes vanas et malas ꝛ veniamus ad cenam qr intrinsecus saginemur. Non nos impediat extollentia non superbia extollat non nos teneat curiositas illicita et auertat a deo non nos impediat voluptas carnis a voluptate cordis. Ueniamus et saginemur hec aug. Secūdum crisostomum q̄uis videātur rationabiles ex-

Crisosto.

cusantium occasiones esse tamē hinc discimus et si necessaria fuerint q̄ detinēt omnibus prima facere spiritualia Excusat quippe omnis q plus terrena q̄ celestia diligit etiam si se ad celestia tendere dicit. Qd hodie clericis et religiosis multis obiici potest qui curam et sollicitudinē tantam habent de terrenis et omnibus quibus laici occupantur vt nulla differentia inter hos et illos videatur. Unde gregorius. Sed ecce inter hec pensare possumus

Gregori⁹.

Quid sibi corda nostra respondeāt. Occultis eni fortasse sibi cogitationibus dicant Excusare nolum⁹ ad illd eni superne refectionis conuiuiū et vocari et venire gratulamur. Loquentes nobis talia mentes nostre verum dicūt si non plus terrena q̄ celestia diligunt si non amplius rebus corporalibus q̄ spiritualibus occupātur Hec greg. Et reuers⁹ seruus nūciauit hec domino: Predicatores exeunt ad predicationem reuertuntur ad dei cōtemplationem nunciant quid egerunt per interiorem confessionem: Tunc iratus paterfamilias s. christus cuius familia sunt omnes angeli omnes electi fideles ꝯtra sue cene cōtemptores ira non affectus sz effectus qr punit vt iratus

Augustin⁹.

nam fm aug. ira dei ē vindicta peccati. Et iuste irascitur deus de negligentiis hominum q paratā pro eis eterne vite cenam contemnunt et vilibus cibis mentem implēt Iratus inquit dixit seruo suo. s. pdicatori euāgelico. Exi cito scilicz ab ocio studii et contemplationis ad publicū actionis et predicationis: in plateas et vicos ciuitatis: Per vicos et plateas ciuitatis que .s. clausuram habent intelligitur vocatio iudeorum qui clausi erant legalibus obseruantiis et quasi dei ciues vtpote eius legem tenentes quoꝝ qdām erant in plateis .i. in lata via prosperitatis et voluptatis quidam in vicis i in angustia aduersitatis et tribulationis vicus eni artior est q̄ platea et pauperes: propter defectū gratie et virtutis ac debiles: propter defectum bone operationis et cecos pter defectū vere cognitionis: et claudos: propter defectū recte affectionis et intentionis hoc ē humiles q̄ se tales reputant et intrare desiderant: introduc huc: tales enim vult dñs ad penitentiam vocari et ad suum conuiuium introduci Nā pncipib⁹ et sacerdotib⁹ ac legisptis iudeorū pter igratitudinem et superbiā dimissis a deo et relictis humiles simplices et publicani illius ppl'i sūt vocati vt patet in apostolis et pluribus aliis ex decursu euangelii. vnde

Gregorius.

greg Quia ergo venire superbi renuunt pauperes eligunt qr infirma mundi eligit deus vt confundat fortia peccatores superbi respuuntur et peccatores humiles eligunt hos itaqz elegit deus quos despicit mundus qr plerūqz ipsa despectio hominem reuocat ad semetipsū. Pauperes ergo ꝛ debiles ceci et claudi vocantur et veniūt qr infirmi quiqz atqz in hoc mundo despecti plerumqz tanto celerius vocem dei audiunt q̄nto in hoc mundo non habent vbi delectentur. Unde et aug. Et qui venerunt nisi

Augustinus.

mendici debiles claudi ceci Illi autem non venerūt diuites sani quasi bene ambulantes et acute cernētes multum de se psumētes et ideo tanto desperatiores quāto superbiores. Ueniant mendici qr illos inuitat qui pter nos factus est pauper cum diues esset vt illius paupertate mēdici ditaremur Ueniant debiles qr non est op⁹ sanis medicus sed male habentibus Ueniant claudi qui ei dicūt compone gressus meos in semitis tuis. Ueniant ceci qui dicant illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in mortem. Hec augustinus. Et ait seruus Domine factum est vt imperasti sed etiā eo modo vt imperasti et sic notatur perfecta obedientia scilz in opere et in modo: et adhuc locus est quasi dicat Multos introduximus de iudeis sed adhuc est locus vbi recipiantur gentiles hoc est

am ideo dicit q: ecclia pl'es recipere sp̄ ē parata (Et ait
dñs seruo. Exi cito in vias z sepes) .i. extra iudeam dis-
scurrerendo ad gentile pplm per vias eni z sepes intelli
gitur vocatio gentilium q̃ tanq̄ agrestes i vijs et sepib⁹
erant dispersi et direptioni hostium expositi in vijs scilz
mundane prosperitatis z sepibus aduersitatis (et cōpel
le intrare) instantia et importunitate predicatōis vocā
tur eni qui a malo retrahuntur feruētibus exhortatōib⁹
compelluntur qui trahūtur duris cōmnatōib⁹ Vn̄ iude
os monet vocari et gentiles ɔpelli quia iudeis tanq̄ le
gem et prophās hñtibus leuior vocatio debebat suffice
re q̄ nō sufficiebat gētibus (vt impleatur domus mea) .s.
celum et celestis patria vbi sit eternū conuiuium debito
numero predestinatoꝝ qui numerus nō remaneat inex
pletus. Vel (ɔpelluntur intrare) heretici q̄ p ecclīam pu
niti resipiscunt vel quicumq̄ alij q̄bus mundi aduersita-
tibus fracti ad dei amorē redeunt. Felix necessitas q̄ ad
meliora compellit. Multi ei qui in securitate z pspeñ
tate mundo viuunt instante aduersitate et periculis ad

Crisostom⁹.

deum fugiunt Vnde cris. Multo magis laboriosius est i
securitate ɔcupiscētias vincere q̄ in piculo diuitias pos
se contemnere. Ipse enī timore periculi adiuuat aīm et
facile vincitur delectatio corpalis. Quo enī sunt q̄ in se
curitate non suetunt ɔtenti pauperes esse et tñ vidētes
persecutionē magis cōtenti fuerunt bona sua dimittere
q̄ perire Illos tales sciens deus frequenter p̄cidit diuiti
as eorū vt a sollicitudinibus releuati securius z melius
permaneant deo Hec cris. Liquet ergo vt ait greg. q̄ alij

Gregorius

vocantur et venire contemnunt vt q̄ donū intellectus ac
cipiunt sed eundem intellectum opibus nō sequunt alij
vocantur et veniant q̄ acceptā intellectus grām opādo
perficiūt alij intrare compellunt vt quos ecclīa tpaliter
punit. ¶ In fine autem concludendo subiungit (Dico aūt
vobis) cuius dicere infallibile est (q̄ nemo virorū illoꝝ
qui vocati sunt) et se excusantes venire noluerūt (gusta
bit cenā meā) Immo nec videbit sed sancti gustāt z vident
etiā in presenti scdm illud psal. gustate z videte q̄m sua
uis est dñs. Implenda est enī domus dei numero prede
stinatorū sed superbi peccatores q̄ vocati venire noluerūt
seipsos irrecuperabiliter excusarunt. Hec sniā dñi vt ait
greg valde timenda est. Nemo ergo venire contemnat
ne dum vocatus excusat cū voluerit intrare non valeat

Gregorius

Et certe qui non intrauerit famelicus z inanis a refecti
one diuine fruitionis et visiōis remanebit. Ecce q̄ peri
culosū est contemnere inuitationē ihū xpi tales enim a
refectione eius in presenti per gratiā et in futuro p gl'iā
merentur excludi. Hec igitur oīa z ad q̄ vocati sum⁹ dili
genter cōsideremus et pñtia despiciētes ad futura nos
preparemus. Vn̄ cris. Permaneamus igit custodiētes

Crisostom⁹

eā quā initio suscepimus dignitatē et futura quotidie
regna queramus oiaq̄ pñtia vmbras esse prorsus ac sō
nia iudicemus. Neq̄ enī si rex terren⁹ aliquis assumēs
te pauperem ac mendicū repente sibi adoptaret in filiū
tu iam ad tugurij tui respiceres vilitatem. Ita nunc
igitur nihil pñtiū putes esse preciosum. Longe quippe
maiora sunt ad que vocatus es capessenda. ¶ Hec criso

Oratio.

Domine iesu xpe qui oīs hoīes volēs saluos
fieri refectionē celestis beatitudinis oib⁹ ppa
rasti et multos ad eam multis modis vocasti
ne me miserū excludas ab illa grā generali quā omnib⁹
venisti impartiri z da michi calcare oēm superbiā et ābi
tionem auaritiā et cupiditate concupiscam carnis et vo
luptatem ne hec vel alia impedientia michi eternum inē
cludant cōuiuiū sed q̄ sum pauꝑ in grā z virtute z debi
lis in bona operatione ac cecus i vera cognitiōe et clau
dus i recta affectione misericorditer introducat in idip-
sum. Amen.

De scenophegia festiuitate

Ost hec ābulabat et
manebat adhuc (ihs in galilea) docendo in
synagogis eorū (nō enī volebat i iudeā am

Joh vij.

bulare quia iudei querebāt eū interficere). Licet enī pos
set inter eos sine nocumēto esse voluit tñ aliquādo ante
tps passionis se ab eis subtrahere primo ratiōe sui quia
nondū venerat tps quo volebat occidi scdo rōe nrī vt
nostrā consolaretur infirmitatē dando nobis exemplū
q̄ possumus aliq̄n declinare persecutionē tertio rōe iu
deorum ne manens in medio eorū magis eos incitaret
in odium (Erat autē in proximo dies festus iudeorū sce
nophegia) .i. festiuitas tabernaculoꝝ q̄n do habitabāt fi
lij isrl' in tabernaculis vij diebus sub vmbra ramorū in
similitudinem z memoriam tabernaculorū i quib⁹ habi
tauerūt patres eoꝝ cum educti ex egipto pegrinarētur
in heremo velut reminiscētes beneficia domini q̄ erant
diu̅ occisuri. Et est scenophegia dictio greca composi-
ta a scenos q̄d est vmbra z phagin quod est comedere q̄
i vmbraculis comedebant durante illa festiuitate Et ce
lebrabatur collectis fructibus anni in septembri mense
septimo quia illo tempore quo vue erant colligēde exi
uerunt de heremi tabernaculis et venerunt in terram
promissionis vn̄ exploratores portauerūt i vecte vuas
Et tunc iudei habitabant in vmbraculis quia patres eo
rum per xl. ānos habitabāt in tabernaculis. Imminēte
igit scenophegia (fratres) .i. cōsanguinei dñi s. apl'i s3 alij
propinqui eius cognatiōe ex parte virginis marie q: vi
derunt p̄mōni esse patum ad ascendendum inuitabant
eum vt ad diem festum in irlm q̄ caput regni est ascende
ret ibiq̄ gl'iam miraculorum ostenderet et se manifestaret
Xps enī habebat quosdā cognatos scdm carnē qui mo
re iudeorum fr̄es dicebant. Et (dixerunt ad eum Transi
hinc et vade in iudeam) hoc est irlm iudee metropolim
(vt et discipuli tui) .i. turbe te sequentes seu alie vn̄cūq̄
illuc conuenientes (videant opera tua) et miracula. Ac
si scdm bedam dicant. Tu signa facis et pauci ea vident

Beda.

Transi ergo ad regiam vrbem vbi sunt principes vt vi
sis signis laudem cōsequaris ab eis carnales amici glo-
riam eius querentes vt illius participes fierent et per
miracula eius magnificarentur carnale consiliū dabant
quo saluator noster mūdi gloriam acqreret et suū nomē
longius dilataret ideoq̄ nō in occulto et absconditis s3
palam et in conuentu multorum miracula domini ihm
facere ammonebant. Est nanq̄ proprium inanis gl'ie cu
pidorum vt q̄cquid gloriosum suū vel suoꝝ extiterit ostē
datur i publico (. Neq̄ enī fratres) .i. consāguinei (ei⁹) hu
manā et mundana gloriam requirentes fideliter (crede
bant in eum) estimantes eum vane gloriosum et glorie
hominū amatorē et cupidum. Facis inquiunt miracula
sed in abscondito innotescere appare hominib⁹ vt lauda
ri possis ab hominibus. ¶ Putabant enī q̄ laus et fauor
mundi esset fructus virtutum et miraculorū suoꝝ Et q̄a
suggerebant ei malum .s. gl'iam mundanam querere ideo
recusauit et eis non acquieuit vt daret nobis exemplū
nō querendi gl'iam hmōi dicens (Tempus meū) .i. gl'ie
mee manifestande (nondum aduenit) q: post resurrectio
nem manifestanda erit (tps autē vrm) .s. mundane gl'ie
quo ex mundi laude hominūq̄ fauore et vana gloria de
cipiamini (semper est paratum) .i. mūdi gl'ia quā affecta
tis et q̄ritis semper est parata vobis. Ea ei q̄ oibus ho-
ris mundus exhibet queritis scilz honores diuitias z de
licias et ideo sicut vos tempori parati estis ita tēpus pa
ratum est vobis. Mundani ergo hñt tps gl'ie patū q: ea
dem amant q̄ mundus et mundo ɔsentiunt et id q̄d que
runt semper inueniūt Si vero qui q̄rūt gl'iam spūalē nō
habent hic tps patū quia vitupāt q̄ mūdus amat et mū
dum ɔtemnūt. Et id dicit (Non pōt mūdus) .i. mūdani
(odisse vos) quia cū mundo conuenitis z de amatorib⁹
eius estis ex illum in voluntate et voto et opere non est

Crisost. odiuz sed amor et amicitia vnde criso. Qualiter eos mundus odit qui eadem cuz mundo volunt et pro eo student (Me autē) et meos (odit) propter dissimilitudinē q est ī voluntate voto et opere quia opa eius mala nō approbam⁹ sed magis redarguimus. Sicut autē due glorie ita et diuersa sunt festa mundani enī habēt festa tpalia ī gaudere epulari et huiōi delicias exteriores. scī vero habēt festa spūalia q consistunt ī delectationibus spūs et iō bene subdit (Vos) qui gliā mundi et festa gaudiorū mundanorū quiritis (ascendite ad diē festum hunc) in q videri et videre in vanitate et concupiscentia vultis ī ad festum leticie tpalis. Ubi laus humana et voluptas qritur vbi carnalia gaudia extēduntur (ego) q talibus nō delector (non ascendā) s. vobiscū (ad diez festū istū) et h mō sicut vos vultis ī qrens gliaz (quia tps meuz) i. glie mee fm humanitatē ad quā queniendū ē impleta pus humilitate (nondum est impletuz) nō eñi nisi impleta humilitate passionis sequitur tps glie et imortalitatis. Uel (vos ascēdite ad diem festum hūc) i. ad principiū solēnitatis hui⁹ quia iudei magis vacabant epulis et leticie in principio festi q in fine (ego autē non ascendā ad diē festuz istū) s. primū (quia tps meum nonduz est ipletū) Tps scī aptū doctrine veritatis propter quā saluator venerat nō erat sic in principio solēnitatis propter predicta sicut circa finez quia tunc paratiores sunt omnes ad doctrinam. Dicendo autem vos ascendite nō consulit nec precipit nec eos ad talia inuitat sed predicit et premittit et ostendit quid ipsi qrebant qui mundana adhuc tm sapiebant. Illi sp volebant esse in festo et non in vigilia qui sep volebāt habere mundi laudez et voluptatē et nullā ferre mundi molestiā. Similes sunt multi in pūti vita q sp volunt habere festa et ideo in futuro faciēt vigiliam volunt eī mō esse in cōmessatione et ebrietate ac risu et vanitate et ideo semper erunt in fame et siti et fletu et tribulatione. Istud autem festum diabolicum triplici de causa non est faciendū. Primo qa hec vita est vigilia iō debemus ieiunare et peccata nra plāgere vt possimus ad festum celestis patrie peruenire. Unde mathei. Beati qui lugent ecce vigilia qm ipsi consolabuntur ecce festuz. Sed vani hoīes volunt hic festum facere et ideo veniēt ad vigiliā. Unde luce. Ue vobis qui saturati estis ecce festū. quia esurietis ecce vigilia. Scđo quia ista vita est exilium et stultus eēt ille pegrinus q in exilio positus vellet facere festū sz dz expectare quousq ad priam suam redeat patria autez nra est regio celestis q nos expectat et quia peccatores de h exilio patriam faciunt ideo a patria celesti exules et banniti sp erunt. Tertio quia ista vita est locus laboris et iō serui dei sunt in labore cōtinuo et de labore veniunt ad quietem. vani autem homines volunt esse in ocio et ideo de ocio veniūt ad laborē. Hic ergo ondit discretio seu distinctio bonorū a malis tps eī glie malorum sp est in pūti vbi dies mali sunt et mali florent tps vero glie bonorum erit ī futuro quādo cū xpo regnabūt ad quā gloriam p passiones et tribulationes queniunt. Dicāt ergo deuoti alijs ad conuiuia et lasciuias eos inuitantibus (Uos ascendite ad diem festum hunc) nos qui talia nō appetimus nō ascēdimus. Nō eñ debet seruus xpi ī talibus delectari quia delicatus miles est qui vult simul gaudere cum seculo et regnare cum xpo cuz dictuz sit ve his qui in bonis ducunt dies suos quia ī puncto hoīe descēdent ad inferni nouissima receperunt enim bona in vi-

August. ta sua. ¶ Unde aug. Simus recti corde tps glorie nostre nōduz venit. Dicatur amatoribus huius seculi qles erāt fratres dñi. Tps vestrum sp est paratum tps nrm nōdū venit. Audiamus eñ et hoc dicere et nos. Et qm corpus dñi nostri iesu xpi sumus qm membra eius sumus qm caput nrm gratanter agnoscimus dicamus plo sus qm ppter nos et ipe dignatus est dicere quādo nobis insultāt amatores huius seculi dicamus eis. Tps vrm sp est paratum tps nrm nondum venit. Hec aug. Tempus etiā diuitū semper est paratum qa est in bursa eorū si eñ ē frigus bene se induunt vel aliter calefaciunt si est calor habent domos frigidas vel subuentiones alias et similiter in alijs defectibus corporum promptum habent remediuz et iō tps coruz sep est paratuz pauperes vero totuz habēt ɔtrariū sed aliter erit ī alio seculo (Hec cū dixisset ipse mansit ī galilea) ex ratione supradicta. Postq (autē ascenderunt fratres ei⁹) duobus diebus trasactis latenter ascendit sine eis. ¶ Sicut eñ noluit esse in principio festiuitatis ne fratribus suis maluz persuadētibus videretur fauere sic noluit se omnino subtrahere nec doctrinā salutis obmittere quā venerat docere (Ascēdit ergo ad diem festuz) sed nō ad illuz ad quē ī fēs ei⁹ ascēderūt nec vt illi ī manifeste et cum magna comitiua nec vt videretur ab hoībus ne occasionē maioris inuidie daret iudeis quia nō cupiebat gliari tpaliter sed aliqd docere salubriter homines corrigere de festo eterno admonere amorem ab hoc seculo auertere (sed ascendit quasi in occulto) in hoc condescendens fidelibus qui timore mortis occultandi erant et ne se hoībus ostendens fauorem humanum quereret. q dies festus domini non exterius sed interius non facie sed in mēte agit de quo in psalmo dr qm cogitatio hominis ɔfitebitur tibi et reliquie cogitationis diem festum agent tibi. Sic ergo age diem festū si ad tuam festiuitatem vis venire ihesuz. Qui enim agūt in manifesto et vt ab hominibus videantur receperunt

Beda mercedem suam. Ubi beda. Mystice autem designatur q singulis quibusq carnalibus humanam gloriam querentibus dominus manet in galilea que interpretat trāsmigratio facta ī in membris suis que transmigrant de vicijs ad virtutes et in eis proficiunt. Postmodum vero dominus ascendit quia membra xpi non huius vite sed eterne gloriam qrunt. occulte autem dominus ascendit quia omnis gloria eius ab intus ī de corde puro et cōsciencia bona et fide non ficta. Hec beda. Nota quia dominus docturus miracula immo in omnibus magnis operibus potentie et virtutis sue gloriam fugit nolens socios habere vel nuncios pambulos vt patet hic et ī pluribus alijs. Quasi diceret quanto maior es humilia te in omnibus. In operibus vero humilitatis turbam comitem habuit veniens ad passionez et discipulos premisit vt sibi asinam et pullum adducerent. Etiam comesturus agnum pascalem premisit qui prepararent locum sed hoc fecit in tanti sacramenti mysterium quod nō debet sumi nisi cum preparatione virtutuz et bonorū operum ¶ (Judei) ergo communiter (qrebant eum in die festo) anteq ascenderet quia non viderant eum adesse cū fratribus (et dicebant. Ubi est ille) scilicet talis et tantus predicator et miraculorum operator ¶ Non nominant eum nomine proprio tam qrentes eum animo bono q malo. ¶ Quidam enim qrebant eum desiderio addiscendi vt eius doctrinam deuote audirent. alij desiderio malignandi vt eum interficerent. alij vanis curiositate vt viderent. ¶ Illi ergo qui qrebant eum ex odio dedignabātur eum noīe ppio nominare q nomē suū fuit eis graue. sed illi qui qrebant eum ex deuotione non audebant eū nominare vel ita reputabant cuz famosuz et autēticū q nō oportebat nomē propium exprimere. vani autē nō curabant de suo noīe ¶ (Et erat murmur de eo in turba) et dissētio propter cōtrarietatē opinionū de eo (qdā eñ) scilicet q pia intētōe qrebant eū (dicebāt q bon⁹ est) approbantes eius doctrinā et miracula (alij autē) s. q mala intentōe qrebant eum (dicebant nō sz seducit turbas) dicta eius persequentes et opa. Ubi cris. Illam quidē esti-

Crisostom⁹. mo opinionē multitudinis esse hanc vero principū et sacerdotum. Uides vtriq principatū corruptū eos autē q principatui subijciuntur sanos iudicio (Nemo tñ) s. illorum qui dicebāt q bon⁹ est (palā loqbat de eo ppt metum iudeorū) s. principaliū ne extra synagogā cōgregatione fieret aliorum. Ex q patet q principes populi

illius dicebant eũ seductorem: et maior pars dicebat cõ trarium. Seducit turbas clarius sonabant: sꝫ bonus est pressius susurrabant. Ecce q̃ntum deprimitur veritas. et extollitur falsitas. Quidam erant ibi formidolosi et timi di qui in xp̄m credebant sed veritatez dicere non audebant et ideo in veritate peccabant. Tribus enĩz modis fcd̃m crif in veritate quis peccare potest: aut veritatem pre timore tacendo aut ipsam veritatem in mendaciũ cõ mutando aut ipsam veritatem non defendendo. De pri mis dicitur (alij dicebant: quia bonus est nemo tñ palaz loquebatur de illo propter metũ iudeoꝝ) Et dicit aug. Uterqꝫ est reus apud deum ꝛ qui veritatẽ tacet ꝛ q̃ men dacium dicit ille quia ꝓdesse non vult iste q꞉ nocere desi derat. De secundis subditur (alij aũt n̄ sꝫ seducit turbas) De talibus dicit apl̄s commutauerunt dei veritatem in mendaciuz. De tertijs dicit (multum murmur erat de eo in turba). Murmurabant quidem de eo q꞉ pharisei xp̄m persequebantur. sꝫ tñ eum nõ defẽdebãt nec aperte resiste re audebant. tum tñ dicit sapiens vsqꝫ ad mortẽ certa ꝓ iusticia. De oĩbus seruis xp̄i hoc idẽ dicitur. Sꝫ nõ miruꝫ si de eis iniqui hoĩes aliquãdo male loquũtur cũ de ipso dei filio talia loquerentur vñ aug. De oĩbus seruis eius intelligenduz hoc dicitur mõ. Quicũqꝫ apparuerit ĩ aliqua gratia spũali alij dicũt bonus est alij non sꝫ seducit turbas. Qd̃ dictũ est ergo de dño. valet ad consolatõem nostrã de quocũqꝫ hoc dictũ fuerit xp̄iano hec aug. Sed si bene consideras hec malorum derogatio cõmendatio est. vnde greg. Stultum valde est si illis placere q̃rimus quos nõ placere deo scimus. Peruersorum aũt deroga tio vite n̄re approbatio quia iaꝫ ostenditur aliq̃d iusticie nos h̄re si illis displicere incipimus qui non placẽt deo. In omi igit̃ qd̃ de nobis dicit̃ sp̄ tacite recurrere ad men tem debemus interiorẽ testem et iudicẽ q̃rere. Quid eñ prodest si oẽs laudent cũ cõscientia accuset. Ad quid po terit obesse si oẽs derogent et sola conscientia defendat. Unde et boetius. Itaqꝫ nichil est qd̃ admireris si in hoc vite salo circũflantibus agitemur procellis quibus hoc maxime propositũ est pessimis displicere vñ etiam sene ca. Tam turpe est laudari a turpibus q̃ laudari ob tur pia vel esse turpem. Et iterum. Nemo michi plus videt̃ estimare virtutem nemo illo magis deuotus q̃ qui boni viri famã perdidit ne conscientiaz perderet. Honesta turpitudo est pro bona cã hec seneca. ¶ (Jam autem die festo mediante) i. in medio solẽnitatis i. die quarta quã do etiam deus ab initio mundi choruscare fecit lumẽ in celis (ascendit iesus in templũ) publice q꞉ ibi erat locus cõmunis aptus doctrine (ꝛ docebat) quia ĩ principio fe sti his que festi erant magis intendebant et ideo postea xp̄m attentius audiebant. Euãgeliste q̃nqꝫ more iudeo rum dies septem quibus celebritas durabat diẽ festũ ꝓ pter vnã festiuitatem appellauerunt. Octauus aũt dies de integritate scenophegie non erat et tamen totus cele bris manebat. Fiebat enim in eo collecta ad opus pau perum et in necessitates fabrice et vte vsũ eius. Et qui dam de turba dicebant eũ vere prophetã et xp̄m alij di cebant eum h̄re demonium qd̃ patꝫ manifeste falsũ quia demonia expellebantur per ipsũ. Dñs aũt non turbatus sed tranquillus nõ reddidit maledictum ꝓ maledicto sꝫ tranquille ad oĩa r̄ndit. In quo f̃m beda nobis patiẽtie reliquit exempluꝫ vt quotiẽs nobis ab aliq̃ falsa obijciũ tur conuitia patienter toleremus ꝛ vera q̃ possumus nõ obijciamus sed salutaria monita ꝓdicemus (. Et q̃rebãt apprehendere eũ) ad occidẽdũ sꝫ repressi sunt diuina vir tute (et nemo misit manus in illũ) q꞉ nichil ei facere po terant nisi q̃ntum et q̃n ipse permittebat (q꞉ nondũ vene rat eius hora) i. ab eo ordinata de captione sua voluit eñ premissa lõga serie preconũ oportuno tp̄e nasci ꝛ si ĩ ter predicato euangelio oportuno tp̄e mori (quidaꝫ au tem de turba) h̄uiles et paupes ꝓdicatione et mir culis eius moti (credebant in eũ) verba ꝛ facta eius glorifican tes Non dicit de principibus quia quanto maiores erãt tanto magis insaniebãt (Audiẽtes aũt) p̄cipes ꝛ pha risei) turbaꝫ de illo bona secreto murmurantẽ et eũ glo rificantẽ quia turbe non audebãt cõfiteri ĩ palaz ꝛ ꝓpter contrarias de eo opiniones dissensionez in turba factaꝫ inuidia commoti (miserũt ministros) i. satellites ꝓsidis quos ad hoc cõduxerãt (vt eũ app̄hẽderẽt) Nõ sũt ausi ire personaliter ad capiendum xp̄m timore turbarũ sed miserunt ministros tanq̃ꝫ periculis expositos quia tales persone pleni precio nõ timẽt se ꝑiculis exponere. Ipsi quidem maiores stantes in littore non timent alios sub mergere. ¶ Jnsani audito murmure. q꞉ xp̄us a turba glo rificaretur et tanta bona de ipso dicerent voluerunt val de et q̃rebant eum occidere. (Dixit ergo eis iesus) erudi ens ad salutez etiam ꝯtinaciũ perticatiã (Adhuc modi cum tp̄s vobiscum sum) Qd̃ festinatis me interficere quũ tp̄s ĩ septez mensiũ expectate qd̃ modo facere vultis fa cturi estis non modo quia iã nolo. q. d. Non mõ implebi tis qd̃ vultis quia adhuc modico tp̄e volo manere in po pulo ad docendum et miracula faciendum. In vanũ la boratis et vos et principes vestri quia nõ in vestra sꝫ in mea ptãte est vt me apprehendatis. Expectate dum tẽ pus adueniat cũ vos relinquã ꝛ perfecto opere redem ptionis propter qd̃ vobiscum sum (vado) q̃si spõtaneꝰ. s. per passionem et mortem (ad eũ q̃ misit me) .s. ad patrẽ Implere debeo meã dispẽsationem predicãdo. s. ꝛ mira cula faciendo ꝛ sic peruenire ad meaꝫ passionez comple to dispensationis officio (¶ Queretis me et non inuenie tis) hoc f̃m aug fuit post xp̄i ascensionem quando mul ti iudei compuncti ad predicationem ap̄lorum credide runt. ¶ Illud autem quotidie accidit quia xp̄m multi q̃ runt ꝛ non inueniunt q꞉ q̃runt euꝫ non ibi vbi est sed vbi non est. Christus non est in delicijs nec in diuitijs nec in honoribus ꝛ ideo non ibi inuenitur. Unde in Job Non inuenitur in terra suauiter viuentium q̃tum ad delicio sos abyssus dicit non est in me q̃tum ad auaros quoꝝ cupiditas non habet fundum et mare loquitur non est mecum q̃tum ad superbos qui semper sunt tumidi et in flati. Inuenitur autẽ ĩ humilitate paupertate et asperita te quia ibi est. Ista eñ tria xp̄us ĩ hunc mũdũ veniẽs se cum portauit et cũ istis nasci voluit. Unde in luca. Inue nietis infantem ecce quanta humilitas pannis inuolu tum ecce quanta paupertas et positum in presepio ecce quanta asperitas (. ¶ In nouissimo autem die festiuita tis) scilicet die septimo qui sicut primus erat celeberri mus et in quo maior erat populi concursus vel (in no uissimo) id est in octauo quia peractis septem diebus fe stiuitatis tabernaculorum in octauo die erat festum ce tus vel collecte et dicebatur illa dies sanctissima in lege quia figurabat congregationẽ sanctorũ in sup̄na felicita te (stabat iesus) firme qui se nũq̃ꝫ deflectebat a rectitudi ne (et) constãter (clamabat) ꝓdicãdo verbũ dei publice Uocat dñs iesus non vtrunqꝫ loquendo sꝫ clamãdo vo cis intentione vt oẽs possent eum audire. In quo oñdit sui feruoris desideriũ et affectus magnitudinem ad no stram informationem et salutez f̃m cris. Primo die lau dibus ꝛ sacrificijs dediti erãt intermedijs diebus epulã do coram dño voluptati vacabant in vltimo die feruen tius audiebant vt doctrine aliquid secũ recedentes por tarent et ideo illo die dñs magis doctrine instabat ꝛ q̃si viatica salutis in doctrina dabat q̃ percipiẽtes secũ me ditarentur vsqꝫ ad aliud festũ q̃ iterũ doctrina ꝑciperẽt Septem autẽ isti dies significant septẽ festa cordis q̃ do mino agimus in quorũ primo sacrificium laudis offeri mus quinqꝫ autẽ sequẽtibus refectiões corã dño accipi mus primo quidẽ in pane lacrimarũ pro pctis scd̃o ĩ cõ fortatione ꝯscie ꝛ refectione virtutis tertio in pane sere nate ꝯscie a peccatorũ reliquijs q̃rto ĩ refectione deside rij quinto in consolatione sp̄us sancti sexto ĩ refectione sa cramenti septimo die surgit iesus reficiens in pane ver

bi. Quid autem docebat subditur (Si qs sitit) .i. statua .i. desiderat aquam gr̄e doctrinam vite et gratiā spūssancti nemīnē cōpello. sed si qs multum desiderat ꝛ feruens desiderium habet hunc ego voco: generaliter loqꝫ si qs nullum excipiendo cuiuscūqꝫ status ꝛ cōditiōnis quilibet f̄m suam sitim potū inueniet apud deū (Si quis inqꝫ sitit veniat ad me) fontem aq̄ viue veniat autē nō corpis sꝫ fidei formate passibus nō pedibus sꝫ affectibus nō migrando sed me amando et ab amore mundi recedendo (et bibat) abundanter aquā sapiētie salutaris et spiritussanctū non solum ad sufficiētiam sꝫ etiā ad redundantiā ꝛ tūc (flumina aque viue) purgātis mentis ac viuificātis et sp̄ agentis .i. doctrina sacra et dona gratiarum ac beniuolentia q̄ vult consulere primis (fluent abundāter de vētre ei⁹) interioris hoīs .i. cōscia cordis ad alios per redundantiam qꝛ fides et bonitas vnius fidelis debet ad alios deriuari nō enim fluunt aque viue de eius ventre q̄ q̄d bibit putat sibi soli sufficere. Si autem proximo cōsulere festinat .ideo non siccatur qꝛ manat. Propter qd̄ admonendo dicit petrus. vnusqꝫ sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes domin⁹ vocat illos sitientes qui sunt vacui ab amore mundi. ad aquas gratie .i. ad amorem dei

Augustin. Vnde aug. Si habitat amor mundi in te non est q̄ intret amor dei in te. Uas es sed plenus es funde quod habes vt recipias qd̄ non habes funde amorem seculi vt amore dei implearis hec aug. Uocatur autem secundum cris.

Crisosto spiritussanctus flumē quia sicut flumen nō reuertitur nec stat sed semper currit sic et illi qui habent spiritumsanctū non reuertuntur ad peccata nec stant potiū sꝫ sp̄ currunt ad fortia. dicitur quoqꝫ spiritussanctus aq̄ viua qn̄ aliqs hꝫ gr̄e continuationem et pseuerantiam sine q̄ nihil valerent omnia p̄cedētia vnde bern. Tolle pseuerātiā nec ob

Bernar sequiū mercedē habet nec bn̄ficiū gratiā nec laudē fortitudo. (Ministri) ergo sermonibus eius delectati et doctrine sue verbis capti redierunt .s. excusantes ꝛ dicentes qꝛ (nunqꝫ sic locutus est homo sicut hic hō) loquitur q̄si dicerent. Ita bene loquit̄ q̄ non videtur hō purus sꝫ pl⁹ ppter qd̄ temerariū esset ponere sup eum manus vtinā ꝛ vos p̄tes fuissetis vtinam et vos eius verba audissetis nunqꝫ fortasse vlterius aduersus eū aliquid ageretis pharisei ergo inuidia moti reputabant eos seductos .sicut et turbam que de facili potest seduci p ignorātiā qo ꝛ maledictos dicunt f̄m illud Deutero. maledictus qui non permanet in lege. Ja me vt dicit aug sit ista maledictio. Ita etiam et nunc est in ecclesia q̄ simplices et layci sunt aliquādo deuotiores q̄ alii secūdū illud ysaie cognouit bos possessorem suum et asinus p̄sepe dn̄i sui israel autem me non cognouit. Et qꝛ christi doctrina ministrorum p̄conia pplorum fides phariseos a sua malicia non traxerant surgit ad hoc nychodemus qui ad iesum nocte venerat qui et vnus ex ipsis erat et legis auctoritate nititur eos a persecutione ꝛ captione christi compescere ac christum i quē occulte credebat excusare ex lege dicens (Nunquid lex nostra hominem iudicat nisi prius audierit ab ipso et cognouerit quid faciat) Nemo enim secundum legē cōdēnatur nisi ex se confessus vł ab aliis conuictus ꝛ p̄us non absens. qꝛ in damnatione hominis nō leuiter ē pcedēdū Nam etiam f̄m leges ciuiles diligens īq̄sitio dꝫ p̄cedere sniam. Sed illi volebant peruerse ante esse damnatores q̄ cognitores. Credebat nychodemus si tantummodo dn̄m iesum vellent pariter audire q̄ verbum xp̄i esset tāte efficatie q̄ forte similes fierent illis q̄ ad tenēdum eum missi fuerant et ad verba eius conuersi sunt in eo facto ad quod missi erant ꝛ crederēt sicut illi crediderūt Et iō volebat per hoc eos inducere ad audiendum xp̄m vt cōuerterentur per verba eius sicut etiam ipse fuit conuersus. Pharisei vero inuidia et iracundia agitati non recipientes de veritate p̄suasionem sꝫ magis nychodemo contra dicentes tandem (reuersi sunt cōfusi in domū suā) ꝛ in p pria nullo perfecto negotio vacui fide et fraudati a malo desiderio suo. vel in (domum suam) .i. in p ropriaꝫ cordis maliciam .s. in infidelitatem et impietatē suam valde dolentes q̄ facere nō potuerunt volūtatis sue ppositum quia consilium eorum per diuisionē fuit dissipatum (Jesus aūt) qui mīe viscerib⁹ abundabat (perrexit in mōtē oliueti) in cuius latere bethania erat et domus marthe in qua hospitare solebat nam dn̄s hanc sibi consuetudinem fecerat vt per diem qn̄ hierosolimis erat in diebus festis in templo predicaret signa et miracula ostenderet et in sero reuertebatur in bethaniam vt ibi hospitando quiesceret.

Oratio.

Domine iesu criste da michi corde et desiderio ascendere ad diē festū sollennitatis eterne ꝛ me semp ad illam p̄parare vt cum tps visitationis tue aduenerit ad contēplandū te facie ad faciē merear illuc feliciter peruenire. O fōs aque viue sitio et desidero ego miser gratiam tuam venio et suspiro ad te toto affectu requirens eam da ergo michi bibere. et tam abūdanter de ea perciperet vt dona gratiarum et michi sufficiant et per beniuolentiam a me ad proximos fluant eisqꝫ pficiant. vt tu videns in me opus misericordie mouearis ampliorem gratiam michi infundere. Amen.

¶ De muliere in adulterio deprehensa

Capi. lxxxiij.

Johānis viij

Equēti autem die

(iterum diluculo venit iesus in templum) in q̄ ostenditur in eo zelus aiarum (et oīs pplˀs venit ad eum) in quo pꝫ deuotio audientiū (et sedens docebat eos) de salute aiarum (scribe vero) qui habebant noticiā scripturarum (et pharisei) qui videbātur pre aliis religiosi inuidentes ꝛ insidiantes ei. qꝛ sciebant eum mansuetū et misericordie predicatorē et ob hoc habere populi gratiam et fauorem (adduxerunt ei mulierē in adulterio deprehensam) et ob h̄ f̄m. legē lapidandam (et statuerunt eam in medio) vt omnium ore condemnaretur ad mortem temptando expectantes christi sententiam ꝛ querētes quid de ipsa faciendum esset. vt si eam lapidari iudicaret quasi crudelem ꝛ contrarium misericordie eum irriderent et non habentem misericordiam quam populo predicabat propter quā etiam ppl̄s eum diligebat si aūt dimitti decerneret quasi ꝯtrarium iusticie et p̄uaricatorē legis que adulterā lapidari p̄cipit cum ipsa adultera reū mortis iudicarent. Putabant deū vel īmisericordeꝫ esse in iudicando vel iniustum. De iusticia facienda non curabant sed xp̄m in sermone cape volebant. Ipse autē vtrāqꝫ calūniam prudenter euitauit quia ꝛ iusticiā in iudicio seruauit et a misericordia non declinauit. Protulit enīꝫ iustum iudicium salua misericordia et sic suum sermoneꝫ temperauit vt et legi non contradiceret et pietatem nō omitteret. Nō tamen statim iudicauit sꝫ prius (inclināns se) humiliter a rigiditate iusticie (digito scribebat in terra) tanqꝫ f̄m augusti illos tales in terrā scribēdos significaret non in celo. Scd̄m alchuinū per terram cor hūanum ostēditur qd̄ bonorū vel malarum actionū solet reddere fructus. p digitū autē qui articulorum ꝯpositōe flexibilis ē. sublimitas discretionis exprimit. Nos ergo instruit vt auditis malis proximi non statim ea temere iudicemus sꝫ prius ad conscientiam cordis humiliter reuersi digito discretionis ea sollicite disquiram⁹ nos etiam ipsos si sine peccato sumus intus discutiamus. Judex igr̄ qui audit accusantes non debet statim dare sniam sꝫ discutere et ea que audit dꝫ in corde scribere .i. discrete inquirere et que agenda sunt videre. Digito quidem dn̄s ī terra scribebat ac si eis diceret. Uos legis mihi testimonia affertis et legis verba narratis qui legem ipsam nō intelligitis hic est digitus ille qui quondaꝫ ipsam legē scripsit in lapide. Precepit enim lex mulierē hmōi lapidari sed non sicut vos intelligitis neqꝫ a talibus quales vos estis preuaricatores legis legem implere cupiebant. Unde

Augustinus
Alchuin⁹.

(cum) in temeritate (pseuerarent interrogātes eū erexit se) ad eorū importunitatē reprimendā et pposuit eis sen- tentiā iusticie dicens (q̄ sine pctō est vrm primꝰ in illam lapidē mittat) sine pctō .i. sine crimine potest enī aliqs si- ne crimine esse sed vix sine pctō. q.d. ascendat vnusquisq̧ tribunal mentis sue et inueniet se peccatorē esse. Aut er- go istam dimittite aut simul cum illa penā legis accipite puniatur peccatrix sed nō a pctōribus impleat lex quaz allegatis sed nō a legis preuaricatoribꝰ. Puniatur ipsi sit postea i eam puniatis. Ecce plena iusticia vt iustus ma- la puniat non reus. Ubi augu. non dixit non lapidetur ne contra legem dicere videretur. absit autē vt diceret la- pidetur. venit eni nō perdere qd inuenerat sed querere qd perierat. hec aug. Si quis ergo in mortali est neminē iudicare debet q̧ q̄ aliū iudicat de illo vel cōsili quo ipse tenetur obnoxius seipm in hoc dampnat vel damnādum ondit. ergo aliq̄ aliquē iudicem? cōsciam nr̄am videam? et iusta examinatione dirimamus. Rigor eni diuine iu- sticie exigit vt nemo alium de crimine arguat. accuset te- stimonium ferat. iudicet nisi de pari vel de maiori redargu- endus est. Sed nos huic rigorem nimis temperamus et magis q̄ iustum est relaxamus. Audi de hoc senecā. Te primum exhibe bonum et sic quere alterum similem tui vide si adhuc malus es et similibꝰ pec. hec seneca. Quid autem dñs in terra scripsit ad litteram incertū est. Aug. dicit q̄ scripsit illud quod voce expressit et eis rñdit s. q̄ qui sine pctō est vestrū. zc. Et sic ipse scōm modū iudi- cialem suam sniam primo scripsit scdo protulit. Hiero. autē in quadā epl̄a videtur velle eum scripsisse. terra ter- ra absorbe viros istos abdicatos. Uel fm amb. terra ter- ram accusas. vel fm quosdam primo se inclinās scripsit verba hec. terra terra terra mea est equitas. meum est iu- dicium. meum est iudicare illum vel illam. scdo vero se i- clinans scripsit. terra terram accusat. meum autē est iudi- cium vel scdm glo. scribebat peccata eoꝝ vt eos ostende- ret ineptos ad huius snie executionē que illi legentes p verecundia exierunt. Et erat illa scriptura tante virtutis q̄ quilibet eorū cognoscebat in ea peccata sua. Non scri- bebat per singula sed potuit facere virtute diuina q̄ i ali- qua figura ab eo protracta quilibet eorū videret sua pro- pria peccata et nō alia (Et iterum se inclinās scribebat) eadem denuo (in terra) q.d. Si ista est peccatrix z vos si- militer estis pctōres. Eadē denuo inclinatus scripsit: vt videret maiorē sui ie sue firmitatem et eos sua visione i- dignos esse. vñ cum eos zelo iusticie percussisset nō est di- gnatus eos attendere sed obtutū ab eis auertit. In quo docet nos sicut prius ante correptionē alterius ita et post defectus ppos humiliter inuestigare ne idem vel aliquid simi- le in nobis sit. Inclinauit se et vultum alio vertit beni- gnus dñs etiā pro emulis et aduersariis suis quasi dissi- mulans vt a stulticia sua declinarent et vt eorum verecū- die consulens liberam exeundi facultatē eis daret quos citius exituros q̄ plura interrogaturos preuidebat. Si eni eos intueretur in facie magis erubescerēt exire facti- lis ac confusis condole et in faciem noli respicere. Hic instruimur ex xp̄i actione qualiter in iudicandis primo suis defectibus fidelis quisq̧ debeat se habere. ¶ Ad qd sciendum q̄ primo debet homo ante oculos cordis pec- cata et defectus proprios scribere vt sic seipm iudicet z tunc dignior fit alios iudicare. questio. Utrum peccator possit iudicare et rephendere alios. Ad qd dicendum q̄ iudicans aut est irretitus solum cōmunibus peccatis et leuibus et tunc ad corripiendū non redditur indignus. aut eodem peccato vel maiori de quo corripit alium. et tunc aut peccatū corripientis est manifestum aut occultū Si manifestum tunc nō potest corripere propter proxi- mi scandalum. Si occultum aut penitet et tūc potest cū humilitate corripere alios vt et ipsi de suis peccatis pe- niteant aut non penitet et tunc nullo modo dignus est alios reprehendere quia talis correctio non procedit ex caritate vel vicij detestatione. q̄ alias prius detestaretur in se q̄ in alio. nec homo debet plus diligere proximum q̄ seipm imo in hoc casu in quo ipse alium iudicat seipm condemnat. Ex hac autē propriorum defectuum conside- ratione innascitur humilitas et hec humilitas docetur i inclinatione dñi deorsum vsq̧ ad terram. Scdo debet etiā homo anteq̄ aliū corripiat cum summa discretione disquirere duo. primo psone dispositionē. an scz sic sit di- spositus vt ex hoc emendetur aut non. scdo facti qualita- tem et circumstantiā an s. factum qd reprehendit in alio sit fm se malum et tunc debet corripere. aut ad vtrumli- bet vt scz bene fieri possit et male tunc est in meliorē par- tem interpretandum. Tertio debet disquirere propriā intentionē an scz ex caritate mouebatur ad talem corre- ptionem. vel ex propria ostentatione. vel ex passione. vl suspitiōe. de talibus iudiciis temerariis dicitur alibi. no- lite iudicare vt non iudicemini. At illi (discesserunt om- nes vnus post aliū) q̄ omnes peccatores se esse sciebāt qd et ipso abscessu de se confessi sunt (incipientes a senio- ribus) tum q̄ grauioribus implicati erant peccatis z cri- minibus tum q̄ melius cognoscebant equitatem senten- tie prolate et euanuerunt eorum astutie. (Et remansit ie- sus solus) scz ab illis calumniatoribus q̄ discipuli z mlti- tudo populi manserunt cum eo (et mulier stans in me- dio) Relicti sunt duo scz iesus misericordia et mulier mi- seria. Et merito remāsit misericordia cum miseria q̄ mi- serie necessaria est misericordia. ¶ Posito ergo timore iu- sticie cōsequenter xp̄s ipm tēperat dulcore misericordie Nam confutatis calumniatoribus (erigens se iterum ie- sus dixit. Mulier vbi sunt qui te accusabant) quasi dice- ret. Qui venerant ad querendum iusticiam fugati sūt iu- dicio iusticie. Ille autem qui aduersarios repulerat lin- gua iusticie leuans in illam oculos mansuetudinis inter- rogauit eam dicens (nemo te condemnauit. Que respō- dit nemo dñe) iam eni recesserant et quilibet eorum s si- militer inquinatuz sciebat. Uñ aug. Ideo enīz liberauit dñs peccatricē q̄ non erat q̄ iuste mitteret lapidē. Quō lapidaret qui se lapidandū cognosceret. hec aug. Et q̄a mulier territa poterat timere ne ipse qui sine peccato est eam puniret et timens ei dicere nemo quippe me cōdem- nauit tu autez qui sine peccato es si vis potes q̄ tibi soli peccaui ideo subditur xp̄i absolutio. Audiuimus ergo supra vocē iusticie audiamus nunc vocem misericordie. Nā dixit ei iesus (Nec ego te cōdēnabo) a quo forte te dā- nari timuisti. q̄ in me pctm non inuenisti. nec mirum q̄a veni peccatores saluare non cōdemnare. Noli timere sz secura sis crede tūmodo meis consiliis non abiicio pec- catores sed suscipio penitentes. q.d. Illi dimiserunt te cō- damnatam propter peccata sua et ego te absoluo ex mi- sericordia mea (Uade) absoluta a culpa et a pena (et iā amplius noli) i. non velis (peccare) hoc est nō sit tibi vo- luntas peccandi. Magnū ergo peccatū est volūtas pec- candi. Facta secura de preterito caue de futuro. delen- qd cōmisisti obserua qd precepi vt inuenias quod promi- si. Ergo et dñs damnauit sed pctm non hoiem. saluādo eni naturam dānauit culpā. q̄ ergo amant in dño māsue- tudinem timeāt et veritatē etenī dulcis et rectus est do- minꝰ. Erectus itaq̧ dedit sniam iusticie in accusantes z iterū erectus sniam misericordie circa accusatā quia hoc vtrūq̧ facere diuine est potentie et eque vtrūq̧ ppriū ē deo punire s. et parcere z eque iustū est seruare miam sicut iusticiā. Puniuit iuste et pepcit pie. Et sicut primo protulit iudiciū iusticie salua mia sic secundo protulit iudiciū mi- sericordie salua iusticia. s. vt misericors peccata preterita dimittens et vt iustus ne amplius peccaret interdicens nam vniuerse vie dñi misericordia et veritas. Sic ergo li- berata est misera iubente mia. Licet autem deus sit iu- stus sic et misericors tñ dicit el ppriumesse potius mise- reri q̄ iustū eē q̄ nichil requirit ad cōplendū opus mise- ricordie nisi voluntas eius tñ sed ad complendū opus

Augustinus

Augustinus

Hieronimꝰ.
Ambrosius.

Augu.

iusticie requirit etiã aliqđ ex parte hoĩs .s. exigentia meritorũ. vñ Ansel. occurrat iam nunc memorie mulier illa in adulterio deprehensa ⁊ iesus rogatus sniam ferre qđ egerit quod dixit recordare. In terram oculos iecit ne forte accusatam respiciens nimis cõfunderet. Cum enim scribens in terra terrenos eos nõ celestes prodidisset qui sine peccato inquit est vestruz primo in illa lapidẽ mittat. O mira et ineffabilis xpi bonitas. Quam condẽnare iuste potuit aduerte q̃ pie et q̃ caute liberauit. Cum enim oẽs snĩa terruisset et expulisset de templo imaginare q̃ pius oculos in illam leuauerit q̃ dulci et suaui voce sententiã absolutiõis eius protulerit. Puta q suspirauerit q lacrimatus fuerit cum diceret. Nemo te condẽnauit mulier. ⁊c. Felix vt ita dicam hec adultera mulier que de preteritis absoluitur secura efficitur de futuris. Iesu bone te dicente nec ego te condẽnabo quis cõdemnabit. Deus est qui iustificat quis est qui condemnet. Audiatur tñ detero vox tua. vade et iam amplius noli peccare. Hec ansel. Et q̃uis dñs iesus mulierem a culpa absoluẽdo ⁊ ne amplius peccaret interdicendo nullam aliam iniungeret ei pniam seu penã tñ hoc factum xpi nõ est trahendũ ad consequentiã et in consuetudinẽ vt exemplo dñi aliquis absqz cõfessione et pene inflictione quẽq̃z absoluat. qz xps excellentiam in sacramentis habuit et potuit conferre effectum sacramenti sine sacramento qđ nullus purus homo potest. Immo debent sacerdotes in foro penitentiali imponere penitentiam scđm conditionem peccantis et peccati quia nõ habent talem potestatẽ remittendi. Poterat etiã xps illi mulieri tantã cõtritionẽ dare q sufficeret ad deletionẽ totius culpe et pene et illã contritionẽ cognoscere nõ sic autẽ alius sacerdos põt q nec mouet cor nec videt. Sic et nõ quotidie dñs recipit adulterã cũ per grãm recipit quãlibet aĩam a dyabolo corruptã per culpã. Per mulierẽ enĩ in adulterio dephensam significat quelibet psona xpo per fidẽ desponsata s3 postea per mortale petm̃ cũ dyabolo adulterata. p scribas vero et phariseos significant demones q dicunt hic scribe. qz petã nr̃a retinent memoriter tanq̃z firmiter scripta. et pharisei .i. diuisi recte dicunt qz a xpo et sctõz cõsortio separant. Hi mulierẽ ad iudiciũ adducunt qz damnationẽ hoĩm sollicite q̃runt. Et qz dño nõ vult mortẽ petõris s3 vt magis cõuertatur et viuat ideo ei dicit (vade ⁊ amplius noli peccare) qz sibi sufficit vera pnĩa de pteritis ⁊ cautela cõtra recidiuũ pro futuris.

Oratio.

Iesu clemens q deprehẽsam in adulterio clemẽter ab accusatorib⁹ liberasti et a te incondẽnatam in pace misericorditer dimisisti stat coram te aĩa mea adulteratrix q totiens a te vero sponso recessit quotiens suggestiõibus adulterãtis inimici cõsensit. accusat cõscientia accusant opera et actio praua nõ intres dñe in iudiciũ cum ea ne memineris iniquitatũ eius antiquarũ libera ab accusatoribus peccatricẽ et ream et dimitte in pace sibi conscientiã a tuo tremendo iudicio absolutam qz tibi proprium est misereri semper et parcere. et nõ est numerus tue misericordie. Amen.

De quibusdam verbis dñi pro quibus volebant eum iudei lapidare. Ca. lxxxiiij.

Via vero scdm al

chuiuũ iesus mulierẽ absoluerat a crimine ne aliqui dubitarent an ille quẽ videbãt verum hoĩem posset peccata dimittere dignat ipse aptius diuinitatis sue potentiã demõstrare. vñ dr. (Iterũ ergo locutus est eis iesus dicẽs. Ego sum lux mũdi) scõtius nõ particulariter gentis vni⁹. Et sõ accedẽs ad eũ per fidẽ ⁊ deuotionẽ ab eo illuminat ad salutẽ. ab eo vero recedẽs obtenebratur ad gehennã. Xps sm vtrãqz naturã dicit lux qz scđm diuinitatẽ illuminat intus aĩam et scđm humanitatem informat exterius vitã. et hoc tripliciter .s. miraculis predicatiõibus et exemplis et primũ est potentie secundũ sapientie. tertium bonitatis. Ipse quippe est lux que illuminat oẽm hoĩem venientem in hunc mundũ qz ipse vniuersaliter omnes illuminat et est solus lux per essentiam qz ab ipso omnis noticia veritatis cuius participatione alij ab hac luce illuminati dicunt lux sed non per essentiam vt ipse qz ipse est verbum a patre progrediens sicut lux a luce. Vñ scđm aug. lux mundi a patre egrediens nube carnis tegitur et sic contẽperata tolerãda hoĩbus efficitur vt per hoĩem veniatur ad diuinitatem. Illa ergo luce illuminante illuminamur modo collirio fidei qui de adam ceci nati sumus et sequitur tã verbis q̃ exemplis obediendo vt exclusis ignorantie vel peccatorũ tenebris i futuro manifesta visiõe veritatis illuminemur. Itaqz subiungit (Qui sequitur me) .s. credendo amãdo et imitando (non ambulat in tenebris) .s. ignorãtie quia ego sum veritas nec culpe qz ego sum via. et per consequens non venit ad tenebras gehenne qz ego sum vita. fructus autẽ huius lucis subditur (sed habebit lumen vite) nunc et in futuro qz habebit xpm dei sapientiam qui est lumen indeficiens et inextinguibile hic per fidem ⁊ ibi per speciem. Unde hoc q dicit (qui sequitur me) ptinet ad meritum. q vero dicit (habebit lumen vite) pertinet ad premium. vbi Aug. Ergo fratres mei qm̃ domin⁹ breuiter ait. ego sum lux mundi qui me sequitur non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite. qbus verbis aliud est quod iussit aliud quod promisit faciamus quod iussit ne impudenti fronte desideremus quod promisit ne dicat nobis in iudicio suo. Fecisti enim quod iussi vt expectas quod promisi. Quid igitur iussisti dñe deus noster dixi tibi vt sequereris me. ergo faciamus sequamur dñm soluamus compedes quibus impedimur. Sequamur xpm lumen mundi ne ambulemus in tenebris. tenebre metuende sunt sed morum non oculorum. Et si oculorũ non exteriorum sed interiorum vnde discernitur non album et nigrum sed iustum ⁊ iniustum hec aug. De super excellentia autẽ istius luminis nobis promissi dicit idem aug. Tanta est iocunditas lucis eterne vt etiam si non liceret in eã amplius manere q̃ vnius diei mora propter hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni delicijs et circũfluentia bonoz tẽporaliũ recte meritoqz contẽnerentur. ¶ Deinde post aliqua iam incipiens ad certamen passionis iude oppuocare dixit eis (Cũ exaltaueritis) s in cruce (filium hoĩs) .i. filiũ virginis scđz cui⁹ carnem debebat pati ⁊ exaltare in cruce in qua fuit extẽsus et exaltatus in aere propter qđ et exaltatus est a deo patre (tunc cognoscetis) s aliq ex vobis per fidẽ (qz ego sũ) scz verẽ xps (ego sum) sub carne deus abscõditus. vbi predicit quosdã de eis post passionem suam cognituros q esset et credituros in eum p̃mũ cessiõe eis oportet q debeat peruenire ad fidẽ qz per suã passionem. Vñ aug. Differo cognitionem vestram vt impleã passionẽ meã. hoc oportebat implere per manus eoz qui postea fuerant credituri. Quare hoc. nisi vt nemo desperaret i quocũqz scelere male sibi cõscius qñ videbat eis donari homicidium qui occiderant xpm hec aug. Tribus modis nos offendimus deum et ipsum humiliamus. scilicet malis cogitationibus malis verbis et malis operibus. Quando vero cõterimur confitemur et satisfacimus tunc ipm exaltamus in anima ipm super omnia diligendo. et per consequens cognoscim⁹ ipm sup oĩa venerãdo si ergo vis cognoscere deum exalta eũ tribus modis p̃dictis .s. cordis contritione contra malas cogitationes oris confessione cõtra malas locutiones. et corporis satisfactione cõtra malas operationes. Deinde quibusdam iudeis tunc i se credentibus dicebat (si vos manseritis in sermone meo) .i. si perseraueritis vsqz in finẽ in fide q in vobis cepit esse p sermonẽ a doctrina et disciplina mea non recedendo nulsqz tẽptatiõibus credendo tunc (vere discipuli mei eritis) hoc dixit qz aliqui eoz ficte credebãt et sĩ hi veri disci

puli nō erant (et vos cognoscetis veritatē) que mō carne tecū loquitur vobis et latet vos veritatē doctrine quā ego doceo et fidei quā modo creditis (et veritas) cognita (liberabit vos) i liberos faciet qr in pn̄ti liberat a seruitute culpe et dat libertatē gratie et tunc vera libertas inchoatur et in futuro liberabit a seruitute miserie. et dabit libertatē glorie et tunc vera libertas pficietur (Responderunt) alij nō credentes et iactādo dixerunt se esse (semen abrahe) et nemini vnq̄ꝫ seruisse quasi liberi essent. et liberatione nō indigerēt. Sed manifeste ptz dictuꝫ eorū falsum esse qr primo in egypto fuerunt in magna seruitute et iterum in babylone In terra etiam sua seruierunt regi assyriorum et nationibus alijs et iterū romanis soluētes tributa eis. Dn̄s autē proposuit eis seruitutem difficiliorem q̄ꝫ hoim dicens (Amen dico vobis q omnis qui facit peccatū) cuiuscūqꝫ conditionis ille sit siue nobilis siue ignobilis iudeus vel grecus diues vel pauper. imperator vel mendicus (seruus est peccati) vn̄ criso Omnis qui diaboli sequit voluntatē seruus est ei si sit liber. Qui autem deo obedit ille verus ingenuus est et si fuerit seruus. Ingenuitatē enī spiritalem non sordidat seruit' corporalis nec turpitudinē spiritalem honestat corporalis libertas Seruitutem enī non dei dispositio sed humana violentia introduxit Omnis enī homo liber creatus est quem deus in libero arbitrio posuit nisi ipse se fecisset seruum. Vn̄ et aug. Bonus etiā si seruiat liber est malus autem etiā si regnet seruus est nec vnius hoīs sed quod est grauius tot dn̄oꝝ quot vicioꝝ Seruus esset vtinā hoīs non peccati. Et iterū Ois qui facit petm̄ seruus est peccati. O miserabilis seruit'. Plerūqꝫ hoīes cū dn̄os malos patiuntur venales se petunt nō querētes dn̄m non habere sꝫ saltē mutare. Seru' peccati qd faciat quā inpellet apud quē venalem se petat. Deinde seruus hoīs aliqñ sui dn̄i duris imperijs fatigatus fugiēdo requiescit. Seruus peccati quo fugit secū se trahit quocūqꝫ fugerit Non fugit seipsum mala ɔsciā nō est quo eat sequitur se imo non recedit a se. Peccatuꝫ enī qd facit intus est fecit peccatū vt aliquā corporalem caperet voluptatem Voluptas transit peccatum manet. Preterijt quod delectabat remansit qd pungat. Mala seruitus ad xp̄m omnes fugiemus cōtra peccatū deum liberatorē interpellemus venales nos petamus vt eius sanguine redimamur. Liberat ergo ab hac seruitute solus dn̄s Qui illam non habuit ipse de illa liberat. Solus enī in hac carne venit sine peccato Hec aug Peccator ergo vt dictum est seru' est tot dn̄oꝝ quot viciorum. Vnde legitur de dyogene philosopho q cum alexander diceret se dominatoreꝫ orbis ille ait nequaq̄ꝫ es dn̄s sed seruorum meorum seruus. superbia enim dn̄a tua et ancilla mea te circūducit ego autē eam suppeditaui carnalis ɔcupiscentia et gula sunt dn̄e tue et ancille mee que te ducunt et tibi dominantur ego autē eas suppeditaui et vici et ideo tu es seruorum meorum seruus. ¶ Deinde ostendit penam huius seruitutis dicens (Seruus autem) sꝫ culpe (nō manet in domo) i in ecclia (in eternū) licet mō ad tēpus inquātū est de numero fideliū qr modo sunt admixti mali cū bonis et in futuro ab inuicē separabuntur sicut oues ab hedis. (Filius autē) sꝫ dei naturalis (manet in eternuꝫ) qr solus est sine petō et sic habet ptātem alios liberandi a petō faciendo eos filios dei per grām adoptiōis vt secum maneāt in domo libertatis et hoc est qd concludit dicens. (Si ergo filius) q vere liber est et potens in domo libertatis (vos liberauit) a seruitute culpe (vere liberi eritis) nō a barbaris sed a diabolo nō a corporis captiuitate: sꝫ ab aīe iniqtate vt petm̄ nō dn̄etur in vobis qr i hoc cōsistit vera libertas. Vn̄ dicit greg. Quem ɔscia defendit etiā inter accusatores liber est Vn̄ et boetius. Liber est q habet liberā ɔsciam. ptꝫ ergo q mūdana libertas de q̄ gloriabantur non est vera libertas nec carnis nobilitas est vera nobilitas sed hodie heu sunt multi qui de carnis nobilitate et libertate querunt extolli non verecundātes de seruitute peccati. fm̄ Augu. qui ex amore peccat non ex languore nature nec ex ignorantia leui seruus est peccati alia enim sunt peccata infirmitatis alia impericie. alia malicie Infirmitas et imperitia contraria sunt virtuti et sapientie malicia contraria est bonitati. Deinde ostendit eos non esse filios abrahe de quo gloriabantur sed potius degeneres quia eum operibus fidei non imitantur. Vera enim filiatio declaratur per imitationem paterne conditionis qr imitatio patris est signum vere filiationis. iudei autē non imitabātur facta abrahe quia querebant euꝫ interficere quod abraham nō fecit. ex quo saluator concludit q eius vere filij non erāt q̄uis ab eo carnaliter descendissent. Vnde erant filij abrahe tm̄ modo carne sed non operum et fidei imitatione. Caro quidem illorum ex ipso erat sed vita non erat. Ex hoc patet q frustra quis gloriatur. quia fm̄ habitum est filius augustini vel benedicti seu alterius sancti nisi opera ipsius scdm̄ suam possibilitatē studeat imitari Videntes autē iudei q ex operibus filiationem arguebat ideo dixerunt se filios dei cuius legem et cerimonias seruabāt nō sicut alij ydolatrie dediti vnde dicunt ei (nos) vnius dei cultores (ex fornicatione) sꝫ spirituali gentilitatis que fornicatur cū multis dijs (nati nō sumus) ydola colentes sicut ipsi sed in fide vnius dei fornicationē enī vocāt ydolatriā sicut et frequēter noīatur in sacra scriptura. qr aīa separatur a deo per eā (vnū patrē) spūalē (habem' deum) quē colim' qr nō colebāt pluralitatē deoꝝ sicut gentiles Sed hanc paternitatē saluator excludit et deum nō esse eis patrē ondit qr nō diligunt nec cognoscunt eius filiuꝫ sꝫ ipm̄ xp̄m ab eo missum nam dilectio et noticia xp̄i est signum filiatiōis dei coīn enī que ab vno procedunt mutua est dilectio in illo a quo procedunt. ¶ Deinde ostendit cuius sint filij. et dicit eos ex patre dyabolo esse non creatione. sꝫ imitatione qr desideria pr̄is sui sꝫ dyaboli volūt proficere et innocentē occidere qd pbat cōsequēter conditiones dyaboli explicans et postea ad ipsos applicans vnā aūt conditiōē dyaboli primo tāgit dicēs (Ille homicida erat ab initio) mundi: et conditi hoīs primos hoīes malis suasionibus occidendo: et eis inmortalitatē auferendo hō enī in spē hūana reponitur p aīam et ideo magis proprie est homicida q aīaꝫ per petm̄ mortale occidit q̄ꝫ ille q occidit corpus p qd homo cū brutis conuenit Vbi aug noli te ergo putare non esse homicidā: quādo fratri tuo male persuades. Si fratri tuo male persuades occidis et vt scias q occidis audi psalmum. ¶ Filij hoīm dentes eoruꝫ arma et sagitte et lingua coꝝ machera acuta. Alia conditio dyaboli tangit cū subditur (et in veritate) opis et iustitie (nō stetit) i i debita obediētia ad deū: quia nō est veritas in eo Res enī dicūtur vere inquantuꝫ conformātur veritati prime: a q veritate deuiauit dyabolus p petm̄ supbie et defuit ordinationem nature sue: q erat vt deo subijceretur continue nec stetit in veritate vocis et loquele: qr mēdax est et pat i. inuentor eius s mendacij sicut deus pater est veritatis ante ipsuꝫ non erat mendaciū: ab ipso et per ipm̄ est factū vt sit oīs homo mēdax. Ille qdē dicit mēdax nō tm̄ pat mēdacij qui mendaciū ab alijs in mēte refert sꝫ mendax est et pater mēdacij q non soluꝫ refert illud: sꝫ et facit. ppter hec dyabolus dicit pater mēdacij: qa pmū mēdaciū adinuenit dicēs mulieri. Nequaq̄ꝫ moriemini. Hāc ergo pprietatē hanc nephariam hereditatē filijs suis dyabolus dereliquit: vt mentiantur et p̄rem suuꝫ dyabolū mentiēdo sequentur. Cū enī mentiūtur a dyabolo accipiunt. et euꝫ imitantur. Attendant mēdaces illud verbū xp̄i dicētis Ego sum vita veritas et via quia recedēdo a veritate recedūt a via et vita. Tales ergo tanq̄ꝫ illegitimi i religione xp̄iana merito sunt habēdi: quia a deo patre degenerantes facti sūt filij dyaboli. O q̄ꝫ multi sūt huiusmodi filij diaboli etiam religiosi. et q̄ꝫ plenus est de eis mūdus.

Crisostom⁹

Augustinus

Gregorius

Augu.

Augu.

Et vtinam omnes tales caracterem patris sui diaboli in fronte gestarent vt cognoscerentur ne alii per eorum mendatia deciperentur sed heu aliqui habent frontem meretricis et parum erubescunt de mendaciis. Et quidem terram occupant tales pestiferi seductores errantes et in errorem mittentes ac si patrem suum qui vniuersum orbem seducit imitantes. Mendax ergo in loquendo et mendacia fingendo per proprietatem dyaboli assumit male viuendo. Vn dicit augusti. quod dyabolus non speciale nomen est sed commune et in quocunque opera dyaboli fuerint inuenta dyabolus est appellandus operis enim nomen est non nature. Erubesce ergo o christiane et maxime tu religiose de hoc nomine et ab omni mendatio abstine quia in quolibet christiano debet esse veritas tanta vt inter iuramentum et simplicem iurationem nulla sit differentia. Et quia solent innocentes antequam subeant iudicium passionis expetere iudicium examinationis ideo dominus noster sciens iudeos in mortem suam conspirasse iudicium examinationis ab eis expetiit ad ostendendam suam innocentiam et iudeorum maliciam et ad conuincendam apertius eorum iudiciariam iniusticiam. Quamuis enim vltro mortem pati voluerit ipse tamen christus suam innocentiam omnibus manifestam esse voluit. Unde dicit. (Quis ex vobis) coram quibus palam docui et miracula feci (arguet) et reprehendere poterit me de peccato quod vos vultis me interficere ostendite per me quo meruerim mortem quod si non poteritis manifestum erit quod me innocentem occiditis secundum greg. pensenda est mansuetudo dei qui venerat peccata relaxare quia non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse qui etiam ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Et ideo cum non possitis me de peccato arguere sic idest quia veritatem dico vobis quoniam si dico me filium dei quare vos non creditis mihi et in me ex quo non sum peccator sicut ceteri. Et subdit causam dicens. (Qui est ex deo) non natura sed fide non ore sed amore et per conformitatem voluntatis (verba dei audit) et hoc aure cordis non solum corporis audit ea libenter et amat quia quilibet libenter audit doctrinam ad quam affectum habet quia quasi connaturalis est. Ille enim qui veraciter in deum credit ac veraciter deum timet et diligit dei verba libenter audit. Qui vero non habet fidem nec amorem sicut iudei erant verba dei audire non possunt In his verbis domini vnusquisque conscientiam suam probare potest vtrum ex deo sit an non qui enim verba dei celestem patriam desiderare carnis desideria et mundi gloriam contemnere aliena non appetere et propria largiri et alia huiusmodi iubentis libenter audit et libentius opere complet nullo modo se ex deo esse dubitet. Qui vero vecors et durus verba dei audire contemnit vel si hoc aure corporis audierit et tamen nullo studio vel labore in opus mittere conatus fuerit profecto se ex deo non esse ostendit Et tales erant isti quibus concludendo a domino hic dicitur (Propterea vos non auditis) idest non recipitis verba dei ex ore meo et mihi non creditis (quia ex deo non estis) propter vicium quod a deo non est sed a dyabolo suggeritur et a mala voluntate perficitur et quia non estis ex deo non habentes fidem nec amorem sequitur quod sitis ex dyabolo non per creationem sed per imitationem. Unde aug. Cum dicit ex deo non estis noli attendere naturam sed vicium ex deo quidem sunt per naturam sed ex deo non sunt vicio et praua affectione Est autem secundum greg. triplex gradus male affectorum. Nam sunt nonnulli qui precepta dei nec aure corporis idest exteriori auditu percipere dignantur quidam vero percipiunt sed nullo mentis desiderio complectuntur non habentes voluntatem implendi quam audiunt quidam autem libenter audiendo compungitur sed post lacrimas tribulationibus pressi aut deliciis allecti ad iniquitatem reuertentur hi profecto verba dei non audiunt quia exercere in opere contemnunt licet ergo omnes sint filii dei per naturam illi tamen ex dyabolo per vicium sunt qui verba dei non diligunt. Qui vero ex deo generationis adoptione renati sunt audiunt verba dei et custodiunt. Dum terra est subiecto et non compluta latet quos fructus sit ferre apta si est sub aere nudo et compluta patet quis fructus veniat ex ea. Igitur si diuinus sermo sit tibi grauius et quasi sauciat aures time ne sis prescitus cum iudeis quos imber verbi compluit et ipsi spinas et tribulos germinantium quo potuit quod terre maledictio proxima erant quam ignis deuastare debuit. Et quia iudei conuicti sunt non esse filii abrae vel dei sed dyaboli ideo nescientes contradicere verbis contradicunt iniuriis et ingerunt conuicia quia resistere non possunt ex veritate aliqua modus enim hominum qui nesciunt rationabiliter respondere est ad conuicia se conuertere et ideo iudei non habentes quid rationabiliter christo responderent ad conuicia se conuertunt. Unde contradicentes dicunt eum samaritanum esse et demonium habere Licet enim christus esset genere iudeus et non samaritanus tamen vocant eum samaritanum ex causis pluribus. Samaritani enim qui erant gentiles iudeis infesti et odibiles erant eo quod terram eorum possidebant et ideo vulgare erat apud iudeos quod homines malos et eis odibiles etiam si iudei essent vocabant samaritanos talis autem erat christus secundum opinionem eorum quem credebant arguere eos propter odium ideo vocabant eum samaritanum et quasi aduersarium. Uel quia samaritani partim legem seruabant et partim non seruabant videntes iudei christum in aliquo legem seruantem et in aliquo dissoluentem vocabant eum samaritanum quasi a lege diuina alienum vel a samaritanis cum quibus conuersatus erat eum samaritanum quasi peccatorem vocabant quia peccatores illos reputabant nec eis couti volebant. Dicebant etiam eum demonium habere propter mirabilia que faciebat que magicis artibus imputabant vel quia cogitationes et secreta eorum reuelabat et frequenter dicebat quod demoni attribuebant cum tamen in cordium occulta sint abscondita. Uel quia aliquando quedam alta et subtilia loquebatur que non intelligebant credebant quod quasi demonio plenus loqueretur et eum arrepticium reputabant Dominus autem hic sicut et vbique ad patientie et mansuetudinis exemplum nos prouocat quia mansuete iniuriam declinat. Accepta iniuria non irascitur neque conuiciis conuicia reddit et vt dicit petrus cum malediceretur non maledicebat Et attende quod licet dominus iudeos sepe docendo vel corrigendo dure et aspere reprehenderit tamen dura verba vel facta inferentibus numquam vel hic vel alibi dure vel aspere respondit erudiens nos secundum cris. que ad deum pertinent vindicare que vero ad nos despicere vnde cum in veritate eis respondere posset vos demonium habetis tamen noluit sed malum quod in eis esse cognouit patienter tacuit imitabilem nobis patientiam ostendens vt quotiens a proximis iniurias patimur eorum etiam vera mala patienter taceamus ne forte talis correptio non ex dilectione sed ex odio nata videatur In his ergo secundum greg. superbia nostra confunditur que si exagitata vel leuiter fuerit atrociores iniurias reddit quam acceperat facit mala que potest et minatur facere qui non potest Duo quippe ei illata fuerant vnum negauit et aliud tacendo consensit Tacuit quod recognouit et patienter repulit quod dictum fallaciter audiuit Demonium se non habere respondit sed tamen samaritanum non esse negauit Quia enim samaritanus interpretatur custos et ipse precipue custos noster est non enim dormitat qui custodit israhel ideo se samaritanum esse non negauit Negauit autem demonium habere dyabolus enim honori dei resistit qui ergo honorem dei querit alienus a dyabolo est et ideo christus qui honorificat patrem suum idest deum demonium non habet vnde ait. Sed honorifico deum (patrem meum) declarando eius virtutem in miraculis et omnia ei attribuendo pro cuius honore (vos me inhonorastis) per falsa obprobria et quod virtuti diuine attribui debet demoni ascribendo. Immo in hoc quod inhonorastis me inhonorastis et patrem meum qui enim non honorificat filium non honorificat patrem qui misit illum. Item huius demonium qui est rex super omnes filios superbie superbus est et se extollit querendo gloriam suam (ego autem non) sic. non enim (quero gloriam meam) sicut simulatores qui se ostendunt et que

Considera etiam vtilitatem et parsimoniam mense eorum et voluptatem sperne quia inimica est et corporis et anime. Unde crisosto. Nichil ita corpori inimicum et nocium est vt voluptas nichil enim ita rescindit et suffodit id est corrumpit. Et primum pedes punit qui portauerunt nos ad perniciosa illa prandia. deinde manus que ministrant ventri ligans quia talia et tanta attulerunt cibaria. Multi autem et ipsum os peruerterunt et oculos et caput. Hec crisosto. Unde et Oratius. Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas. De aliis ad meditationem pertinentibus patet supra in alia passione de quinq panibus. Adhuc autem hic per septem panes intelliguntur septem penitẽtie partes. Primus partis est male vite sollicita emendatio. Secundus vera et humilis defectuum accusatio. Tertius contra excessum commissum iugis indignatio. Quartus non relabendi anxia trepidatio. Quintus amplius proficiendi affectio. Sextus sanctorum virorum imitatio. Septimus suorum malorum et aliorum punitio. Iste sunt septem spice pullulantes in culmo vno. Isti sunt septem gradus in scala per quam in celum ascenditur. septem peccatorum mortalium culpa diluitur septiformis spiritussancti gratia infunditur et virtutum septenarius acquiritur. Sed cum istis panibus erant pisciculi pauci saltem duo qui significant timorem et amorem qui cum istis panibus debent edi. Primus piscis est timor penarum inferni et iste ca-

Crisosto.

pitur in aquis inferni. Secundus piscis est amor desiderium eternorum et iste capitur in fluuio paradisi et dicuntur pisciculi non pisces quia timor est paruulus eo quod hominem paruulum et humilem reddat et amor ratione status quis paruus est respectu amoris futuri seculi.
¶ Insuper sciendum quod sunt septem panes mystici cuiusli bet status scilicet incipientium proficientium et perfectorum de quibus dominus pascit fideles secundum diuersitatem statuum eorundem. Primos septem panes beatus bern. proponit claustralibus qui gerunt formam incipientium quantum ad initium sue conuersionis. Primus est panis verbi in quo vita hominis est quia non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod egreditur ex ore dei. Et vt taceamus de verbo vocali quod deus aliquando locutus fuisse legitur moysi abrahe et alijs siue per angelos siue per se siue alio modo ad presens dicere possumus quod verbum egreditur ex ore dei dupliciter. Uno modo mediate quando videlicet deus loquitur per instinctum ad cor hominis inspirando et quid facere debeat. Hoc modo deus loquitur peccatoribus et hominibus mundanis instigando eos ad penitentiam. Alio modo loquitur deus per aliquem hominem sicut prelatum vel predicatorem vel doctorem vel aliquem amicum per quem quasi per referendarium deus verba sua transmittit ad aures hominis. Est et tertius modus quo deus loquitur hominibus precipue claustralibus scilicet per scripturam que ad omnia recipienda sunt sicut verba dei cuius inspiratione sunt scripta ad pascendum videlicet legentes pane vite spiritualis. Secundus panis secundum eundem bern. est obedientia qui bene comitatur primum. Quid enim prodest verba dei audire nisi quis eis velit et secundum ea vitam suam dirigere. Tertius panis est meditatio et hic bene comitatur duos precedentes. Nam postquam verba dei commendata sunt cordi et eis homo statuit obedire necesse est hominem continue meditari qualiter vitam suam secundum dei beneplacitum disponat. Quartus panis est orantium lacryme qui panis bene adiungitur precedenti. Cum enim meditatur peccatorum suorum sarcinam presentis incolatus miseriam et vite eterne gloriam suam imbecillitatem et dei erga se bonitatem in tali meditatione exardescit ignis deuotionis et resoluitur cor in lacrymas compunctionis et tunc recurrit ad presidium orationis. Quintus panis est labor penitentie et hic panis vtique necessarius est incipientibus etiam post alios premissos quia secundum aug. non sufficit mores in melius commutare et a malis factis recedere nisi et de hijs que facta sunt satisfaciat deo per penitentiam laborem et dolorem. Sextus panis est iocunda vnanimitas socialis et hic bene dicitur panis quia pascit et confortat in vita spirituali viuentes in congregatione quantum ad claustrales etiam viuentes in communione ecclesie quantum ad alios incipientes. Septimus panis est eucharistia et de hoc pane satis dicitur alibi in diuersis locis. ¶ Prolatis septem panibus incipientium consequenter degustandi sunt alij septem proficientium Ubi sciendum quod sicut dicit apostolus Non est volentis neque currentis sed miserentis dei oportet enim currere volentem in via profectus spiritualis totaliter inniti diuine misericordie et de bonis iam prestitis misericordias domini cum gratiarum actione iugiter ante mentis oculos habere et sic semper ad meliora poterit proficere.
Propter quod beatus bern. Omnes miserationes domini erga se recogitans reducit eas ad septem panes quibus eum dominus misericorditer reficere dignatus fuit. Et nos de eisdem panibus vesci debemus si in vita spirituali proficere velimus vt dicamus cum ps. veniant michi miserationes tue et viuam. Primus panis vel prima misericordia secundum bern. est preseruatio a multis peccatis in que incidisset si enim dei misericordia non custodisset huius panis secundum eundem bern. tria sunt fragmenta. Tribus inquit modis a peccatis me nemini conseruatum occasionis subtractione resistendi data virtute et affectionis sanitate. Secundus panis est pia dei dissimulatio circa peccantem quia tardabat vltionem et indulgentiam cogitabat habet et hic panis tria fragmenta videlicet longanimitatem quam exhibuit electionem predestinationis quam impleri voluit et caritatem nimiam qua nos dilexit. Tertius panis est miseratio qua conuertit ad penitentiam Hic etiam panis habet tria fragmenta quia cor concutit excitans illud vt aduertat suorum vulnera peccatorum et vulnerum dolorem sentiat terret deducens ad portas inferi et preparata iniquis supplicia monstrans et spem dat intelligentie. Quartus panis est indulgentia peccatorum quia videlicet deus penitentem cum misericorditer suscepit. Et hic panis habet tria fragmenta. Quia vt dicit bernardus sic ex toto deus indulsit et tam liberaliter omnem donauit iniuriam vt iam nec damnet vlciscendo quod est primum nec confundat improperando quod est secundum nec minus imputando quod est tertium.
Quintus panis est continentia a peccando seu virtus continendi et emendatius viuendi ne recidiuum pateretur. Et hic panis etiam habet tria fragmenta. Nam hec continentia habet tres oppugnatores scilicet carnem mundum et malignum spiritum quibus resistere nostra virtute non valemus sed pane isto diuine misericordie confortati habemus in domino hanc virtutem. Sextus panis est gratia promerendi qua videlicet minus bone conuersationis indulget Quam gratiam dicit bernardus in tribus maxime constare tanquam fragmentis videlicet in odio preteritorum malorum in contemptu bonorum presentium et desiderio futurorum. Septimus panis est spes obtinendi qua deus donat homini indigno et peccatori de sua totiens experto bonitate vique ad celestia speranda presumere. Cuius etiam tria secundum bernardum sunt fragmenta. Tria inquit considero in quibus tota spes mea consistit Caritatem adoptionis veritatem promissionis potestatem redditionis. ¶ Refecti duobus septenarijs panum a beato bern. nobis appositis videlicet incipientium et proficientium festinemus nunc vt cumque gustare septem alios a spiritusancto nobis proponendos quibus reficiuntur anime perfectorum qui panes sunt septem dona spiritussancti felix anima que his saturari meruerit. Et bene hec dona nomine panum describuntur quia delectabiliter reficiunt animam in presenti et satiant in futuro Primus panis est timor domini timor inquam filialis nam timor seruilis incipientium est. Et hic est timor castus quo quis ex timore timet a deo separari et ideo declinat a malo quod contrariatur deo. Sed quia oportet etiam benefacere sequitur secundus panis qui est donum pietatis quo monet nos spiritussanctus vt operemur bonum ad laudem dei et ad vtilitatem omnium proximorum et hec est pietas que ad omnia vtilis est et procedit ex pio corde quod deus tamen inuenitur corporalis autem exercitatio scilicet sine pietate ad modicum vtilis est. Tertius panis est donum scientie hoc donum comitatur duo predicta quia vt dicit cris. Nemo potest cauere malum nisi cognitum neque bonum facere quod ignorat et hoc datur per donum scientie quo datur homini rectum habere iudicium de istis inferioribus ad cognoscendum quid noxium et quid expediens sit ad salutem Quartus panis donum fortitudinis. Et bene fortitudo sequitur scientiam. Nam cognito per donum scientie que mala cauenda sunt et que bona prosequenda opus est spiritu fortitudinis quo possit prosequi que cognouit tam in vincendo mala quam in aggrediendo bona. Hoc dono donati fuerunt sancti martires quos nulla tormenta poterant superare. ¶ Quintus panis est donum consilij per quod homo dirigitur quasi consilio a deo accepto in his ad que humana ratio non sufficit Et bene consilium sequitur fortitudinem quia secundum Gregorium valde fortitudo destruitur nisi per consilium fulciatur quia quo plus se posse concipit eo virtus sine moderamine in preceps ruit et mens que intus sedem consilij perdidit foras se per desideria innumerabiliter spargit. Sextus panis est do

Bernar.

Augusti.

Bernar.

Crisostom⁹.

Gregorius.

num intellectus et illud donū sequitur donum consilij et duo bona facit in anima. Primū q illustrat intellectum ad sane capiendū consiliū spiritussancti speculatiue. Secundū quia depurat affectum ad agendū practice cōsultum. Septimus panis est donū sapientie q̄d sequitur donum intellectus et oīa dona alia que sine sapientia nihil sunt. Sapiētia est cognitio suauitatis diuine p experientiā habita. Unde dicit sapiētia quasi sapida scia. Nam per donū sapientie iuuatur homo nō solū ad cognitionē diuinorū sed etiā ad gustationē eorundē. Oratio.

Domine iesu xpe miserere super turbam penitentium et incipientiū iustorum et proficientiū perfectorum et contēplantiū per triduū contritionis confessiōis et satisfactionis per victoriā mundi carnis et dyaboli. per visionem corporalem ymaginariam et spiritualem expectantiū veniā gratiā et gloriam. Refice primos per discretam sollicitudinē cautelam indignationem timorē desiderium emulationē et vindictā. Refice secundos per spiritū timoris pietatis scientie fortitudinis consilij intellectus et sapientie. Refice tertios per tres anime et quattuor corporis dotes in presenti quidē spe que superexcrescat in septem sportas in futura beatitudine Amen.

De fermento cauendo et ceco bethsaide illuminato. Capitulum xcij.

Math. xv et xvj et Mar. viij.

T post miraculum

de pastione ostēsum (dimissa turba) statim (ascēdit) iesus cū discipulis (in naviculā) fugiens terrene applausum et reuerentiam et vt a turba remotus doctrine vacaret discipulorum dans in hoc nobis simile faciendi doctrinam et exemplū (Et venit in fines) seu partes (magedan) seu (dalmanicha) quod sm Aug idem est scdm rem et cadē terra dupliciter vocata. Sed sm alios sunt due regiones distincte sed in extremitatibus cōiuncte et ideo existens in confinio vtriusqz dicitur esse i fine istius vel illius. et in tali loco erat iesus (Et accesserunt ad eum) non tanqz deuoti et simplices vt addiscerēt sed tanqz inuidi et insidiantes vt ipsum temptarent (pharisei et saducei temptantes) scilicet si possent eum capere in aliquo (et rogauerunt eum vt ostenderet eis signum de celo) declarando scilicet tempus sui aduentus ex aliquo celesti signo Ac si dicant. Si de celo venisti proba in hoc q signa de celo ostendas. ¶ Ubi aduertendum q aliqui scribe et pharisei omisso studio legis et prophetarum studebāt in astrologia vnde et vsqz hodie aliqui eorum in hoc sunt valde curiosi et q astrologi aliquī per cōsiderationē astrorū volunt iudicare de inchoatiōe legū et sectarū diuersarū ideo isti per astra volebant prenosticare de aduentu xpi q̄d erat impossibile q ad talia non se extendit virtus celi licet se extendat ad prenosticandum de futura dispositione aeris vt siccitate et pluuia et hmōi Uel ad cognoscendū ipm esse xpm in lege promissum petebant de celo signū maiestatis sue vt fulgura et pluuias vel hmōi simile. vel q̄d in exemplū moysi manna celitus emisso omnē populū reficeret multo tēpore. vel q solem stare faceret sicut iosue. vel retrocedere sicut Isaias. vel q daret ignem de celo sicut Helyas. Dñs vero (respondens) et eos redarguens (ait. Facto vespere dicitis) .i. aliquid de futura temporis dispositione predicere per consideratione celi potestis videlicet (serenum erit. rubicundū est enim celum) qz talis dispositio i vespere frequenter est signum serenitatis future licet impediatur qñqz (et mane) scz dicere potestis (hodie tempestas erit rutilat enim celum) qz hoc vt plurimuz est tēpestatis signum. Et est ratio talis. Ex signis celi in quibus nō estis edocti scitis iudicare tempora prenosticando de serenitate vel pluuia multomagis ex scriptura legis et prophetarum in qua estis edocti debetis cogitare me esse xpm ab eis promissum. Unde sequitur arguitio eorū (Faciem ergo celi) .i. dispositionē aeris (diiudicare nostis) prenosticando de futuris per signa que tamē sūt fallibilia (signa autē temporū) scz aduentus mei a pphetis predicta a me in effectu exhibita. primus enim et secūdus aduentus xpi sunt quasi duo tempora (nō potestis scire) facultatem vobis heresi et inuidia afferente. Ex dictis enim prophetarū et visis miraculis que nemo alius fecisset saluatoris aduentum cognoscere debuerunt et iuste iudicare q ipse esset xps in lege promissus. ¶ Moraliter hic reprehendit dñs istos qui per signa apparentia i celo que sunt fallibilia de futuris iudicabant. et ex his q habebant in scripturis de christo. que quidem scripture sunt infallibiles iudicare nesciebant et significant illos q de factis aliorum se intromittere volunt et de propriis conscientiis in quibus possent legere nō iudicant. Unde Hiero. Uix inuenies qui irreprehensibilem vitam suam exhibere velit vt libenter non reprehendat alienam tm q huius mali libido mentē hominū inuasit vt etiam qui procul ab aliis viciis recesserunt in illud tn̄ quasi extremum laqueū diaboli incidant. Istud etiā dicitur cōtra illos qui solliciti sunt futurā aeris vel aliorū rerum qualitatem considerare et de tempore sue mortis vel futuri iudicij nolunt cogitare Sed vt dicit augu. Laudabilior est animus cui nota est infirmitas propria q qui celorum constillationes et terrarum fundamenta scrutatur. Moraliter vesper est hominis senectus mane iuuentus. rubor est feruor caritatis serenitas tranquillitas mentis. Quādo ergo in mane iuuentutis rubet celum signū est future tribulationis. Unde in ecclesiastico. Fili accedēs ad seruitutem dei sta in iusticia et timore et prepara animam tuā ad temptationē. Quādo vero in sero et in fine rubet caritas signum est serenitatis future que sequitur tempestatem. Unde in thobia. Post tempestatem tranquillum facis. et in salomone extrema gaudij luctus occupat et econuerso et in iohanne tristicia vestra vertetur in gaudium similiter quādo est serenitas prosperitatis i vita presenti signum est pene et tempestatis in vita futura. et econuerso quādo est serenitas in vespere et in de fine vite sue signū est serenitatis et cōsolationis vite future (Et) dñs (ingemiscens spū) qz sicut de hoim salute letatur ita super eorum dolet erroribus (ait. Generatio mala) quo ad morum peruersitatem (et adultera) quo ad fidei violentiam recedens a deo vero sponso anime ū per infidelitatem (signum querit) quo ad maiestatis indicationem (et signum non dabitur ei nisi ione prophete) id est signum infirmitatis de quo ps. dicit. Fac mecū signum in bonum etc̄ hoc enim est signum passionis per q̄d omnis homo est adiutus et consolatus. Simile habes supra vbi plura de hac videas materia. (Et relinquens) obstinatos relinquens phariseos et saduceos quo ad corporis presentiam et gratie effectum (et ascendens iterum nauem) cum discipulis suis (abiit) ab illis (transfretum) id est vltra stagnum genezareth relicto strepitu mundano. (Et cum venissent discipuli transfretum obliti sunt panes accipere) id est fragmenta panum septem sportarū. (et non habebant nisi panem vnum) Causa autem huius obliuionis potuit esse multiplex. vna prohibitio sollicitudinis de crastino. alia occursus pauperum quibus reliquias diuiserūt. tertia spes de domino. quia iam visis miraculis certi erant q nichil eis deficeret. quarta interna dulcedo vnius et veri panis habentis in se omne delectamentum quem secum habebant. illo enim capti de exteriori pane non cogitabant. Unde Beda Unus panis quem secum habebant in naui Mystice ipsum panem vite dominum videlicet saluatorem designat: cuius amore quia semper intus reficiebantur in corde minus de terreno pane quo corpus pasci solet curabant. Hec Beda. In quo ostenditur in eis feruor et desiderium superne doctrine et contemptus deliciarum mundi huius

Augustinus

Moraliter

Hiero.

Augusti.

Beda.

cum etiam circa vite necessaria parum fuerunt studiosi et
eorum devotio ad presentiam christi quia sic inseparabi
liter adherebant ei q necessaria vite fuerant obliti et q̄
modicam carnis curam habebant in reliquis necessarijs
qui nec viaticum sumpserunt intentione dñici comi
tatus. Vñ Remigius. Tanto enim amore magistri deti
nebātur vt nec etiam ad punctuz vellent ab eo recedere
Animaduertenduz est ergo quantum alieni essent ab ap
petitu deliciarum cum tam paruam haberent de necessa
rijs curam vt etiam obliti sunt panes accipere sine quib⁹
humana fragilitas subsistere non potest. Hec Remigi⁹.

Remigi.

Horum ergo discipulorum exēplo et tu magis cura de
cibo mentis q̄ ventris et magis de virtute animi q̄ via
tico corporis. Nam secunduz Crisostomuz hoc loco vir
tutis possessio omnem tristiciam et sollicitudinem expel
lit ac leticiam et spem magnam immittit deoqz et homi
nibus acceptabiles facit (Et dixit eis) iesus. Intuemini
per diligentem considerationem mentis (et cauete) per
fidei puritatem (a fermento) id est a corruptione et do
ctrina corrumpente (phariseorum et saduceorum) fermē
tum enim quandoqz propter corruptōnem significat do
ctrinam malam vt hic quandoqz propter calorem inclu
sum significat feruorem fidei vt supra (et a fermento) et
corruptione (herodis) scilicet prauis moribus. Et sic ha
betur triplex fermentum. Primum saduceorum qui di
cunt non esse resurrectionem neqz angelum neqz christū
prophetas spernunt spe presentium deo seruiunt. Secūdum
phariseorum qui decreta legis diuine traditōnibus ho
minum postponunt legē predicant verbis et impugnāt
factis in quorum doctrina duo erant scilicet peruersitas
doctrine et simulatio vite. Tertium est herodianorum
quod est adulterium homicidium temeritas iurandi si
mulatio religionis. Primum est erroris secundum simu
lationis tertium praui moris. Primum corrumpit ratio
nem secundum intentionem tertiū operationez. De his
tribus dicit apostol⁹. Non i fermento veteri q̄tū ad pri
mum neqz in fermento neqtie q̄tum ad secundū et mali
cie q̄tum ad tertium. Vel sm quosdam fermentum hero
dis vocat etiam doctrinā corruptiuā herodianoꝝ dicen
tium herodem xp̄m. Isti herodiani sm eos fuerunt qdā
iudei fingentes q̄ndam sectam nouā dicentes de hero
de ascalonita q erat messias mali falso itellectu illius qd
dicitur in genesi non auferetur sceptrum de iuda et cete.
Vbi dicitur q ablatio regni a tribu iude erat signuz ad
uentus messye. Iste autē herodes obtinuit regnū illud
cū tamē alienigena q2 pater eius fuit ydumeus et q2 mes
syam promissū intelligebant illi regnare tpaliter nec vide
bant alium tunc regnare in iudea nisi herodem ideo dixe
runt eum esse messyam cum tñ prophetia iacob predicta
esset sm veritatem de xp̄o tpe herodis nato intelligenda
Ab his ergo omnibus monet discipulos cauere ne i his
consentiant vel hec in eis approbando vel in his eos imi
tando. Non enim epulandum est in fermento veteri q̄tū
ad peruersam doctrinam neqz in fermēto malicie q̄tum
ad morum prauitatem et nequitie q̄tum ad simulatam
iusticiam sed in azimis sinceritatis quo ad vitaz et inten
tionem et veritatis quo ad doctrinam. (At illi) i. discipu
li dictū domini intelligentes de pane fermētato et ma
teriali (cogitabāt intra se dicētes) quodam occulto mur
mure q2 hoc ideo dicit (q2 panes nō accepimus) nō vult
q de pane phariseorum fermentato accipiamus. ¶ Pu
tabant enim se esse tacite notatos de panum obliuione
et q ad litteram de pane fermētato loqueretur ne ab eis
acciperent eo q panes secum non accepissent. Errabāt
apli in duobus q2 et de panum defectu dubitabāt eo q
panes non attulerant et quia verbum domini de fermē
to ad litteram capiebant. Primo ergo arguuntur de pri
mo. s. q timebant panis defectum materialis (Sciens
enī ihs) cogitationes eorū tanq̄ de⁹ arguit eos de fidei
modicitate q2 eo presente et cum eo timebāt posse egere

Crisosto

dicens (Quid cogitatis modice fidei quia panes non ha
betis) et me dixisse de panibus terrenis de quibus dubi
tare non deberetis. Panem vite que est causa omnium
panum secum habebant et ideo de panum defectu dubi
tare non debebant. Hoc autē secundum crisostomuz do
minus facit vt sollicitudinem escarum ab eis abijciat.
Quasi diceret. Ex factis meis precedētibus et doctrina
deberis sic esse illuminati q verbum meum intelligere
tis non de pane materiali quia de hoc possum vobis suf
ficienter prouidere. Quod probat duplici exemplo in q̄
magnam multitudinem satiauit paruo cibo Unde sub
dit (Nondum intelligitis) scilicet misterium. Nam si per
panes intelligitur doctrina sana necessario per fermen
tum intelligitur corrupta (neqz recordamini) scilicet vir
tutis in multiplicatione panum vnde sequitur (quinqz
panum) scilicet distributorum (in quinqz milia hominuz
et quot cophinos sumpsistis) de residuo (neqz septez pa
num) scilicet distributorum (in quattuor milia hominuz
et quot sportas sumpsistis) fragmentorum. Reducit eos
ad memoriam miraculorum de quinqz et septem pani
bus vt confidāt q ipse pascet eos qui pauit turbas. Quā
si diceret. Non est vobis timendum cum de tam paucis
panibus tantas feci abundare reliquias. vnde Crisosto
mus. ¶ Per hoc in memoriam eis reducit ea que pre
terierunt et ad futura attentiores facit. Deinde arguun
tur de secundo scilicet q habebant defectum intellectus
spiritualis cum dicitur (Quare non intelligitis) scilicet
(quia non de pane dixi vobis) Quasi diceret non est vo
bis dubitandum de pane materiali quia ita possum cum
multiplicare sicut vidistis nec de illo ego sollicitor nec lo
quor vobis ideo potius de alio pane et fermento intelli
gere debuistis scilicet doctrine peruerse que more fer
menti se veri panis substantiam simulat habere. Sed re
uera totam substantiam eius cui admiscetur corrumpit
et ad saporem suum trahit. ¶ Hoc est. de quo apostolus
dicit. ¶ Modicum fermentum totam massam corrum
pit ¶ Ab isto ergo sicut a nocuo cibo summe est cauendū
Unde ambrosius Cibus corporalis nociuus cum ma
gna sollicitudine cauetur quāto magis spiritualis (Tūc
intellexerunt quia non dixerit cauendum a fermento pa
num) scilicet materialium (sed a doctrina phariseorum et sa
duceorum) que ratione predicta vocatur fermētum (Et
venerunt bethzaidam vbi cecum ei adducunt rogantes
vt illum tangeret) et firmiter credentes q ad tactum ei⁹
sanus fieret (Et apprehensa manu eius eduxit euz extra
vicum) id est extra vicinitatem et tumultum malorum.
(Et expuēs in oculos eius ipositis manib⁹ sup oculos
interrogauit eū si qd videret Et aspiciēs) i. aspicere inci
piens (ait video homines velut arbores ambulantes)
Non enim distinguere poterat liniamenta humanoruz
corporum videbat obscure corpora eorum moueri de lo
co ad locum et postea perfecte illuminauit eum. ¶ Nam
(iterū manus super oculos eius imposuit et clare omnia
vidit) Per hoc arguitur ignorantia discipulorum fa
cto q ipsis presentibus illuminauit cecum primo imper
fecte et postea perfecte. ¶ Certum est enim christus pote
rat eum statim perfecte illuminare sed per talem modū
voluit facere vt designaret discipulos adhuc in parte
obscuratos caligine ignorantie et ad clare intelligendū
indigere maiori illuminatione. ¶ Unde et post resurre
ctionem suam aperuit illis sensum vt intelligerent scri
pturas. Alij dicūt illuminationem huius ceci successiue
factam propter paruitatem fidei huius ceci et offerenti
um ipsum xp̄o et potest esse q ista causa et predicta con
currerunt ad istum effectum in ipso Per hoc etiā signat
q dominus aliquando dat suam gratiam augmentando
prius datam (Et mittens illum in domuz sua) iussit vt
nemini diceret ad vanitatis iactantiam vt mundi gl'iaz
nos doceret fugere sed tamen dicere poterat et debuit
ad predicationem laudis diuine hoc nondum intelligēt

Crisostom⁹.

Crisostom⁹.

Ambrosius.

Rubrice capitulorum

quia omnia opera sua vt ab hominibus videātur faciūt
De quibus dominus ait receperunt mercedem suam.
Ne ergo hic recipias mercedē ꝛ recipiendo perdas eter
nam vicositatem tuam potius enarra ꝙ virtutem exē
plo apostoli dicentis. qui fui blasphemus et persecutus

Augustinus

sum ecclesiam dei. Unde augu. Uis virtutes tuas auge
ri prodere noli fuge videri quod esse meruisti. Quod ma

Beda

nifestando potes amittere tacendo custodi. Ubi Beda.
Cuncti qui a domino curantur languores spiritualium
sunt signa languorum quibus anima per peccatum eter
ne morti propinquat. Sicut enim in surdo et muto a do
mino sanato sanatio mentis insinuatur eorum qui neqꝫ
audire verbum dei neqꝫ loqui noverant et mox in refe
ctione turbe esurientis que dominum secuta fuerat suaui
tas figuratur illa qua diligentium se et querentium solet
corda nutrire. ita et in hoc ceco paulatim curato a domi
no illuminatio designatur cordiū stultorum ac longe a
via veritatis aberrantium. Rogabant autem eum vt il
lum tangeret scientes quia tactus domini sicut leprosuꝫ
mundare ita etiam cecum illuminare valeret. Tangim⁹
autem dominum nos cum ei fide integra et sincera adhe
remus tangit nos cum mentem nostram afflatu sui spi
ritus illustrat atqꝫ ad cognitionem nos proprie infirmi
tatis studiumqꝫ bone actionis accendit. Apprehendit
manū ceci vt cum ad executionē bone operationis con
fortet. Eduxit extra vicum vt a vita vulgari segregatus
voluntatē sui conditoris qua illuminati meretur liberi
us sedulo corde scrutaret. Quisquis enī lumen eternita
tis videre desiderat nō exempla turbarum sed ducatum
necesse est semper sui redemptoris sequatur. Ideo autēꝫ
cecum hunc paulatim et non repente curat quem mox
vno verbo si vellet poterat curare vt magnitudinem hu
mane cecitatis ostenderet que quasi pedetentim et per
quosdam profectuum gradus ad lucem divine visionis
solet pervenire. Sputū quippe ab intus de capite dñi p
cedit manus vero sunt membra corporis exterius posi
ta. Expuens ergo in oculos ceci dñs imponet manus su
as vt videat qꝛ cecitatem generis humani et per inuisibi
lia divine pietatis dona et per exhibita foris sacramēta
assumpte humanitatis abstersit Quia ante eū in domuꝫ
sue precepit. Mystice admonet omnes qui cognitiōe ve
ritatis illustrantur vt ad cor suum redeant et ꝙtum sibi
donatum sit sollicita mente perpendant donatis colla
tisqꝫ sibi beneficiis digna operum executione respōdeāt
Quia vero eum sicut et multos alios quos sanauit sana
tionem suam silentio tegere iubet exemplum suis tribu
it ne de his que faciunt mirandis favorem vulgi requi
rant sed divinis tm̄ aspectibus vbi et merces restat sint
placere contenti hec beda. Oratio.

Domine iesu xp̄e fac meeū signum infirmitatis ꝛ
passionis tue in bonum vt inde per te me adiu
tum gaudeam et consolatum. O panis vite da
michi semꝑ tuo amore refici vt minus sollicite de pane
vel quocūqꝫ solatio tēporali Da michi vt a fermēto per
uerse doctrine ac simulate iusticie et actionis praue caue
am et in his nec active nec passive te offendam O splen
dor paterne glorie illumina cor meuꝫ lumine tue gratie
divine. meqꝫ de omnibus erroribus et laqueis erue ac di
rige in viam veritatis ꝛ iusticie ac salutis eterne. Amen.

Finit prima pars vite Jesu christi.

Sequitur rubrice capitulorū scde partis.

De confessione vere fidei quam petrus fecit pro
omnibus. Capitulum j.
De exhortatione ad sequendum xp̄m ꝛ sue pas
sionis exemplum c. ij.
De transfiguratione domini c. iij.
De sanatione lunatici c. iiij.
De tributo pro dño et petro soluto ꝛ de q̄stione disci
pulorum super maioritate eorundem c. v.
De pusillis ꝛ paruulis non scandalizandis exterius ꝛ nō
contemnendis interius c vj.
De tribus parabolis. videlicet ouis dragme et filij pro
digi c. vij.
De modo fraterne correptionis et de dimittendo fratri
septuagies septies c. viij.
De rege ꝙ voluit rōnem ponere cū seruis suis c. ix.
De causa dimittendi vxorem et de paruulis domino o
blatis capi. x.
De perfectione paupertatis c. xj.
De duodecim cōsiliis euangelicis c. xij.
De difficultate ꝛ impossibilitate intrandi divitem in re
gnum celorum et de premio relinquentium omnia et se
quentium christum c. xiij.
De denario diurno c. xiiij.
De villico iniquitatis c. xv.
De divite epulone et lazaro mendico c. xvj.
De resuscitatione lazari c. xvij.
De cōspiratiōe pontificū ꝛ phariseorū ꝯ iesum c. xviij
De decē leprosis a dño curatis c. xix.
De samaritanis dño hospitiū negantibus c. xx.
De petitione filiorum zebedei c. xxj.
De ceco illuminato añ ingressum hiericho c. xxij.
De zacheo et eius conuiuio c. xxiij.
De duobus cecis post egressum a hiericho illuminatis.
capi. xxiiij.
De effusione vnguenti sup caput iesu c. xxv.
De sessione dñi sup pullum et asinā c xxvj.
De gl'iosa dñi susceptiōe ipa die pal. c. xxvij.
De fletu dñi sup hierlm ꝛ ingressu ipius in eā. c. xxviij.
De scda electiōe emētiū et vendētiū e tēplo. c xxix.
De duob⁹ minutis vidue ac de pharisei et publicani ora
tione c. xxx.
De maledictione ficulnee et grano frumenti ꝛ de princi
pe mundi c. xxxj.
De duobus filiis quorum vnus in vineam iuit ꝛ alius ire
neglexit c xxxij.
De locatiōe vinee ꝛ sanguinariis vinitoribus c. xxxiij
De inuitatis ad nuptias et non habente vestem nuptia
lem c xxxiiij.
De questione sup tributo soluendo et de muliere septem
viros habente. c. xxxv.
De primo et magno ac secundo et simili legis mandato.
ca xxxvj.
De scribis et phariseis in doctrina audiendis sed non in
vita imitandis. ca. xxxvij.
Quibus debetur ve eternum. c. xxxviij.
De signis aduētus dñi ꝛ ꝯsūmatiōis seculi. c. xxxix.
De aduētu et ꝑsecutione antixp̄i. c. xl.
De remediis ꝯ spūales nouissimi tp̄is tēptationes et de
exercitio mentis in deū c xlj.
De orādo ꝛ expectādo aduentū dñi ꝛ de posteriorib⁹ si
gnis aduētus eius ꝛ ꝯsūmatiōis seculi. c. xlij.
De aduentu xp̄i iudicio. c xliij.
De electorū cōsolatione ex appropinquante redemptio
ne et de similitudine ficulnee. c. xliiij.
De die dñi iuxta exemplū noe vel loth subito venturo ac
de vno assumpto et alio relicto c. xlv.
De vigilia patrisfamilias custodientis contra furem do
mum suam. c. xlvj.
De lumbis ꝓcinctis ac lucernis ardētibus. c. xlvij.
De decem virginibus. c xlviij.
De talentis ꝛ bonis a dño seruis traditis. c. xlix.
De ventilatione aree in extremo iudicio. c. l.
De pascha et diuersis hui⁹ nōis acceptiōibus. c. lj.
Qua die ꝛ cur iudas vendidit dñm. c. lij.
Meditatio in primis vesperis de cena dñi. c. liij.
De ablutione pedum. c. liiij

De caritatiua correptione pditoris et egressu eius.c.lv.
De institutione sacramenti eucharistie.c.lvj.
De sermone dñi in cena.c.lvij.
De passione dñi nr̃i in generali.c.lviij
De primo completorio.c.lix.
De matutinis.c.lx.
De prima.c.lxj.
De tertia.c.lxij.
De sexta.c.lxiij.
De nona.c.lxiiij.
De secundis vesperis.c.lxv.
De secundo completorio.c.lxvj.
Epylogus dñice passionis et de laude crucis.c.lxvij.
De sabbato sancto.c.lxviij.
De resurrectione dñi nr̃i.c.lxix.
Quō dñs ihesus apparuit matri sue.c.lxx.
Quō maria magdalena et alie marie et petrus atqȝ iohā nes venerunt ad monumentum.c.lxxj.
Quō dñs apparuit marie magdalene.c.lxxij.
Quō dñs apparuit tribus marijs.c.lxxiij.
De mendacio custodum.c.lxxiiij.
Quō dñs apparuit petro ioseph iacobo minori et patribus in limbo.c.lxxv.
Quō dñs apparuit duobus discipulis euntibus in emaus ca.c.lxxvj.
Quō dñs apparuit apl'is absente thoma.c.lxxvij.
Quō dñs apparuit apl'is p̄nte thoma.c.lxxviij.
Quō dñs apparuit septem discipulis suis ad mare tyberiadis.c.lxxix.
Quō dñs apparuit.xj discipulis et plusq̄ quingētis fratribus in galilea.c.lxxx.
Epylogū apparitionū dñi post resurrectionem.c.lxxxj.
De ascensione dñi.c.lxxxij.
De scripture euangelice ac fide fine et vtilitate.c.lxxxiij.
De penthecoste.c.lxxxiiij.
De laude diuina.c.lxxxv.
De assumptione et laude b. virginis.c.lxxxvj.
De finali iudicio.c.lxxxvij.
De pena infernali et gloria celesti.c.lxxxviij.
Conclusio libri et signatio eius.c.lxxxix.

De confessione vere fidei quam petrus fecit pro omnibus
Capitulum primum

Ma.xvj.
Mat.viij
z luce ix.

Prima pars libri huius q̄ precedit nullā de passione mentionē expresse facit scḋa vero p͛s q̄ hic sequit̃ frequēter de passione facit mentionē z totā cōtinet passionē z eorū q̄ vltra sunt seriem. Post premissa ergo (venit ihesus) iam q̄ saluator vbiqȝ lumen doctrine spargens vbiqȝ perditos querens vbiqȝ penitentes saluans (in partes) et fines ciuitatis q̄ (cesarea philippi) vocabatur sed nunc paneas dr̃. Philippus tetrarcha frater herodis ciuitatem illam renouauit et ampliauit z ex tunc eam cesareā philippi in memoriam sui noīs z in honorē tiberij cesaris q̄ ei quartā ptem regni dederat appellauit. Et est sita in pede montis libani vbi hincinde in decliui latere montis oriūtur duo fontes ior z dan dicti qui post modicum ad radicem et pedē libani confluentes efficiunt iordanē qui post longos circuitus ingreditur mare galilee prope corozaim ciuitatē. Dicitur etiam cesarea philippi ad differentiā cesaree palestine vbi cornelius centurio d̃r habitasse. Est et alia cesarea metropolis capadocie que est in regione turcie. In ista aūt ciuitate scȝ cesarea philippi z in confinibus eius habitabat gentium populus z ideo ex hoc q̄ xp̄s mysterium sue incarnatiōis hic reuelare voluit ondit̃ q̄ fundamentum ecclesie in fide gentiū fit. Hec enī ciuitas est fenicis regionis gentium z terminus iudee ad septētrionem ad quā tributuȝ census capitis deferebatur p̄ q̄ sub cesare augusto vniuersus orbis descriptus dr̃. Congruū aūt fuit vt in loco in quo orbis tributū soluit rex regum z dñs orbis tributum fidei exigeret qḋ soluitur de capite omine. i. de mente (Et) cum esset solus orans in via (interrogauit discipulos suos) non q̄ dubitaret vel ignoraret et vt aliquid disceret sȝ vt eos veritatem instrueret z doceret et errorem hominū per responsionē discipulorū eliminaret. Item vt eis occasionem merendi daret et nos fideli eorū confessione in fide solidaret. Item vt fidē illorū p̄ sequentē approbatōeȝ z pmissionē in ipsis fortius confirmaret ac doriam aplorū z pplorū confirmādo ondēret. Exploraturus aūt fidē discipulorū prius vulgi sniam inqrit q̄ confirmaturus eos in fide prius opiniones z errores aliorū a mētibus eorū remouere voluit vt de veritate eos melius informaret. Sic doctor euāgelicus dȝ errores destruere vt melius possit veritatē astruere. Volens q̄ dñs errores exponi vt eis expulsi discipulis veritatem proferāt non vulgi opinione sed ex domini reuelatione (interrogauit eos dicens. Quem dicunt homines) et turbe vulgares (esse filiuȝ hominis) i. virginis. Hoc soli christo cōuenit adam enim fuit filius terre alij filij hominum quia ex vtroqȝ gignuntur parente sȝ solus xp̄s fuit filius vnius hominis quia non nisi vnum parentem habuit in terra sic vnum in celo. Vocat se etiam non solum filium dei sed hominis ratione humilitatis quod est contra illos q̄ semper volunt se a digniori nominare et maiores sue parentele tacitis ceteris allegare secundum hieronimuȝ nō dicit quē me dicunt esse homines sȝ de se intelligere ne iactanter de se querere videretur sed dicit scḋm Crisostomum filium hominis q̄ dispensationē incarnationis credi vult et in confessionem deuenire. Similiter prelati ac doctores magni homines deberēt inquirere de fama sua a collateralibus suis q̄ bona fama doctoris z presidētis multum facit ad doctrine et edificatōnis fructuȝ mala ad detrimentum. Unde Origen. Interrogauit christus discipulos vt nos semp scrutemur qualis opinio sit apud homines de nobis vt si quid male dicitur de nobis occasiōnes illius precidamus si quid autem boni eius occasiōes augeamus. Sed z discipuli episcoporum apostolorum instruuntur exemplo vt qualescunqȝ opiniones audierint foris de episcopis suis referant eis. In hoc autem q̄ dominus ab apostolis quesiuit de fide turbarum dedit intelligere q̄ prelati redditurī sunt rationem de fide subditorum. Et q̄ de christo erant varie opiniones in populo ideo discipuli responderunt dicendo q̄ alij dicerent eum esse iohānē bapt. qui in vtero matris positus sentiebat domini presentiam et propter baptismum et vite eminētiam cuius opinionis fuit herodes et sui sequaces. Unde Theophilus. Multi namqȝ putabant q̄ iohannes a mortuis surrexisset sicut et herodes credebat et post resurrectionem suam miracula perpetrasset. Alij vero dicerent eum esse helyam propter zelum veritatis quem habuit et propter potentie euidentiam quia ignem de celo posuit et quia ad celum raptus creditur inde esse venturus. Alij Hieremiam pro sanctitate qui sanctificatus fuit in vtero matris et propter patientiam in aduersis et propter beneficium misericordie quia populi peccata planxit z lamentatus fuit. Alij autē vnum de pphetis s. helyseum propter excellentiam sapientie habuit enī duplicem spiritum helye vel quia surrexit vnus alius de antiquis prophetis prioribus. Et sic patet diuisio erroris habiti de ihesu a diuersis. Sic adhuc hodie variātur homines inquirendo salutem sue beatitudinem. Unusquisqȝ enim ponit beatitudinem in eo quod diligit et hoc p deo colit quia secundum Augu. hoc ab homine colitur quod preceteris diligit. ¶ Deinde exigit a discipulis ppriam de se confessionem dicens (Vos autē) ab alijs di

Hieronimus.

Crisostomus.

Origenes

Theophil9.

Augustinus

fereci qui nō estis de turba sed mei discipuli qbus datum est nosse mysterium regni dei qui estis lux mundi quibus omnia quecunqz audiui a patre meo nota feci (quem me esse dicitis) q.d. Si alij errant opinione falsa de me vos tn̄ non debetis errare qui tamdiu mecum fuistis et meaz doctrinā audistis et miracula tanta vidistis. (Et rn̄dit Petrus) pro omnibus scz pro se et pro aliis quia omēs vnum sciebant et idem sentiebant licet alij apl'i etiam scirent iste tn̄ tanqz senior ac princeps et caput alioꝝ fuit os totius collegij ac pre omnibus et pro omnibus respondit qui omnibus preesse et prodesse debuit. Ex quo patz q̄ precipue ad petri successorem ptinet certificatio dubitationum de fide et pertinentibus ad eandem. Petrus igitur non a parentibus sed a patre celesti edoctus dei filium et hoīem videns vtrūqz complexus est ac veritatē diuine et humane nature i. verum deum et hoīem in eodē supposito confitetur dicens (Tu es xp̄s filius dei viui) q.d. (tu es xp̄s) i. homo fm̄ qd̄ vnctus es oleo grē pre participibus tuis z sic cōfitetur eius humanitatē in qua vnctus est oleo grē pre aliis et es filius dei naturalis scz nō adoptiu⁹ sicut alij et per ɔn̄s eiusdē nature cū deo patre z sic cōfitetur ei⁹ diuinitatē et addit (viui) i. incōmutabilis et eterni qz hebrei cōsueuerūt vocare deū viuum ad differentiā z distinctionē falsoꝝ deorū q̄ non viuūt q̄s scz gentes vel de mortuis hoībus vel de insensibili materia et substantia sibi instituerunt. (Respondens autē iesus) petro et in petro oībus mercedē vere cōfessiōis (dixit ei. Beatus es symon bariona) i. filius iohānā. bar enī idē est qd̄ filius iona aūt ponit̄ p̄ diminutionē pro iohanna subtracta media syllaba. Vn̄ bariona hic accipitur ac si filius iohānis diceretur. et propter hoc etiā petrus q̄n̄ qz symon iohānis dr̄. Scd̄m criso. Hoc dicit vt ostendat q̄n̄ ita naturaliter est xp̄s filius dei sicut petrus filius iohāne eiusdē substātie cū eo q̄ genuit. Beatus inquā es ppter confessionē vere fidei q̄ ducit ad beatitudinē (qz caro et sanguis nō reuelauit tibi) i. non parētes tui vel homo mortalis aut humana doctrina istam veritatem z tm̄ archanū fidei te docuerūt (sed pater meus qui est in celis) et per ɔn̄s tota trinitas qz indiuisa sunt opa trinitatis. Vbi criso. Sermo iste conuenit et ad oēs vt singulis quibusqz dicatur. Beatus es q̄m caro et sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis. Tu dicis z verum dicis qz ego sum xp̄s filius dei viui (Et ego) qui sum veritas immobilis (dico tibi) pro te et pro sociis tuis cuius dicere est facere (qz tu es petrus) a me petra dictus i. cōfessor vere petre qui est xp̄s ac fide fortis et doctrina stabilis. Merito propter fidei fortitudinē et fidelē xp̄i confessionem hoc nomen petrus accepit quia petrā xp̄m credidit. Symon quippe antea vocabatur sed hoc nomen petrus a dn̄o ei impositum est vt ecclesiam significaret. Quia enim petra xp̄s petrus est populus xp̄ianus (Et super hanc petram) quam modo confessus es z quaz tu modo in fidei fundamento posuisti id est super christum (edificabo ecclesiam meam) Petra enim erat xp̄s super quod fundamentū etiam ipse edificatus est petrus. huic sn̄ie apl's concordans ait fundamentuz aliud nemo pōt ponere preter id qd̄ positum est xp̄s iesus. Ac si dicat nō est aliud fundamentū nisi illa petra quam petrus posuit fundamentū cum diceret (tu es xp̄s filius dei viui) Super hanc enī petrā edificatur tota dei ecclesia. Item (super hanc petrā) i. sup hāc fidē z confessionē seu huius fidei et veritatis firmitatem tanqz supra fundamentū firmum (edificabo ecclesiā meā. Et porte inferi) q̄ sunt suggestiones demonum delectationes viciorum. doctrine hereticorum tormenta ac blandimenta persecutoruz ac prauorum maloꝝ opera colloquia et exempla que iter perditionis ostendunt et ad tartara ducunt (nō preualebūt aduersus eā) scz ecclesiam sic firmatā qz a fide et caritate xp̄i nō separabunt eā. Ex quo patet q̄ ecclia consistit in illis psonis in quibus est noticia et vera confessio fidei z veritatis. ¶ Deinde claues regni celorum se petro daturum dn̄s promisit sed tunc non dedit qz si statim dedisset nunqz in petro pmansisset cōfessionis de qua statim subditur. vel error negatiōis de quo in passione dr̄ locum inuenisset. Sicut aūt pro oībus apl'is petrus rn̄dit ita in eo oībus claues regni dn̄s pmisit dicēs (Et tibi) qui pre ceteris confessus es (dabo claues) i. iudicij potestatez (regni celoꝝ) i. eccl'ie pn̄tis que dicit̄ regnū celoꝝ quia ad vsum potestatis ei⁹ digne ministratū sequitur aditus vel clausio regni celoꝝ. Vn̄ beda. Claues aūt ei non modo dantur sz pmittunt̄ nec dū enī fabricate sunt sup incudē crucis nec in eo sanguiē tēperate. Ego qz earū ministerio cū in actu pfectiōis fuerint adhuc in ardētis passiōis fornace pmo latroni et homicide apertā ianuā paradisi vt et tu in eo exemplo publicanos et meretrices intrare permittas. Tu enī sup eos iudiciū exercebis qui confitebuntur culpā et expectabunt penā. Et ideo habebis ordinariā iurisditionē et iudiciariam potestatē. ad qd̄ duo requiruntur. auctoritas cognoscendi vel arbitrādi de culpa et potestas absoluendi vel etiam iudicandi. que duo sub nomine clauium tibi dabo. hec beda Claues ergo regni celorum ipam discretionem et potentiam nominat discretionem qua dignos vel indignos discernat potentiā qua liget vel soluat. Clauis quippe est potestas quedam sp̄ualis signatur aliter a deo data et infusa nō innata et acquisita. Et dicit hic glosa q̄ due sunt claues s. sciētia discernēdi ac ptās ligandi z soluendi. Vnde sciendū q̄ sicut in sole potentia liquefaciendi et indurandi vna ē in radice sed due in effectibus sic tn̄ vna est clauis in radice sed due in effectibus Clauis enim dicitur ptās iudicandi in foro animarū non corporū ptās autē iudicandi ex duobus integratur. ex potestate discernendi in cause examinatione et ptāte diffiniendi in cause determinatione per sententiā condemnatoriā vel absolutoriā. Prima ptās dicitur hic scientia nō vt est habitus cognitionis sz auctoritas et potestas discernendi et iudicandi per sciētiam prehabitam. alia dicitur potentia admittendi ad regnum vel excludendi scd̄m verum iudicium prehabitū. quia debent indigni excludi et digni recipi. Vn̄ bernar. Petrus claues accepit in scientia et ptāte sibi data desuper et he claues sunt potestas aperiendi et claudendi atqz inter admittendos et excludendos discretio. ¶ Deinde subiungit (Et quodcunqz ligaueris super terram) id est ipo super terrā viuente: erit ligatū et in celis: id est celestis curia approbabit et confirmabit: Et similiter: qd̄cunqz solueris super terram erit solutum et in celis: Hoc est scd̄m glo quemcūqz indignum remissione iudicaueris dum viuit indignus apud deum iudicabitur z quēcūqz soluendum iudicaueris dum viuit remissionem a deo cōsequetur. Hec autem soluendi atqz ligandi potestas nō soli petro sed et ceteris apostolis data est a domino z nō tm̄ apl'is verū etiā in episcopis z presbyteris omī eccl'ie. Ita tn̄ q̄ ptās autoritatis est in solo deo qui aperit per gratie infusionem potestas excellentie in xp̄o qui aperit per passionis meritum. potestas ministerij in prelatis ecclesie qui aperiunt per sacramentorum ministeriū. Sed ideo petrus specialiter claues regni celoꝝ z principatū iudiciarie potestatis accepit vt omnes per orbē credentes intelligant quia quicunqz ab vnitate fidei vel societate illius quolibet modo semetipsos segregant: tales nec vinculis peccatorum absolui nec ianuam regni celestis ingredi possunt. Et scd̄z glo. specialiter eam potestatem dn̄s petro concessit vt ad vnitatem nos inuitaret. Ideo enī eū principē apl'oꝝ constituit vt ecclesia vnū principaliter xp̄i haberet vicarium ad quem diuersa mēbra ecclesie recurrerent si forte inter se dissentirent. Qd̄ si diuersa capita essent in ecclesia vnitatis vinculum rumperet. Hic ergo petrus eligitur eccl'ie prelatus sz post cū aliis apl'is hanc promissam ptātem accepit vbi apostoli eēi sunt ordinati qn̄ post resurrectionem dn̄s insufflans

Crisostom'.

Crisostom'.

Beda.

Bernar.

in eos dixit. Accipite spiritumsanctum ꝛc sed pastorem oīm fidelium ꝛ aplorum principez ac suū vicariū in tota ecclesia prefecit cum ei dixit pasce oues meas. Hec predicta episcopi et prelati audiāt de munere gaudeant de potestate non superbiant. Si enim sic ligauerint vt petrus si ita soluerint vt petrus quicquid ligauerint ligatuz erit ꝛ quicqd soluerit solutū erit. Imitent ergo illū in discretiõe et iusticia quem imitari voluit in ligandi ac soluendi ptāte. Nō enim hec soli petro dicta sunt vt oēs alij se in illo quasi speculo videāt sic viuēdo sic ligando sic soluendo et a pace et concordia non recedendo. Nō presumāt quicq̄ ɔtra iusticiā ꝛ veritatē attēdentes verbū apli dicētis. Non enī possimus aliqd ɔtra veritatē sȝ ꝓ veritate.

Orige. Et fm orige sit irreprehensibilis q̄ alteꝝ ligat vel soluit vt inueniat dignus ligare vel soluere in celo. Qcūq̄ ḡ ligauerint vel soluerint in terra iuste ꝛ discrete ac vtraq̄ claue cooperante ꝛ nō errāte ꝛ ligatū ꝛ solutum erit ꝛ in celo. Si tū iniuste agit prelatus fnīa eius et si ligat quo ad ecclesiam militantē non tū q̄ ad triūphantem. Sed siue iuste siue iniuste ꝓferaꝛ sētētia pastoris timenda est ne forte culpa que non fit ex opere fiat ex elatione. Unde

Gregor. gregor. Sub magno moderamine pastores ecclesie vel soluere studeant vel ligare. Sed vtrum iuste vel iniuste obliget pastor pastoris tū sententia gregi timēda est Ne is qui subest et cum iniuste forsitan ligatur ipsam obligatione sue sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absoluere indiscrete timeat vel ligare. Is autem qui sub manu pastoris est ligari timeat iuste vel iniuste. Nec pastoris iudicium temere reprehendat ne et si iniuste ligatus est ex ipsa tumide reprehensionis superbia culpa que non erat fiat hec grego. Tunc post cōfessionē discipulorum de filio dei factā in petro dicēte tu es christus filius dei viui (Precepit iesus discipulis suis vt nemini dicerent) ꝛ reuelarent (q̄ ipse esset iesus xp̄s) vt secundū q̄ ipsi de xp̄o intellexerāt alijs nō pdicarent. Hoc precepit christus causa humilitatis qr de se nō magna sȝ humilia predicari voluit et causa non impediende sue passionis qr si predicaretur ꝛ crederet xp̄s non crucifigeret et causa non scādalizāde sue congregationis qr si primo immortalitas et magna de eo predicata fuissent et postea pusilli et adhuc infirmi in fide eum flagellari crucifigi et post multa ignominiosa morte mori vidissent scandazati de corum predicatione fuissent. Unde ista prohibitio fuit ad tps .s. vsq̄ post resurrectionem ne si ante passionē predicaretur irritaretur fides in cordibus credentium ꝓpter futurum scandalum passionis sicut ptȝ factū ī ipsis aplis. Instabit enī tps passionis tps ignominie et ostendende infirmitatis sȝ post resurrectionem habita ꝑfecta victoria mortis erat tps predicandi gloriā sue maiestatis. Qū enī cessauit causa scilȝ scandalum passionis cessa

Crisosto. uit ꝛ effectus. Unde cris. Quia si manifeste esset agnitus filius dei nemo ausus fuisset manus in eum inijcere Et neq̄ crucifixus fuisset neq̄ resurrexisset a mortuis propterea adhuc infernorum regnum esset in terra et domi-

Ista pactio est vite eterne pro labore pmissio. que quidē
vita eterna dr denarius. Primo rōne nois denarius est
a decē dicit ex eo q olim decem nūmos vsuales valebat
in quo significat preciū pro vsu et obseruātia decalogi p
missum et ideo illa vita denarius dr qr pro decalogi ob-
seruatione dat Scdo rōne figure qr in denario est figu-
ra sperica et rotunda vbi nō est inuenire principiū ⁊ finē
in quo significat vite eternitas et plena eternitatis pos-
sessio. Tertio rōne imaginis. in denario est imago regis
est scripta in quo aie ad deū notatur cōformitas plena.
imago est dei in btōs imprimit per assimilationē ad de-
um et transformationē in ipm. Quarto rōne scripture in
quo notat plena scia ⁊ cognitio veritatis q ibi erit i btis
Et vocat iste denarius diurnus. rū qr tota vita hois to
ta etiā vita pñs reputatur quasi vna dies in qua nunq̄ a
bono ope est desistendū tū qr nō nisi operāti in die grē
nō in nocte culpe reddit tū qr in die glie primo dabitur.
Et (misit eos in vineā suā) quasi ab initio misit advocā-
dum hoies ad fidē redēptoris et inuitauit ad viuendum
iuste ⁊ bene operandū (Et egressus) p maiorē manifesta
tionē (circa horā tertiā) s. a tpe noe vsqz ad abrahaz (vi-
dit) per miserationē (alios stātes in foro ociosos ⁊ illis)
etiā ad vineā inuitatis mercedem promisit fm Crisost.

Crisostom⁹.

Per foru mūdus accipit in quo cassinle iniurie. pcentio
nes diuersoꝝ negociorū difficultates semp tumultuose
et oīa venalia sunt. In isto foro aie hoim venales expo-
nunt. Mercatores duo sunt deus et diabolus. quidaz sic
ceci sunt vt vendant propriā aiam diabolo pro vili pre-
cio qr pro modica psētis vite delectatione. vt gulosi ⁊ lu
xuriosi quidā pro honoribus ⁊ gloria mūdi vt superbi ⁊
vane gloriosi. quidā pro diuitiis et bonis tpalibus vt ra
ptores et auari. Talē mercatorē fugiamus ⁊ vendamus
aias nr̄as xpo qui nos emit sanguine suo precioso. Ocio

Crisostom⁹.

sitas est debiti opis defectus. vñ scdm Criso. Pctōres
mortui sunt nō ociosi qui diabolo seruit mortuus est qui
opus dei nō operat. ociosus est q aliena tollit mortuus
est q sua nō dat ociosus est Coluisti vite mīe si das ieiu-
no si ieiunas et si ne mihi das ociosus es et sic de aliis.
(Iterū autē exiit) per ampliorē manifestationem (circa
sextā) s. ab abrahā vsqz ad moysen (et circa nonam) scz a
moyse vsqz ad xpm (et fecit silr) inuitando et mercedem
promittēdo. (Circa vndecimā vero) i. in vltimis tpib⁹
scz a tpe xpi vsqz ad finē mūdi (exiit per clariorē manife
stationē cū xpo apparuit (et iuenit alios stātes nō profi
cientes nō se humiliātes scz gentiles (et dixit illis. Quid
hic) in loco tā periculoso tā transitorio tā fetido (statis)
cū potius tñe deberetis qr vita breuis via longa virtus
debilis (tota die) cū habeatis tpis opportunitatē merce
dis securitatē et immēsitatē (ociosi) vobis nichil pficien
tes primis nō subuenietes hostibus nō resistentes ⁊ im
posterū nō prouidētes cuz multa mala docuit ociositas
Quasi dicat dñs ociosis. Cur tanto tpe pro salute vestra
negligitis laborare (Dicunt ei qr nemo nos conduxit). i.
nullus pphēta nullus doctor ad nos instruendūz venit
(dicit illis. Ite et vos) scz gentiles (in vineam meā) men
te credendo. ore pfitēdo ope laborādo. qr scdm Crisosto.

Crisostom⁹.

qui nō operat in hoc seculo nō manducat in futuro imo
dies iste est dies operationū dies q sequit est dies feriaꝝ
Et interponit hic piūctio copulatiua scz ⁊ qr gētiles iu-
deis adiūcti sunt vt vna ecclia ex ambobus fieret. Ista
parabola pncipaliter et coīter exponit fz diuersas mū
di etates vt iā visum est supra ¶ Moralit aūt pōt exponi

Moraliter.

de vocatis ad grām scdm diuersas etates hoim. et sic in
mane seu in prima hora intelligitur pueritia. i. tertia ado
lescentia in sexta iuuentus seu virilis etas. in nona senec
tus. in vndecima senium seu decrepita etas. In quibus
qui in bonis operibus laborare negligit tota die. id est
tota vita ociosus stat Ergo quolibet tpe qualibet etate
vocat deus hoies ad grām et gliam qr semp aliq ad vi-
tā bonā pducunt et a dño premiant si eni vera nūq̄ sera
erit pñia. Nota hic verbum cuiusdā hois sibi ipsi opponē
tis et dicentis Iam es in hora nona quid igitur ociaris.
Nunc es in vndecima quid igitur stas. Quam aliam ex-
pectas. Sed nec in vndecima homo dedignabitur serui
tute tua. scdm Isido. sex sunt etates hois. Prima etas
est infantia et protenditur in septem annos. Secūda est
pueritia tendens vsqz ad quartumdecimū annum. Ter-
cia est adolescentia que protenditur vsqz ad vicesimum
octauum annum. Quarta est iuuentus finiens in qnqua
gesimo anno. Quinta senioris id est grauitas que est de-
clinatio iuuentutis in senectutem nondum senectus sed
iam nō iuuentus que etas a quinquagesimo anno inci-
piens in septuagesimo terminatur. Sexta est senectus
que nullo annorū tpe determinato finitur sed post illas
quinqz etates quantūcūqz vite est senectuti deputatur.
Senium autē est pars vltima senectutis dicta q sit ter-
minus sexte etatis. Septima vero est in quiete aīarum
vsqz ad diem iudicij Et tunc in resurrectione erit octa-
ua etas. (Cum sero factum esset) i. cū finito opere finis
mundi vel vite huius aduenit. vbi fm Crisosto. Consi-

Crisosto.

dera q non mane immo sero reddit mercedem quia solū
remunerat perseuerantē operariū et fidelem (dicit dñs
vinee) i. deus pater qui dñs est (procuratori suo) scz xpo
pater eni omnia dedit in manus ei⁹ (Voca operarios)
et nō ociosos ante tribunal (et redde illis mercedē) scilz
eternam. voca inquā eos de labore ad requiem. de mero
re ad iocunditatem de bello ad pacem (incipiens a no-
uissimis vsqz ad pmos) Denarius datur primo nouissi

Augusti.

mis. qr scdm augu licet detur omnibus simul. illi tamen
qui post vnam horā vel paucas ipm recipiunt dicuntur
prius recipere q̄ illi qui post multas horas expectaue-

Crisosto.

runt et postea receperunt. Et scdm Crisosto. Iusticia fu
it oībus reddere sed nouissimis primo hoc non fuit iusti
cie contrariū sed mīe ostensiuū dū tamen aliis reddatur
vnde scdm eundē vt ostendat deus inestimabilē miseri-
cordiam suam. Primum nouissimis reddit mercedem
postea primis nimis eni misericordia ordinē nō aspexit
Dñi ergo misericordia que in suis donis plus aspicit cor
et prefert operi et tempori supplet in nobis dāna ipius

Bernar.

operis et temporis. vñ Bern. Exaggera quantum vis
merita et extolle sudores. melior est misericordia dñi su-
per vitas ex ea saue operis et tēporis damna michi re-
sartio. Et sic ex pcepto patrisfamilias acceperūt nouissi
mi et similiter primi singulos denarios id est singula pre
mia iuxta conuentionē scz eternitatem seu vitam eternā

Augusti.

scdm augu. iste vnus denari⁹ qui omnibus datur est vna
vita eterna que ab omnibus percipietur que equalis erit
omnibus nulli longior nulli breuior quia in eo non viuit
vnus alio minus seu prolixius meritorum tamē diuersi
tate fulgebunt alij magis alij minus. Hic ergo denarius
vnus est in se multiplex pter differentiā accipientiū qr
ibi erunt multe diuersitates meritorum (Et accipiētes
primi murmurabāt aduersus patremfamilias dicentes.
(Hi nouissimi) scz gentiles vel martyres vel in bonis fer
uentes (vna hora fecerunt) qr modico tpe labores susti-
nuerunt deuotio eni voluntatis tpis spacium breuiauit
cum merito passionis xpi (et pares illos nobis fecisti). s.
in premio (qui portauimus pondus diei et estus) Pon-
dus diei significat opus iusticie. estus vero calorē tēpta
tionū quas conflat malignitas demonū cupiditas tēpo
raliū delectationes motuū carnalium Portauimus er-
go pondus qr iusticiam seruauimus ⁊ non succubimus.
Potest dici q ista murmuratio erit admiratio de tanta
dei bonitate in sanctorū remuneratione. Ubi notādum
q duplex est murmur scz cōquestionis et admirationis.
Nūc vero sctī nō murmurāt tanq̄ de aliorū gloria con

querentes sed q̄r vidēt q̄ eos tā copiose remunerat tarde venientes: q̄ sibi longo tpe seruientes. quasi murmurare dicuntur. vel sup hoc liberalitatē et miam admirātes quia illi nouissimi. quasi p nichilo ⁊ sine labore vitā eternam videntur acquirere. vnde ⁊ petrus murmurare potuit q̄ latro citius ipso ad regnū peruenit ¶ Ubi sciendū q̄ ista retributio iusta ē q̄tuz ad precedētes: q̄r datur eis preciū conuentū. ⁊ mīa q̄tū ad sequētes: q̄r pro modico labore equalē prioribꝰ accipiūt mercedem. Nō igit iniuste agit cū primis: sed misericorditer dispensat cū vltimis. Munerat primos p iusticiā. extremos f̄m sui bonitatē. Et equale accipiūt premiū. vt ōndatur f̄m aplm. q̄ non ex operibus saluari sumus. Itaqz non quotitatē nec q̄titatē operū vel laborū: sed potius cor ⁊ caritatem attendit dn̄s in remunerando q̄r non cōsiderat q̄tum vl̄ q̄diu operatus fueris sed ex q̄to. Hinc etiā colligit q̄ sera pnīa si fuerit vera nec tollit gratiā nec diminuit. Et lz postremi equaliter remunerentur cū primis: nō tn̄ stulte differas conuerti vel bene operari vsqz ad vndecimā horam ⁊ vltimū temporis. ne tūc nimis oneratus peccatis habens cor impenitēs exonerari nō possis. vel si penitens ad multā pro peccatis satisfactionē tenearis. Si tn̄ vsqz ad vndecimuz distulisti bene viuere: nec tunc desidie sed magis q̄ prius exercitationi anime intende. Unde Tullius. Senibus labores corporis minuendi: exercitationes anime augende vident. ⁊ ita nichil magis cauendū ē senectuti ne lāguori desidieqz succumbat. ¶ Moraliter isti murmurantes figuram tenent quorūdā claustraliū: q̄ eo q̄ diutius fuerunt in claustro murmurant si eis pponantur iuniores vel parificentur. Unde docētur hic seniores claustrales non debere murmurare si videant aliquos iuniores eis equari. vel etiā in officijs preferri ⁊ plus honorari. Item datur hic documētum q̄ religiosi nō debēt facere cōparationes sui ad alios. quasi ipsi plus seruiāt deo q̄ seculares q̄r sepe videmꝰ q̄ quidā seculariū equātur meritis quorūdā religiosoꝝ. vel etiam eos excedūt p meritum. (At ille rn̄dens vni eoꝝ dixit) quod aūt vni dixit oībus dixit. Uel vni. quia vna ⁊ equalis erat oībꝰ occasio murmurandi (Amice: nō facio tibi iniuriam) q̄r iniuria nō habet locum vbi est mera gratia. et ideo si facit et dat gratiā vni: nō facit iniuriā alteri. (Nōne ex denario) et pro mercede (cōuenisti mecuz) a principio. (Tolle qḋ tuum est) .q.d. paratus sū tibi reddere mercedē tuam (et vade) intra in gaudiū dn̄i tui (An nō licet michi qḋ volo facere) .q.d. sic. quia volūtas dei nullo modo distorta esse potest. vnde signāter dicit qḋ volo. q̄r .n. vult ideo licituz nos q̄r licitū iḋ volumus. Et vt nō solum licita: sed etiaz benignitate plena ōndatur voluntas diuina: addit. (An oculus tuus) .i. cōsideratio tua (nequā ē) et inequalis (q̄r ego bonus sū) .s. ex natura bonitatis mee abūdāter cōmunicās. vn̄ dicit nequā nō propter culpā: sed pp̄ter cōsiderationis inequalitatē. q̄r ista admiratio pcedit ex cōparatiōe diuine iusticie magis q̄ eiꝰ mie infinite. vbi greg. Stulta est q̄stio hoīs cō dei bonitatē. Cōquerēdum q̄dē eēt si nō daret qḋ deberet: nō si dat qḋ nō dz. vn̄ ⁊ Criso. De eius dato nemo iuste murmurat qui amplꝰ dat q̄ hō desiderat. ¶ Ultimo cōcludens parabolā dicit. (Sic) scz vt ostēsum ē (erunt nouissimi primi ⁊ primi nouissimi) vt nulla sit differentia tpis clausa. Sepe .n. illi qui ad pniam tarde venisūt: citiꝰ remunerātur q̄ illi q̄ tēpestiue venisūt: q̄r citius de corpore exeūt vel sepe illi q̄ tarde ad pniam venisūt tpe pcedūt alios in feruore sicut in itinere cōsueuit. vt qui tardiꝰ exierit velocitate morā cōpensat. vel illi q̄ sunt nouissimi i oculis suis sūt primi i oculis dei vel illi q̄ nouissimi iudicio hoīm sepe sūt primi iudicio dei: q̄r deꝰ nō cōsiderat exteriora hoīs: sed iteriora cordis. Quāuis sūt audieris in parabola oēs accepisse singulos denarios: nō tn̄ putes oēs ad fidem vocatos vitā eternā accepturos. Uñ additur suia valde metuēda. (Multi .n.) de primis de tertijs: sextis: nonis: et nouissimis (sūt vocati) scz ad fidem ⁊ meritum. sed de his oībus (pauci sūt electi) ad beatitudinis pmissz regnum. Multi sunt de eccl'ia militante: q̄ nō erūt de ecclesia triumphāte. In quo paucos ōndit esse eos qui saluātur ad cōparatiōnē eoꝝ qui p singulas horas vocātur. q̄r scḋm Greg. ad fidē plures veniunt. plures eccl'ie parietes iplent: sed ad celeste regnū pauci perducunt. Hoc figuratur de filijs israel: quoꝝ mlti ad terram pmissionis fuerunt vocati: sed pauci ad intrandū fuerunt electi. Et similiter de gedeone. q̄ plures ad bellandū vocauit: sed paucos elegit quos secuz duxit q̄r lata ē via et spaciosa porta que ducit ad perditionem. ⁊ multi sūt qui intrāt per eā: sed arcta ē via ⁊ angusta porta q̄ ducit ad vitā ⁊ pauci sūt q̄ intrant p eā. ¶ Dupliciter autē vocat nos deus. In pn̄ti ad laborē: in futuro ad requiem. vn̄ necesse est vt quicūqz futurā remunerationē desiderat: p̄sitez nō refugiat laborē: q̄r illi q̄ pro deo fideliter suscipiūt laborē: feliciter peruenient ad remunerationem q̄n audiūt deū dicentē. Uenite ad me oēs q̄ laboratis et onerati estis: et ego reficiā vos. Et tāto maiorē remunerationē accipiēt: q̄to maiorē laborē sustinēt: q̄r teste apostolo. Unusq̄sqz mercedē scḋm laborē suū accipiet. Oēs ergo qui vocati sumus nouimꝰ. vtrum vero electi adhuc ignoramꝰ. Et iḋ tāto sollicitiores eē debemꝰ i bono opere q̄to inexcusabiles nos esse scimus de vocatiōe. vn̄ greg. Duo ergo sunt q̄ sollicite pēsare debemꝰ. Primū ē vt de se quisqz minime p̄sumat: q̄r ⁊ si iā ad fidē vocatꝰ sit. vtrū perhēni regno dignus sit nescit. Secundū vero ē vt vnusquisqz primus quē iacere fortasse i vicijs cōspicit: desperare nō audeat q̄r diuine mie diuitias ignorat. Quid .n. sit hodie aspicimꝰ: sed q̄d cras futurꝰ sit vnusq̄sqz nescimꝰ. Plerumqz ⁊ q̄ post nos venire cernit: p agilitatē nos boni operis anteçedit. Et vix eū cras sequimur: quē hodie preire videbamꝰ. vn̄ et Criso. hec parabola posita ē: vt qui tarde cōuertunt nō desperēt: sed audiores fiāt. q̄m i hac vita nō ē ita sera pnīa: qui si corde pfecto fiat possit tanto feruore procedere vt mereat multis prioribꝰ nō sic feruētibus i premio anteferri. hec Criso. Nullus ergo desperationi nullus locꝰ restat excusationi. q̄ dē in oī etate ⁊ i oī hora peccator suscipit. peccator .n. q̄cūqz hora cōuersus fuerit ⁊ ingemuerit: vita viuet ⁊ nō morietur. Et q̄r incerta ē in oībus etatibꝰ cuilibet hora vocatiōis sue paratꝰ vnusquisqz debet eē i bona opatione. vt sicut icertꝰ ē exitꝰ: sic certus sit in bono opere animꝰ. ne forte si quando pt nō vult bonū operari: tunc incipiet velle q̄n non erit posse. Debemꝰ ergo oī die sic viuere tanq̄ illa die morituri vt sic residuum tpis nr̄i possimꝰ expectare securi. vn̄ seneca. Sic ordinādus est dies oīs tanq̄ cogat agonē atqz expleat vitā. Ille beatissimꝰ et securus sui possessor est qui crastinum sine sollicitudine expectat. Inter cetera mala hoc habet stulticia propriuz q̄ sp̄ icipit viuere. Quid est turpius q̄ senex viuere incipiēs. Cōsidera q̄ pulera res sit cōsūmare vitā ante mortē. Deinde expectare secure reliquā sui tpis partē. Nullus enim vita in crastinum spectat. Non enim viuunt: sed victuri oīa differunt. hec seneca. Multum q̄ppe iuuat ad vincēdā delectationē peccati recordatio mortis ⁊ finis nostri. vn̄ sapiens. In oībus operibus tuis memorare nouissima tua: et in eternū non peccabis. Et grego. Nil tantuz ad domādum desiderio tum carnalium appetitum valet: q̄tum et vnusq̄sqz mortem penset. Et bernar. Saluberrimum est remedium redeundi ad dūm habere pre oculis mortem. Multuz etiā iuuat nos desides ⁊ pigros: sed iesum et studiosos aspicere si volumus nō desides fieri ⁊ pigritari: sz feruere potius et proficere. inde enim exempla et bona multa potetimus reportare.

Moral. — *Grego.* — *Crisost.* — *Gregorius.* — *Gregorius.* — *Crisostom⁹.* — *Seneca* — *Bernardus*

Oratio.

D Omine iesu xp̄e sū me paterfamilias: tu me primo mane in vineā tuā duxisti dum me a iuuētute mea ad fidē et tuum seruitium misericorditer vocasti et ad laborandum p denario vite eterne mecum conuenisti: sed ego miser tota die vite mee ociosus steti

y

et negligenter viuendo debitum meuz nõ feci. Dñe qr bonus es et misericors: fac me saltem in vndecima hora respicere et dignos fructus penitẽtie facere: vt apud te mercedem quantulãcunqz merear inuenire. Amen.

¶ De villico iniquitatis. Capitulum xv.

Einde ponit para

Luce. xvi.

bolam scd̃m rẽ gestã de villico iniquitatis diffamato apud dñm suum ex dissipatiõe bonorũ suorum qr ea inutiliter ĩ illicitis cõsumpserat ꝛ superfluis nõ timẽs offendere dñm suum. Que parabola sicut ꝛ predicta spẽaliter pertinebat ad discipulos: qr officium villicatiõis ꝛ periculum reddẽde rõnis maxime ptinet ad platos. Est enĩ villicus ꝓprie gubernator ꝛ custos ville: sed hic accipitur ꝓ yconomo i. ꝓcuratore ꝛ dispẽsatore. qui scꝫ vniuersam substãtiam domus dispẽsat yconom⁹ enim tam pecunie q̃ȝ frugum ꝛ oĩm que dñs possidet dispẽsatorẽ signat. Hic timẽs amoueri ab officio et egere: clam fecit miam cũ debitorib⁹ dñi sui vt cũ amoueretur reciperẽt eũ in domos suas memores sui beneficij. Et iõ dicit q(hõ quidã erat diues q habebat villicũ) et infra. ꝛ in fine applicat parabolã ad ꝓpositũ dicẽs (ꝛ ego vobis dico) ꝛc. Sic̃ enĩ (hõ quidã) i. ipse deus ꝓ nobis humanatus diues: qr gloria ꝛ diuitie ĩ domo ei⁹ (hꝫ villicũ) i. dispensatorem: cui tradidit bona ad dispẽsandũ. Huius ergo dñi scꝫ xp̃i tripler est villicus s. in spũalib⁹ platus. ĩ tpalibus pñceps terrenus i vtrisqꝫ qlibet xp̃ian⁹. Quilibet enĩ hõ est villicus dei cui tripler villa cõmissa est gubernãda. qui fruct⁹ cuiuslibet ville prudenter debet dispensare. Prima villa ẽ mundus iste: cui⁹ fruct⁹ sunt bona tpalia. que quilibet custodire debet: ne mali rapiant. ꝛ vt sibi cõmissa seruis dñi sui distribuat. Secũda villa est corp⁹ ꝓprium quod ẽ custodiendũ: ne quãdo ingrediat mors ad aĩam per portas sensuũ. Bona etiam ipsius corporis vt sanitas fortitudo ꝛc. ad dei seruitiũ ꝛ honorẽ sunt dispensanda. Tertia villa ẽ aĩa que a prauis cogitationib⁹ ẽ custodienda. cuius oẽs virtutes debẽt distribui ad cognitionẽ ꝛ honorem ꝛ amorez dei. (Et hic) s. tripler ꝑdict⁹ villicus (diffamat⁹ est apud illũ) s deũ: qr nichil latet eũ (quasi dissipasset bona ipi⁹) male erogando s res tpales in illicitis ꝛ supfluis expendendo corp⁹ suum voluptatibus dando aĩam immũdis cogitationibus implendo. Et bene dicit ipsius qr bona nostra dei sunt auctoritate sed nostra sunt vtilitate. Fit autem hic diffamatio vel accusatio remorsu consciẽtiaꝝ vel euidentia operũ vel per ãgelos qui nobis ministrant: ꝛ omĩa opera nostra deo renũciant (Et vocauit illum) s. inspirationib⁹ interiorib⁹ ꝑdicationib⁹ exterioribus. euidentib⁹ bñficijs. multiplicibus flagellis. ꝛ incutiendo timorẽ eterne dãnationis (et ait illi) eum ante mortẽ corripiendo ꝛ mouendo (Quid hoc audio de te) bonorũ dispẽsatore. (Redde rationem villicationis tue) et dũ viuis cogita qualiter debes operari. Oportet enĩ reddere rationẽ aut in vita aut post mortem. Jam enĩ vltra s. a tpe mortis tue nõ poteris villicare: nec quicq̃ȝ boni agere. Tũc enĩ non poterit quis deo satisfacere de rebus ꝑ elemosynas nec de corpore ꝑ ieiunia: nec de aĩa per orationes. ¶ Tria verba dicit hic xp̃s peccatori magne angustie et anxietatis q̃ si cõtinue insonarent auribus nostris: nullomõ peccarem⁹. Primũ ẽ rigide reprehẽsionis cũ dicitur (Quid hoc audio de te) sic ditato gratiarũ munerib⁹ sic preuẽto bñdictionibus dissipatore rerũ mearum tibi cõmissarũ (Quid hoc audio) clamorẽ de terra resonantẽ tã horribilia scelera: tã antiq̃ vicia qui tãta bona dissipasti: qr tpalia male expendisti. corpus inquinasti ꝛ aĩam peccatis inueterasti. Secundũ verbũ est anxii timoris cum subditur (Redde rationem villicatiõis tue.) O verbũ strictũ o verbũ anxiũ o verbũ durũ. discussionis districte tũc faciende. qñ exigetur a nobis ratio de occultis cordium cogitationib⁹. de ociosis sermonibus de nostris operibus tunc aperti erunt libri celestes. tunc apertus erit liber cõscientie i quo leget memoria quicquid homo cogitauit dixit et fecit. tũc examinabuntur omnia ꝛ tunc discutietur de tota vita nr̃a. Tertium verbum est amari doloris cũ additur (Jam nõ poteris villicare.) In futura enĩ vita tollitur oĩs villicatio hominum ita vt vlterius nec bene nec male possit operari. Magnus igitur ẽ dolor anime quando proximante hora mortis audit sibi dici q vlteri⁹ non possit villicare. Puto q totum mũdũ daret vt sibi cõcederet spaciũ vnius hore quo peniteret: ꝛ aliquid boni ageret: sed nõ dat. quia tẽpus illud est reddẽde rationis exercende villicationis. Audiamus ergo hec tria verba seueri iudicis. ꝛ ante iudiciũ placem⁹ eũ ꝛ non pereamus. ¶ Timens autez villicus de vocatione in morte vel in iudicio et reddẽda ratione (ait intra se) in sua cogitatiõe. Intra se loqtur qui nullũ amicuz inuenit cum q̃ ꝯsiliari possit (Quid faciã qr dñs aufert a me villicationẽ) i. oĩm villarum ꝑdictarum custodiã s. tã rerũ q̃ȝ corporis ꝛ aĩe et hoc erit in morte. Sepe enĩ cõtingit q tales timore mortis ducũtur ad penitentiã. ꝛ ad cogitandũ de vita futura. Sic sꝫ cogitare debet peccator sm̃ iob. Quid faciã cum surrexerit de⁹ ad iudicium. ꝛ cũ quesierit quid respõdebo illi. Nõ ait q̃d dicam: sed quid faciã. qr apud strictum iudicẽ nõ excusant verba suasoria: sed facta meritoria (Fodere) ꝑ pniaz (nõ valeo) i. ꝓprio labore ꝛ pnia nõ possum de pctis satisfacere et ad vitã beatã venire (mẽdicare) per orõnẽ (erubesco) q verecundum dꝫ eẽ hui⁹ mundi diuitib⁹ petere suffragia spũalia: et nõ reprehendere i tpalibus. In alia vita aĩa non potest operari opera q̃bus adiuuetur ad gl'iam.

Criso.

Unde criso. Uita pñs habet exercitiũ mãdatorum. futura vero solatiũ. Si nichil operatus es hic: frustra i futuro speras. Item nec bona ipsa põt ab aliis mẽdicãdo impetrare: qr non dabitur ei. Huius signũ sunt virgines fatue: que petentes oleũ a prudentib⁹ sunt expulse: sed nec diues epulo mendicans guttam aque meruit recipere. (Scio quid faciã) qr s. anteq̃ȝ tollat ꝑ sniam mortis villicatione debita relaxabo debitorib⁹ dñi mei ꝛ distribuã eis de facultatibus ipsius (vt cũ amotus fuero a villicatione) s. in morte. recipiant me in domos suas i. ꝑ eorꝫ merita ꝛ suffragia recipiar in vita beata: ne cogar fodere aut mendicare frustra. Et i domos plur aliter propter diuersitatem premiorũ: qr ibi mansiones multe sunt. In has domos nullus potest ingredi nisi per ostiũ mie vel spũalis vel corporalis. In cuius signũ salomõ in ingressu facta sanctorum fecit duo ostiola de lignis oliuarum: per oleũ enĩ mia designatur. Nota q mansiones celestes sũt pauperũ: quia illis date sunt pauperum enĩ spiritu est regnum celorum. Unde si diuites illud habere volunt oꝫ vt a pauperibus emant. Diuites enim habent domos in terra: paupes in celo. libenter ergo diuites recipiãt pauperes in domos suas in terra. vt a pauperibus recipiantur in celo. vnde augu. Prebe terram ꝛ accipe celũ. Ubi cõsiderandum ẽ q vt supra dictũ est: tres ville ꝯmisse sũt homini. s. mundus corpus et aĩa. quorꝫ fructus debet dispensare ad honorem dei. Corpus nãqꝫ suum debet distribuere ieiuniis vigiliis ꝛ ceteris laboribus pro deo assumptis. et tunc sanitas: fortitudo: pulchritudo que sũt bona corporis optime erunt dispensata. Si vero corporis labores sustinere non possit dicens cũ hoc villico (fodere non valeo) saltem bona anime que sunt amor: cognitio et memoria ita distribuat orando meditando de lege domini. et cunctos etiam inimicos amando vt orationibus sibi recompensetur: quod laboribus efficere nõ potuit. Et si rursus orare erubescit: vtpote qui nescit. dicens quemadmodum et hic villicus dicebat (mendicare erubesco) qui enim orat mendicat: qr suffragium petit tunc certe nõ restat: nisi vt prouideat sibi taliter d bonis terre ville dñi s. de bonis tpalibus elemosynas largiendo. q talis dispensatio omnẽ defectum excuset corporis ꝛ

ase. Jeiuniũ eñ quod distribuit bona corporis ⁊ orõ que diis iouit bona an. atq; elemosina q̃ distribuit bona mũdi. fiũt opera quibus habet̃ vita eterna (Conuocatis itaq; singulis) scʒ̃ orum his ad illis (debitorib᷒ dñi sui) q̃ religiosi et pauperes q̃ tũcũq; iusti sunt debitores dei: fecit circa eos iuxta de bonis t̃palibus sibi traditis ad dispẽsandum dans ipsis oleum ⁊ triticum. oleũ q̃ppe cõpassiõis et triticũ subuentionis. Ad hoc ergo tendit ista parabola. vt sicut dedit de bonis dñi oleum ⁊ triticũ: sic ⁊ nos demus pauperibus de bonis a deo nobis traditis. oleũ cõpassionis īterioris ⁊ triticum subuẽtionis exterioris: q̃ bonoꝝ nobis datoꝝ nõ dñi: sed tñ dispensatores sumus. In hoc autẽ q̃ plus dedit de oleo q̃ de tritico: significat q̃ plus debemus cõpati affectu q̃ possimus subuenire effectu. (Et laudauit dñs villicũ) nõ dñs oĩm (villicum iniquitatis) i. villicum iniquũ nõ q̃ aduersus eum fraudulẽter: sed pro se prudenter. s̃m prudẽtiã huius seculi. nõ tamen bene vel meritorie egisset. nõ eñ laudauit eum de fraude quã fecit: sed de prudẽtia ⁊ ingenio: quo sibi in futurum prospexit. est nãq; prudẽtia quedã sibi imposterum pūidẽtia. Sic diuites huius mundi nõ sunt laudabiles de deceptione in illicitis actib᷒. sed de hoc q̃ prudenter se cõuertunt ad distribuendũ bona in pijs operibus: vt per hoc prouideãt sibi in futurũ. q̃ s̃m ambro. sola misericordia ẽ comes defunctoꝝ. Cui etiã prudẽtissime. nõ solũ dñs villici: sed etiã dñs oĩm applaudere videt̃ subiũgens ad q̃ild hanc similitudinẽ dederit. (Quia) inq̃t (filii huius seculi) ⁊ tenebrarũ. i. hoĩes t̃palib᷒ intẽti ⁊ amatores mũdi (prudẽtiores sunt filijs lucis in gñatione sua carnali i. in secularibus ad q̃ videtur geniti. i. magis astuti ⁊ strenui sunt i carnalib᷒ ⁊ t̃palib᷒ negocijs agendis q̃ filij lucis et vite eterne i. hoĩes sp̃ualib᷒ deputati ⁊ amatores celestium sint i sp̃ualib᷒ negocijs exercẽdis. Prudentiores sunt illi i malo q̃ isti in bono. Uix eñ inueniũtur aliqui qui tantã prudẽtiã ⁊ curam habent in acq̃rendis bonis eternis ⁊ permanẽtibus quãtã calliditatem ⁊ sollicitudinẽ isti hñt in acquirendis bonis t̃palibus ⁊ fugitiuis. Pro his eñi die noctuq; vigilãt angustiantur. laborant ⁊ modis oĩbus tales diuitias coaceruare nõ cessant. Sicut bubo ⁊ catus clarius vident de nocte q̃ homo nõ ad legẽdum litteras: sed ad capiendũ mures. sic filij seculi acutius vidẽt q̃ filij lucis nõ ad sciendũ legem dei: sed ad acquirẽdum bona mundi. Audiant hec filij lucis: ⁊ a filijs tenebrarum i. hui᷒ seculi vinci erubescãt. Nõ eñi hec scripta sunt: vt audiendo prudẽtiores fiãt. nõ autem vt iniquitatis villicũ imitando fraudẽ vel iniusticiã in aliquo agant. vbi beda. Audiant sapiẽtes huius seculi. vt stultã sapiẽtiã deserere: ⁊ sapiẽtẽ dei stulticiã discere ant q̃ et eoꝝ sapiam diuina equitas estimauerit q̃s non vere prudẽtes: sed in gñatione sua prudẽtes ẽẽ cõmemorat. Iuxta hoc q̃ alibi dicit. ve qui sapientes estis i oculis vestris ⁊ coram vobismetipsis prudẽtes. Necnon et amatores vite eterne filios lucis appellando non aliud eos qui sapientes sunt vt mala faciant. bene autẽ facere nescierunt q̃ filios esse tenebrarũ arguit. filij aũt lucis ⁊ filij huius seculi vocantur. q̃uo filij regni et filij perditionis. cui᷒ enim q̃sq; agit opera ei᷒ cognomiatur et filius. Hec beda. Sed heu nos (vt ait hierony.) feruẽtissimi sumus in terrenis: frigidissimi i celestibus. et sum in ã i reb᷒ paruis exhibeamus alacritatem ad maiora tepescim᷒ celerem habitute finem res sine fine queritur. celestes diuitias imortales honores pigra quadam dissimulatione negligimus hec hiero. ¶ Ubi notandũ q̃ quedã ẽ sapiẽtia nocius ⁊ ista est carnalis: quã habent auari in acquirẽdo diuitias. superbi i acq̃rendo honores luxuriosi in acquirendo delitias. Unñ iacob᷒. Nõ est ista sapientia desursũ descẽdens. sʒ terrena q̃ ad auaros. aĩalis quo ad luxuriosos. dyabolica quo ad superbos. Quãtum autem ad istã sapientiã: verũ est q̃ filij huius seculi sunt prudentiores filijs lucis. q̃ filij lucis eã aspernant̃ ⁊ fugiunt. Secunda sapientia est superflua: q̃ est de ĩpertinentib᷒ ad salutem. Ista sapia est mundana ⁊ secularis siue sit philosophica et methaphisica siue scientia legũ ⁊ decretaliũ. q̃ p̄ranto dicuntur sup̄flue: q̃ sine illis põt salus esse. Quãtũ etiam ad istam sapiam filij seculi sunt sepe prudentiores q̃ filij lucis: q̃ viri sp̃uales parum curãt de talibus scientiis. Tertia sapia est necessaria que est de expedientib᷒ ad salutem. et ista sapia diuina: que consistit in vera dei et boni cognitione. Quantũ aũt ad istã sapiam: filij lucis sunt prudentiores q̃ filij huius seculi imo in rebus diuinis filij seculi videntur esse stulti filij aũt lucis sunt valde sapientes et prouidi. Qui autem sunt filij seculi: nõ apparet manifeste: sed tñ põt de hoc aliqua cõiectura hñi. Una ẽ q̃ cõiter filius hʒ inclinationẽ ad artificiũ patris: ⁊ ideo q̃ psona tota ẽ mũdana ⁊ ad negocia mundi iclinata signum est q̃ ptinet ad filios seculi. Secunda cõiectura est q̃ filius assumit arma patris. sic p̄sona que in se p̄sa assumit arma mundi q̃ sũt sup̄bia: auaritia: gula: luxuria: hec videtur ptinere ad gñationẽ mundi. Filij aũt lucis similiter cognoscunt̃ duplici cõiectura. Prima ẽ q̃ persona cũ oĩ deuotione sustinet visitationem dei: qua visitat̃ per flagella. vel alio quocũq; modo ⁊ q̃ nõ permittit aliq̃d in corde suo quod ẽ cõtrarium deo signũ est q̃ est filius dei. Secunde cõiectura est q̃ cõiter pulli auiũ comedũt libenter cibũ quo cõsueuerũt vti parentes eoꝝ ⁊ i ip̃o potissime delectãtur. sic q̃ hõ libenter degustat celestia que fuerũt cibus xp̄i ⁊ ei sapiunt talia: ac cõtinue conat̃ qualiter ipleat voluntatem diuinã: iste est proprie filius dei. ¶ Deinde quasi a minore infert cõcludendo propositũ. Et ego vobis dico. Facite vobis i. ad vestrã vtilitatẽ: amicos de mãmona iniquitatis i. de t̃palib᷒ diuitijs sʒ nõ eo modo quo fecit villic᷒ iniq̃tatis. non defraudendo aliena: sʒ largiendo vestra. vt cum defeceritis meritis proprijs ⁊ p̄ri tiuita recipiãt vos in eterna tabernacula. i. per sua merita ⁊ suffragia: ĩpetrent apud deũ vos finaliter recipi ĩ vita beata. Ad hec tabernacula p̄pheta suspirans ait. q̃ dilecta tabernacula tua. q. d. dñs. Si ubi ĩ futurũ etiã meũ dolo ⁊ fraudulenter prudens laudat̃: multo magis laudandi eritis si sine dolo ⁊ legitime vobis prouideritis. Ubi greg. Si nos eoꝝ i pauperũ amicitijs eterna tabernacula acquirimus dantes pensare debem᷒: q̃ patronis potius offerimus mũera q̃ egenis bona largimur. Mãmona mammone lingua syra diuitie dicitur ⁊ mammõ mammonis sathanas qui opib᷒ seducit appellat̃. Et est aduertendũ q̃ non dicunt̃ hic diuitie iniq̃tatis: q̃ iniq̃ue et de malo acquisite de illis eñi non p̄cepit dñs fieri elemosynã. cum nun q̃ bonus vsus sufficiet male acquisita et io talia sunt restituenda: non i elemosynis dãda. Põt tñ de diuitijs iniq̃ affectu vel actu male acq̃sitis fieri elemosyna. vt de acquisitis p̄ meretriciũ: vel lenocinũ: vel diebus festiuis laborãdo vel huiusmodi. Si vero diuitie non de malo sunt acq̃site: nichilominus dicunt̃ mãmona iniquitatis plurib᷒ de causis. Primo q̃ non sunt vere diuitie nec fuãt q̃ p̄mittunt: sʒ false q̃ fallunt ⁊ decipiũt. Promittunt eñi securitatem ⁊ dãt timorem satietatem ⁊ dãt esuriem. stabilitatẽ: ⁊ dãt subitã defectionẽ. Scdo q̃ illi qui in eis confidunt ac fidem ⁊ spem i eis p̄stituunt. Tertio q̃ iniq᷒ mãmon preest eis qui temptat hoĩes cupiditate vt seruiãt auaritie: q̃ est ydoloꝝ seruit᷒ ⁊ sepe faciunt hoĩes iniq̃ vt sic desiderent amplius. Quarto q̃ sũt multaꝝ iniquitatũ materia. p̄p̄t diuitias eñi multa p̄mittunt̃ iniqua: ⁊ expenduntur i multis illicitis et sup̄fluis. Quinto q̃ vt plurimũ acquirunt̃ iniq̃ i plurib᷒ eñi p̄decessorib᷒ necesse ẽ aliquẽ reperiri qui iniuste vsurpauerit aliena. vnde vulgata cõmuni dicitur sñia. Oĩs diues aut iniqu᷒ est aut heres iniqui. Sexto dicitur mãmona iniquitatis i ineq̃litatis. q̃ ineq̃liter possidentur. nã vn᷒ habet ad superabũdantiã: ali᷒ ad sufficiẽtiã: ali᷒ ad necessitatẽ extremã: ali᷒ ad totalẽ penuriã. Septimo q̃ iniq̃ retinentur q̃ enim vltra necessaria vite retinetur. nec proximi

necessitatib⁹ erogat pecunia ē iniquitatis. s. quia equitatē ī ea enī nō seruam⁹ equitatē quā primo debem⁹: quē sic nos diligere iubemur. Pauperes ergo recipiēt nos ī suas domos celestes si nos eos receperim⁹ ī suas domos terrestres. vñ aug. Oīa bona sua dedit deus duob⁹ hoīb⁹. diuitibus terrena: pauperib⁹ celestia. Sed de⁹ volens vtrūqz saluare: cōstituit vt hic diuites ī sua hereditate recipiant pauperes: et pauperes in sua hereditate eos collocent. ꝛ vterqz p alium collocet. hec aug. Et si non omēs pauperes possūt nos recipere ī domos celestes: tñ qꝛ largimur his recipiem⁹ ab angelis ꝛ sctīs: qꝛ largiēdo pauperib⁹ angeloꝝ nob ceteroꝝqz scōꝝ grām cōpam⁹ ꝛ quis bonū sit eligere pauperes bonos ꝛ alijs preferre ī datiōe elẏme tñ q dat indigenti petēti nō qꝛ peccator sꝫ qꝛ hō ē nō peccatorē nutrit sed iustū qꝛ culpā nō diligit sꝫ naturam. Qui aūt elẏmā accepturus ē attendat bene si indiget alioqui nō accipiat ne rapinā pmittat vnde hierony. Monache si eges ꝛ accipis das potius q̄ accipias. Si aūt nō eges et accipis rapis. Porro non indiget monachus si habeat quod nature sufficit. Et hanc sufficientiā apl's certa diffinitione describit hñtes inquit alimēta et quibus tegamur his cōtenti simus. Unde ī collatiōe abbatis abrahe nouerīs aūt te ex hoc nō leui affici detrimēto: qꝛ cum sis sani corporis ac robusti stipe sustentaris aliena. que iuste solis est debilibus attributa. Mie ergo operibus insistam⁹: qꝛ multa bona ꝛ in vita et in morte nobis inde cōparam⁹. vñ hiero. Nō memini me legisse male mortuū qui libēter exercuit opa pietatis. hꝫ enī multos intercessores et īpossibile ē multoꝝ preces nō exaudiri. vñ et leo papa. Quicqd in cibos pauperū ī curationes debiliū: in precia captiuoꝝ: ꝛ in quelibet opera pietatis impēditur. nō minuit sed auget. Nec vnq̄ apud deū perire poterit qd fidelis benignitas erogauerit dū qd cuiqz tribuit. id sibi apud ꝑmiū recundit. Beati eī misericordes qm̄ ipsoꝝ miserebit de⁹. Nec delictoꝝ memoria erit vbi testimoniū pietatis affuerit hec leo papa. Religiosus vero ꝛ qui nō hꝫ vnde possit elemosynā dare materialē: nichilominus ex corde pōt facere elemosynā deo valde gratam vꝫ ad hoc volūtatē hñdo seu etiā illatas sibi iniurias ꝑximo indulgēdo. vel aduersitati aliene ex corde cōpatiēdo. ¶ Igit o monache: o clerice: o laice: duꝫ viuis cogita qualiter debeas operari vt scias ꝛ habeas qd in iudicio possis rñdere. vbi audies redde rōnē villicationis tue. Uillici enī sum⁹ nō diuiteꝝ tpaliū ꝛ spūaliū nobis ad necessarios hui⁹ ꝑximoꝝ cōmissarū. Et si eas ꝑximis nō distribuim⁹: aliena retinem⁹. vñ Criso. Opinio quedā erronea aggenerata mortalib⁹ auget crimina. minuit bōa. Ea vero ē opinari q ea q̄cūqz possidem⁹ ī vsu vite possidem⁹ vt dñi. Et iō etiā opoꝛtune ea apphēdim⁹: tanq̄ bona ꝑcipua. Sed cōtrariū ē. Nō. n. nos vt dñi in vita psnt collocati sum⁹ ī ppa domo: sed tanq̄ hospites ꝛ aduene quo nolum⁹ ducimur ꝛ quoquo nō putam⁹. ꝛ q nūc locuples ē in breui fit mēdicus. Ergo q̄cūqz sis nouerīs te eē dispēsatorē alienoꝝ: ꝛ transitorij vsus ꝛ breuis tibi iura cōcessa sūt. Abiecto ergo ab aīa dominij fastu sumas humilitatē et modestiā villici hec Criso. Attende ꝛ aliō qd tibi dicetur iā eī nō poteris villicare et opari. vñ Criso. Quotidie talia pfecer⁹ nobis exclamat deus: ostēdēs nobis feruētez ī meridie sospitatē priusq̄ aduesperascat exanimē: talliter prādia expirātē ꝛ diuersimode ab hac villicatione discedim⁹. Sed fidelis dispēsator q de ppria dispēsatiōe cōfidit desiderat cū paulo dissolui ꝛ esse cum xp̄o. Is aūt cui⁹ sūt vota terrena auxiatur ī exitu. hec criso. Cogita etiā q tunc fodere nō valebis ꝛ mēdicare erit cōfusionis vñ beda. Ablata quippe villicatione fodere nō valem⁹: qꝛ finita hac vita in q tm̄ licet opari nequaq̄ vltra bone cōuersationis fructum ligone deuote cōpunctionis licet inquirere. Mēdicare confusionis ē illo ꝑ pessimo genere mēdicādi quo virgines ille fatue mēdicasse feruntur ꝛ de quo salomō ait. propter frig⁹ piger arare noluit mēdicabit ergo egestate et nō dabitur ei. Hec beda. Ut aūt idē dicit beda si hi q prebēt elemosinā de iniquo māmona faciūt sibi amicos a quib⁹ ī eterna tabernacula recipiātur. q̄to magis hi q spūales largiūtur epulas: q dant cōseruis cibaria in tp̄e suo. certissime debent spe sūme retributionis erigi. ¶ Postq̄ ergo dñs premisit d dispensatione pecunie corpalis subdit de dispensatiōe pecunie spūalis dicēs (qui fidelis ē in minimo) et ī dispēsatione minoꝝ. s. tpaliū (et in maiori) i. in dispēsatione maioꝝ. s. spūaliū (fidelis ē. Et q in modico) s. in carnalib⁹ (iniqu⁹ ē) vt nō bñ p necessitate ꝑximoꝝ expēdat (et ī maiori) s. ī spūalib⁹ (iniqu⁹ ē) vt nō p vtilitate cōi diuidat. q. d. qui bona tpalia q sūt minima bene dispēsauit ī elemosynis. et in alijs pijs vsibus: dign⁹ ē vt sibi cōmittatur dispensatio spūaliū q sunt maiora: qꝛ fidelitas dispēsatiōis prime est argumētum fidelitatis secūde. Et q modica. s. bona tpalia non bñ dispensauit: sꝫ illicitis consūpsit vel male retinuit indign⁹ ē vt sibi cōmittatur dispēsatio maioꝝ s spūaliū. qꝛ infidelitas pma ē argumentuꝫ secunde. Hic hēs argumētuꝫ q auar⁹ non ē bon⁹ ꝑdicator vl' ꝑlatus. vñ subdit. Si ergo ī iniq māmona s ī bonis tpalib⁹ ꝛ diuitijs (fideles nō fuistis) dispēsando que sūt magis bona fm apparentiā q̄ fm veritatē (qd verū ē). s. bona spiritualia q sunt vera bona (q̄s credet vobis) i. tradet vob ad dispēsandū q̄si dicat null⁹ sapiēs. Uñ hēs exemplum de q̄dā ep̄o q q̄ttuor caseos tradidit ad custodiēdum nepoti suo: ꝛ qꝛ male custodiuit iō curā aīaꝝ tradere sibi noluit (Et si ī alieno fideles non fuistis) s. in tpalib⁹ que sunt aliena nob: qꝛ sunt ex̄ nos qd verū ē. s. bona spūalia que sunt hñtib⁹ īntrinseca q̄s dabit vob ad dispēsāduꝫ q̄si dicat null⁹ sapiens hoc faceret. Qui enī fidelis non ē ī dispensatione bonoꝝ fortune ꝛ diuitiarū corpaliū. q respectu spūalium false diuitie sunt et a nobis aliene. qꝛ ex̄ naturā nrām sita nichil eī intulim⁹ in hunc mundū ꝛ nihil hic auferim⁹ pñtqꝫ nob auferri etiā nolētib⁹. dispēsatione bonoꝝ gratie ꝛ diuitiaꝝ spūaliuꝫ q vere diuitie sunt. ꝛ nrā qꝛ pprie hoī deputata ad ea eīm hñ danati sum⁹ nec pñt nob auferri nolētib⁹. null⁹ ei credere vel dare dꝫ: qꝛ ī eis etiā infidelis esset. vnde ābro. aliene a nob diuitie sūt qꝛ ꝑter naturā sunt. Neqꝫ nobiscūꝫ nascunt: neqꝫ nobiscum trāseunt Neqꝫ eni nostra sunt q nō possum⁹ auferre nobiscum. Sola virt⁹ ē comes defunctoꝝ sola nos sequitur mīa. Et vt dicit aug. Potest hō inuit⁹ amittere bona tpalia: nunq̄ autē nisi volēs pdit eterna. fm Bedaꝫ. In minimo ē fidelis q hꝫ viscera pietatis ꝛ opa mie dādo elemosynas et diligendo ꝑximos ī maiori ē fidelis q oīno adheret creatori et vn⁹ spūs cuꝫ eo desiderat fieri. Sꝫ q fratrē nō diligit quē videt: nec egeni miseret quō diliget deum quē nō videt ꝛ quō seipm deo tribuet. Ualde ergo cōsiderāduꝫ est ī electione prelatoꝝ et ꝑpositoꝝ quales in modico fuerunt ꝛ qd pietatis ꝛ mīe habuerunt: qm̄ qui ī modico fideles nō sunt ī magnis q̄z fideles nō erūt. Uñ ꝑcepit apl's timotheo ꝛ tito. vt in eligendo ep̄o sp ꝑconsiderent si fidelis fuerit ꝛ non auar⁹ in dispēsatione rei familiaris. Sepe eī auar⁹ ī erogatione pecunie corpalis. auarus est ī erogatiōe talenti spiritualis: vt nisi vere faciat nisi pro pecunia vl' p personis ꝛ iuxta acceptionez personarum Comitatur enim eum sepe auaritia et cupiditas vsqꝫ ad spiritualia. Et ideo tales si promouentur in ecclesia non est ex dei ordinatione: sed magis ex permissione quadam diuina. Demus igitur aliena vt suscipiamus nostra prebeamus parua vt recipiamus magna. seminemus in benedictione vt metamus benedictionem. sed qui parce seminat parce et metet. Si bene dispensamus bona minora scilicet fortune et nature merebimur promoueri ad bona maiora scilicet gratie et glorie.

Oratio.

Domine iesu criste animam meam fac virtutum villam ne villicus tuus ratio mea dissipet bona tua michi credita: quia post mortē nescio quid meritorij

[Marginal notes: Augustinus; Hieronym⁹; Hieronym⁹; Leo papa; Crisostom⁹; Beda; Ambro.; August.; Beda]

faciam. Remitte michi centum cados olei quos tibi de-
beo per contemplationem: et centum choros tritici quos
tibi debeo per operationem. et amici tui pauperes qui te
diligunt et tibi conformantur fiant mei apud te intercesso
res aduocati et patroni vt cum defecero proprijs meritis
et ab hac vita recipiar meritis eorum et suffragijs in do-
mos suas et in eterna et dilecta tabernacula. Amen

¶ De diuite epulone et lazaro mendico ad ianuam eius
iacente. Capitulum. xvi.

Luc. xvi

Pharisei autem qui

erãt auari audientes dñm iesum de cõtẽptu mũ
di et contra auariciam disputantem: ac homĩes
ab appetitu diuitiarum retrahentem et ad faciendũ ele-
mosynas inducentem (deridebant eum) quasi irrationa-
biliter loqueretur et contraria legi prophetisqȝ precipe-
ret. vbi multi diuissimi deo placuisse leguntur et obserua-
toribus legis bona temporalia promittuntur: non atten
dentes quia in lege carnalibus minora propter regnum
eternum et in euangelio spiritualibus maiora propter re
gnum celorum iure precipiuntur. et ideo inter legẽ et euã
gelium sicut promissionum ita et preceptorum debere es
se distantia. Ibi namqȝ dictum est si volueritis et audieri-
tis me bona terre comedetis. hic vero beati pauperes spi
ritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Item lex nõ
promittebat temporalia tanq̃ principale premium: et iõ
vbicunqȝ in sacra scriptura pro actibus virtutum promit
tunt bona temporalia. sub illis intelliguntur bona spiri-
tualia et eterna tanq̃ principaliter promissa. Nec tempo
ralia sic promittuntur ad malum vsum. sicut pharisei ista
ad defensionem sue auaricie male inducebant: sed ad bo-
num: quia illi qui bene vtuntur diuitijs non seruiunt eis
nec demoni per eas temptanti: sed magis econuerso di-
uitie seruiunt ipsis: quia sunt eis iuuamenta virtutis. et
tales fuerunt abraham et alij diuites qui deo seruierunt
et placuerunt in eis. Unde occurrit eis domin⁹ confutãs
et redarguens eos de vana gloria et de auaritia dicens.
(Uos estis qui iustificatis vos coram hominibus) auari
ciam vestram predicto modo false colorando et opera ve
stra vt ab hominibus videamini faciendo (deus aũt) cui
omnia nuda et aperta sunt (nouit corda vestra) et iniqta-
tem sibi latentem (quia quod hominibus) et in reputatio-
ne hominũ qui vident in facie (altum est) i. apparens iu-
sticia et non existens in re (abominatio est apud deũ) et i
reputatione dei qui videt i corde: quia simulata sanctitas
duplex est iniquitas. Est enim et simulatio et iniquitas. au-
diant hoc ypocrite et ambitiosi: quia q̃ntomagis apparẽt
et se exaltant apud homines: tantomagis abominabiles
sunt apud deum. Igitur quia deus videt corda: et per cõ
sequens etiam facta q̃tlicũqȝ secreta studendum est cui-
libet etiam cum solus fuerit vt et cogitando et operando
mala declinet et bona faciat. Si enim deum presentem et
omnia videntem et vindicantem semp cogitaremus: aut
vix aut nunq̃ peccaremus. vnde Boetius. Aduersamini
vicia colite virtutes ad rectas spes animũ subleuate: hu
miles preces in excelsa porrigite. magna vobis est neces
sitas indicta probitatis: cum ante oculos agitis iudicis
cuncta cernentis. Quia ergo pharisei corã hominibus se
iustificabãt et iustos se esse ostendebãt: peccatores quasi
infirmos contẽnendo et elemosynarũ remedia negligẽdo
q̃ iuste hec auaricia et auara altitudo dãnanda sit in se-
quenti dñs docet exẽplo. quod maxime inducitur ad pro
uocandum homines ad opera mie ex diuite propter de-
fectum pietatis et mie dãnato et non dicitur hic q̃ sit pa-
rabola vel similitudo: quia est rei geste narratio. vñ scdm
quosdã. diues iste nabal erat quẽ dauid occidere volebat
quia victualia sibi et suis negauerat. ¶ Dicit ergo hõ q̃dã
Ubi notandum q̃ homo potius sonat hic vicium q̃ in
naturã. vt dicatur homo ab humu: id est humo adherens
per amorem terrenorũ. Fm grego. nõ exprimit nomẽ ei⁹:
qr non erat a deo per approbationẽ cognitus. Fm quod
dicit saluator reprobatis. nunq̃ noui vos. Diũ quasi igno-
tus apud deum noĩe non designat neqȝ noiatur a deo: qr
nomen quesierat a mũdo (Homo ergo quidã erat diues)
non tã a possessione diuitiarum q̃ ab amore earum. ecce
superfluitas in sensu et cõcupiscẽtia oculorũ (et induebat
purpura) rubea desup propter inanẽ gloriã (et bysso) al-
bo desubtus ad carnẽ propter molliciẽ. ecce excessus i ve
stitu et superbia vite (et epulabat quotidie splendide) ser-
uiendo gule magis q̃ nature. ecce excessus in victu et cõ
cupiscentia carnis. Fm q̃ vestimẽta ira et epule. Ad molli
ciem et luxuriã cultu regio dissoluebat carnem exterius:
ac cibis et potibus refouebat interius. ¶ (Et erat quidã
mendicus nomĩe lazarus.) Diuiti adiungitur pauper: qr
alter alteri confert: sed differẽter qr diues confert tempo
raliter pauperi: et pauper spũaliter diuiti. vnde Crisost.
Dum diues sustentat pauperẽ sustentatur a paupe. Exp
mitur aũt hic nomẽ pauperis: qr a deo p approbationẽ
erat cognitus sicut et moysi dixit noui te ex nomĩe. vnde
et pauperibus humilib⁹ dicitur gaudete et exultate: qr ve
stra noia scripta sunt in celis. Lazarus paup et humilis
noiatur. diues vero nec noĩe dignus habet. Noĩa bonorũ
scripta sunt i libro dei: et noia malorũ in libro dyaboli. In
quo pensãdum est q̃cum interest inter publicã legẽ mun
di et benignã legem dei. Nã diuites sũt mundo celebres
per noĩa sua: sed pauperes latẽt nec nomẽ in mundo hñt
Mos est dicendi. Quãdo de vrbe profecti sumus obuia-
uit nobis talis comes vel dñs. Ecõtra de paupertate dĩ
nobiscũ vnus pauper agebat iter. Sed i euãgelio ẽ mos
contrarius: qr pauperis nomẽ exprimitur diuitis vero nomen
tacetur. supbos diuites per iudiciũ reprobationis de⁹ ne
scit. humiles pauperes p iudiciũ approbationis noscit.
Cominus aspicit hos: et emin⁹ arcet illos. Diuitibus sũt
noĩa in culmine mũdi: sed paupibus sunt noĩa i aula dei.
(Qui iacebat ad ianuã eius vlcerib⁹ plenus) vt ex vicini-
tate magis appareret duritia diuitis exeũdo et reuertẽdo
cum videntis: et patientia pauperis ex visiõe diuitis. vbi
Criso. Infelicissime hoĩm mortẽ corporis tui vides iace
re ante ianuã et non misereris. Si dei precepta nõ cõside
ras saltẽ miserere cõditionis tue et time ne et ipse talis ef-
ficiaris. (Cupiens saturari de micis) nõ dicit de fecolis
(que cadebãt de mensa diuitis) quodãmõ dicẽs ad diui-
tem. Sufficiũt michi mice mẽse tue: quas abijciẽdo proij
cis inde. Prebe de supfluo elemosynã. fac de nõ dãno lu-
crum in quo nimia duricia apparet eo q̃ perire permitte
bat vñ paup subleuari poterat. (Et nemo illi dabat) qr ta
li dño talis familia. et ideo cõformabãtur ei in mentis du
ricia. Cũ ergo ãte ianuã iaceret ex visione pauperis diui
ti nõ miserenti: cumulus dãnationis infert. et rursus ex vi
sione diuitis tẽptatus quotidie paup probat. Quem ad
maiorẽ ipsius probationẽ paupertas simul et egritudo: et
visa diuitis copia et nulla sibi adhibita cõsolatio afficiũt.
vbi Criso. Egrotatio habet aliquod solaciũ si opes ha-
bet. Si autẽ ad infirmitatis magnitudinẽ accedat et pau
pertas: duplex est infirmitas. Quãta ergo in isto pena ẽ
in quo inter tanta vulnera non meminit dolores plagarũ
sed famis. (Sed et canes veniebãt et lingebãt vlcera ei⁹.)
Unde talis pietas in lingẽdo vlcera pauperis arguit du
riciã diuitis: qr magis curiales erãt canes pauperi q̃ eo-
rum dñs. Et nec a se canes remouere poterat: nec visita-
tor erat qui remoueret. Qui etiã si mordendo punxissent
non esset qui illos amouisset. ¶ (Factum est ãt vt morere
tur mendicus) in patientia que op⁹ perfectum hȝ proba-
tus (et portaretur) scdȝ animã (ab ãgelis in sinũ abrahe)
de mendico diues factus et ad requiẽ et limbũ scõrũ pa-
trum. vbi descẽdebãt anime iustorũ morientiũ ãteq̃ gene
rale impedimentum glorie per passionẽ xpi esset amotũ.
qui sinus scdm aug ideo abrahe dictus ẽ. non q̃ ipsi⁹ tãtũ
sit: sed q̃ ipse multarũ gentium pater sit. quibus ad imita-

Crisostom⁹.

Crisostom⁹.

Crisostom⁹.

Augustinus.

Crisostom⁹.

euasionis via tanta aūt fuit ciuitatis angustia vt carnes
filiorū manducarent et in h' vindictā q̄ sitienti xp̄o ace
tum in cruce dederunt (Et ad terram prosternent te) tur
res et loca munitiora diruendo et cuncta edificia ad ter
ram deiciendo et hoc in vindictā quia corpus xp̄i mor
tuum oportuit sepeliri i terra (et filios tuos) s. iudeos q̄
in te sunt geniti seu habitatores tuos (prosternent) ad
terram aliquos occidendo aliquos captiuando e hoc in
vīdictā quia christi filios ap'los persecuti sūt (nō relinquent
in te lapidē sup lapidē) s fundit' euertendo e post oīa
in ppetuū sunt dispersi quia noluerūt sub alis xp̄i in fide
ecclesie cōgregari. Cur etiā ex qua culpa fuerit pena illa
lata subiungitur (eo q̄ nō cognouerit) q̄ malicia e inui

dia excecante cognoscere noluisti (tempus visitationis tue) id est mei aduentus in carnem. veni enim visurus et saluaturus te quod si cognosceres et in me crederes esses pacata romanis et ab omnibus erepta periculis. Si enim tempus gratie in aduentu xpi cognouissent et xpo credidissent nec supradictas calamitates sustinuissent sicut omnes qui in xpm crediderunt tunc euaserunt. ¶ Secundum sensum allegoricum ciuitas hec est ecclesia que tempore antichristi sic angustiabitur et prosternetur quod pauci audebunt se xpianos confiteri. quam ecclesiam xpus visitat quotienscumque ad bonum eam excitat Sed ecclesia pro maiori parte non cognoscit hoc cum effectu propter quod antixpi persecutio super eam venit ad purgationem electorum et damnationem reproborum Secundum vero sensum moralem ista ciuitas est anima peccatoris super quam flet xpus fletu compassionis. Si vero consideraret anima statum sue culpe et quem statum penarum in futuro expectet ipsa cum xpo semetipsam plangeret. Sed peccati delectatio tollit mortis repentine considerationem: districti iudicij timorem et penarum inferni anxietatem que vallatur in morte et angustabitur in spiritibus malignis vt euadendi aditum inuenire non possit et eius filij psternentur id est cogitationes quibus promittebat sibi longam vitam. honores diuitias et huiusmodi frustrantur et non relinquetur in ea lapis super lapidem: quia omnis ab illa cogitationum suarum constructio dissipabitur. eo quod non cognouerit tempus visitationis sue cum dominus eam inuitaret ad emendationem vite.

Gregorius.

Unde secundum greg. quod iuxta hystoriam dominus semel egit hoc quotidie per electos suos in ecclesia agit. plangit enim reprobos qui nesciunt cur plangant sed in illis exultant et letantur qui si damnationem suam que eis iminet preuiderent semetipsos cum lacrimis electorum plangerent qui in peruersitate sua diem suam hic habent. cum pace quia transitorio gaudent in tempore. et nulla venture pene terretur formidine. Supplicia autem sequentia nunc ab oculis eorum abscondita sunt Nam futura que temporalem leticiam perturbant preuidere refugiunt. Unde et si qua est punctio temporis ita est agenda leticia vt nunquam amaritudo sequentis iudicij recedat a memoria. (Uenient autem dies) quando ad vltionem et supplicia ducentur. (Quia non cognouerit tempus visitationis sue) Peruersam enim animam deus visitat quotidie precepto aliquando flagello: aliquando vero miraculo vt et vera que nesciebat audiat et aut dolore compuncta redeat: aut beneficijs deuicta malum quod fecit erubescat. Sed quia superbiens contemnit et visitationis sue tempus non cognoscit. illis in extremo vite inimicis traditur. cum quibus in eterno iudicio damnationis perpetue societate colligatur vnde cogitandum valde est quantum erit nobis terribilis hora nostre resolutionis quando pauor mentis quanta tunc omnium malorum memoria que obliuio transacte felicitatis: que formido et consideratio iudicis. Quid ergo esse nobis de presentibus ad delectationem debet quum simul cunctis transeuntibus non valet transire quod iminet. quoniam et hoc funditus finitur quod diligitur. et illud incipitur vbi dolor nunquam finitur. preter hanc sententiam gregorij possunt predicta et aliter accipi nam moraliter in culpa peccator Primo fallitur per hostis suggestionem exteriorem. Secundo circundatur per interiorem carnis impulsionem Tertio coangustatur per delectationis inflammationem Quarto ad terram prosternitur per consensum interiorem. Quinto filij occiduntur per operum bonorum mortificationem Sexto omnino diruitur per peccati perpetrationem exteriorem. In pena vero Primo vallatur per exteriorem tribulationem. Secundo circundatur per proprij corporis infirmitatem Tertio angustatur per animi et conscientie anxietatem Quarto ad terram prosternitur per salutis desperationem. Quinto filij occiduntur per propinquorum dolorem et desolationem. Sexto totaliter euertitur per mortem In morte quoque vallatur et circundatur a demonibus: coangustatur a peccatis: demones enim omnia peccata non solum operis verumetiam locutionis et cogitationis ad memoriam sibi reuocant vt ad desperationem trahant. tunc etiam ad terram prosternitur: quia corpus incineratur: et anima in infernum detruditur: et filii

id est opera vel imitatores eius vt sint secum in pena sicut fuerunt in culpa et lapis super lapidem non relinquitur id est cogitatio super cogitationem que contra eum non adducat: quia

Grego.

secundum greg. Ab anima peruersa omnis constructio cogitationum dissipatur. tunc ei vt in psalmo dicitur omnes cogitationes impiorum peribunt et omnes machinationes cessabunt. Fleuit ergo nunc bonus dominus iesus: sed et pro sinne pietatis dulcedine referanda. ipse fons totius misericordie non solum semel sed pluries fleuit et ex illis piissimis oculis ad omnium expiationem peccatorum lacrimarum fluenta vberrime manando effudit. Legitur enim dominum iesum fleuisse primo ex infantuli necessitate in natiuitate secundum illud Sapi. Primam in vocem similem omnibus emisit plorans. Unde cantat ecclesia. Uagit infans inter arta positus presepia. Secundo ex immenso amore in lazari suscitatione ex nimia compassione. Tertio in hac sollemni processione Quarto ex intimo dolore in sua passione preces cum lacrimis offerens ad deum. hec sunt quattuor flumina de paradiso egredientia ad totius mundi ablutionem refrigerationem potationem et fecundationem. hi quattuor fletus saluatoris possunt referri ad quattuor species fletus que quasi quattuor fluuii paradisi animam irrigant et fecundant. Primus est fletus pro incolatu presentis miserie. Secundus est fletus compunctionis. Tertius compassionis. Quartus pro dilatione patrie. Primam fletus speciem significat fletus infantie saluatoris. Unde aug.

August.

Puer qui nascitur incipit a ploratu. lacryme sunt testes miserie nondum loquitur et iam prophetisat. Fletus in cruce signat fletum compunctionis quem debent habere illi qui sunt in cruce penitentie. vnde aug. Sciat se culpabiliter durum

August.

qui defleat mortem amici vel damna rei temporalis et dolorem peccati non ostendit in lacrimis. Fletus super destructionem ciuitatis signat fletum quo flere debemus super miserorum calamitatibus et animarum ruinis et perditionibus. Unde iob. Flebam super eo qui afflictus erat etc. Fletus super lazarum qui ad vitam erat reuocandus et cui gloria erat differenda: signat fletum pro dilatione patrie. vnde psal. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. In fletu autem domini ostenditur quantum flere debeant qui peccant quando sic fleuit qui nunquam peccauit vnde Cassiodo. Ubi princeps tanta afflictione

Cassio.

plangebat quis illo flente non fleret: eo gemente non gemeret. Et notandum quod septem mala quasi ventura sunt peccatori per que si ea cogitaret ad fletum incitari posset Primum est spoliatio omnium que fit ei in morte de quibus nichil secum feret. Secundum est occursus inimicorum qui apprehendent eum inter angustias. Tertium est amissio status penitendi et misericordiam consequendi. Quartum est magna confusio cuius confusionis causa poterit esse operum denudatio vel beneficiorum cristi exprobatio vel dei et sanctorum derisio. Quintum est separatio reproborum ab electis Sextum est exclusio a gloria. Septimum est gehennalis pene miseria. Et valde flendum est pro peccatis propter multa que peccata inducunt peccantibus. Per peccata enim homo deum offendit consortium sanctorum et angelorum amittit suffragia ecclesie perdit. animam interficit: dyabolo se subicit: et in infernum se dimergit. Conspice igitur bene ipsum dominum iesum nunc flentem. et si potes fleas cum eo. flet enim largiter et fortiter quia non simulate sed vere de ipsis dolebat Corde enim amaro dolebat et flebat illorum periculum eternale et excidium temporale: quia non cognouerunt tempus visitationis sue quando per incarnationis mysterium visitauit eos oriens ex alto. vt ipsum dominum ac predicationem eius reciperent: sed magis vsque ad mortem eum persecuti sunt. O cor durum vesanum et impium et tanquam vera vita priuatum omnino plangendum cur more frenetici flente super te sapientia patris in tantis miseriis letaris et rides. Considera lacrimantem medicum tuum et vt luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Deduc quasi torrentem lacrimas per diem et noctem non des requiem tibi nec taceat pupilla oculi tui. Conspice etiam disci

pulos q̃ libenter et diligenter vadunt semper iuxta eũ. cum timore tamen et reuerentia. Ipsi sũt barones et milites comites domicelli et dexteratores. Nec debes credere q̃ ipso flente alii se potuerint a lacrimis cõtinere. nobis fratres iste lacrime domini sunt vt magistrũ imitemur et ab hoc tanto preceptore nostro discamus. quid i nostrorum inimicorum morte et ruina agere debeamus Unde et ipse ait diligite inimicos vestros benefacite his qui oderunt vos et orate pro persequẽtibus vos et calũniantibus vos. non tamen in uros ciuitatis perituræ: sed et animarũ ruinam et perditionem flebat iesus nobisq̃ exemplum dabat quid in tali negocio facere debeamus cum peccatorem aliquẽ in eternam dãnationem ruere videmus. de tali enim domini nostri iesu cristi exempla sequentes nos quoq̃ flere debemus: et tanto amplius flere q̃to ipse de seipso flere ignorat. Si enim suas infirmitates intelligeret et calamitates que ei superuẽture sunt cognosceret vtiq̃ et ipse plus aliis de se fleret. Iste fletus domini cõpatientis ciuitati de miseria que illi iminebat prefiguratus fuit olim in lamẽtationibus hieremie qui desolationẽ eiusdẽ ciuitatis per romanos futurã deflebat. sic et nos i afflictione proximorũ etiam inimicorũ ex compassione flere debemus exemplo xpi qui cõpassus est suis inimicis. Plus est cõpati afflictis q̃ bona tẽporalia erogare: et impossibile ẽ illum gratiã et miam non mereri q̃ scit afflictis compati et eorũ peccata deflere. Intrauit ergo iesus hierosolimam cũ isto triumpho et honore turbarum per supradictam portam auream que ẽ ad pedes tẽ-

Crisost. pli a pte vallis iosaphat. hoc s3 Criso. Ipse faciebat nõ pompam quandã ostendẽs: sed et prophetiam implens et discipulos propter mortem contristatos consolans et monstrans quoniã hoc pati volens. Ubi rabanus. hic in-

Rabanus troitus eius in hi'm fuit ante quinq̃ dies pasce vbi notandum est cõcordia non solum in rebus sed etiam in tẽporibus veteris et noui testamenti. Decima enim die mẽsis primi agnus qui in pasca immolaretur domum itroduci iussus est: quia et dñs decima die eiusdem mẽsis. hoc est ante quinq̃ dies pasce ciuitatem i qua pateretur erat ingressurus. (Et cum intrasset iesus hierosolimam) vt exhiberet salutem (commota est vniuersa ciuitas dicẽs quis est hic) per hoc significatum fuit q̃ intrante iesu hierusalem celestem angeli dicturi erant. quis est iste rex glorie.

Origẽ. Unde orige. Sed et quando intrauit iesus hierosolimã veram: admirantes virtutes celestes dicebant. Quis est iste rex glorie. hec orige. dicebant ergo (quis est hic) quasi dicat. iste non ẽ talis ac tantus q̃ talia deberent sibi exhiberi. Mirabantur enim turbe frequentiam nescientes

Crisosto de eo veritatem. cui obuiam eum laudibus occurrũt. vñ Criso. Merito commouebãtur videntes rem mirabilem. Homo laudabatur quasi deus: sed deus laudabatur i homine puto autem q̃ nec ipsi qui laudabãt sciebãt qd laudabant. sed spiritus subito ingressus in eos nesciente alia veritatis verba fundebat. hec criso. Principes itaq̃ sacerdotum et maiores indignabantur de reuerentia xpo exhibita et ob hoc tota ciuitas dicitur esse commota: q̃ factum maiorum dicitur esse factum totius ciuitatis vel alterius cõitatis (populi aũt) i. simplices et vulgares. q̃si rationem de contrario reddentes (dicebant. hic ẽ iesus propheta a nazareth galilee) immo dñs prophetarũ et

Hiero. ideo summerito debet honorari. Ecce confessio dei a minoribus incipit vt ad maiores perueniat. vbi hieroñ. aliis autem ambigentibus vel interrogantibus vilis plebecula cõfitetur (quia hic ẽ iesus propheta a nazareth galilee.) A minoribus incipiunt vt ad maiora perueniant. pphetam enim eum dicunt quẽ moyses sui similem dixerat eẽ venturum a nazareth autem galilee: quia ibi educatus fuerat vt flos campi nutriretur in flore virtutum. hec hiero. Et postq̃ dñs ingressus ẽ hierusalẽ remisit animalia ad locum suum ¶ Memoriam huius processionis dominice recolit ecclesia illa die. Egrediuntur enim fideles cũ ramis quasi obuiam domino extra muros vel septa vsq̃ ad crucem aliqui vadunt in qua ramos quos gestant affigẽtes deponunt q̃ d ecclesia michi aũt absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu cristi. Quandoq̃ autem ideo eunt et vsq̃ ad crucẽ quasi sic ostendatur eis non esse sperandum in quãtalibus gloria mũdi: q̃ extrema gaudii luctus occupat. et deinde cum cruce in ciuitatem regrediuntur pro eadem significatione illa die gaudio processionis subdit euangelium dominice passionis forte quia et dño exultationi inseruit lamentum et nos processioni passionẽ: quia passio fuit causa euersionis pro qua fleuit. In proximo ergo bella acturus et de hostibus triumphaturus cũ triumpho et gloria et ad impiam ciuitatem et ad locum certaminis dominus venit et certus de victoria ante bellum quod fieri non solet triumphum suscepit. vñ et rami palmarum cum quibus gloriose susceptus est propinquam victoriam super principem mundi signant. Hodie ergo mater ecclesia duas recolit processiones. Prima fuit q̃ iudei cristum a monte oliueti vsq̃ hierusalem cũ ramis oliuarum et palmarum et magnis canticis associauerũt et ista processio magne reuerentie et honoris fuit et hanc ecclesia in euangelio hodierno representat. Secunda est quia iudei cristum ab hierusalem ad montem caluarie cũ magnis opprobriis et irrisionibus deduxerunt. et ista processio fuit magne ignominie et doloris. et hanc representat ecclesia in passione hodierna. In istis processionibus ostendit magna in iudeis multiplicitas voluntatis. Nã in prima cum magna reuerentia et deuotione ipsum supra asellum posuerũt in secũda ipsum cum magna ignominia in patibulo suspenderunt: In pria vestimenta sua in via strauerunt. in secunda cristum suis vestibus expoliauerunt In prima ramos oliuarum et palmarum sibi obuiam portauerunt in secunda spinas acutissimas eius capiti affixerunt. In prima appellauerunt eum regem. in secunda negauerunt eum dicentes. non habemus regem nisi cesarem. In prima appellauerunt eum saluatorem. dicentes osanna id est salua obsecro. in secunda negauerunt ipsum saluatorem q̃ dixerunt qui seipsum saluare nõ poterat. In prima dixerunt ipsum esse benedictum. et in nomine domini scilicet patris venisse in mundum. in secunda dixerunt ipsum esse malefactorem et ideo se tradidisse eum et crucis patibulo affigendum. Ecce q̃ta instabilitas in istis fuit: quia quẽ tantum honorauerunt post modicum ignominiose tractauerunt. Sed propter glie processionem maiorem habuit ex consequenti vituperio cõ-

Bernardus. fusionem vnde Bernar. Quid fuit q̃ processionem habere voluit qui mox futuram nouerat passionem. Processio quidem merito representatur hodie: quia hodie facta fuit. passio vero cur addita est quam sexta feria constat ẽe secutã forte vt amarior esset passio quã processio precessisset. Et iterum. Non sine causa tam noua processio mira quadam coniunctione additur passioni Nam processio plausum habet passio vero planctum. Videamus q̃d conferat ista coniunctio. Utiq̃ vt discamus i nulla vnq̃ huius seculi leticia habere fiduciam scientes quoniam extrema gaudii luctus occupat: sed in die bonorum nõ simus immemores simus malorum. Ita enim mixtum est presẽs seculum. non secularibus tantum sed etiam spiritualibus viris. Ideo qui cepit prius facere q̃ docere: non modo verbis sed etiam exemplis ostendens: quia omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos feni processionis voluit gloria sublimari quando sibi imminere cognouit diẽ ignominiosissime passionis. Spiritualibus autem spolia cõparantur in processione quidẽ celestis patrie representamus gloriam in passione vero mõstramus viam. In processione rapiemur in nubibus obuiã cristo i aera. q̃n suscipietur in celesti hierusalem xps dñs applaudentibus et acclamantibus vndiq̃ populis vtriusq̃ testamenti: q̃n qui precedebant et qui sequebantur bñdictus qui venit i nomine dñi. In processione considerasti quo properandũ

sit. disce in passione quo eundũ sit. Tribulatio enĩ p̃sens via vite est via glorie via regni. Tolerabilẽ proinde laborem passionis reddit gloria processionis: quoniã amanti nichil est difficile hec Bernar. Oratio.

Domine iesu xp̃e qui verbo et exẽplo magis docuisti nos flere q̃ ridere: obsecro te per beatissimas lacrimas ⁊ omẽs miserationes tuas doce me: vt peccata mea et pericula imminẽtia sẽper videam et cognoscã: ne inimici mei scilicet demonuʒ suggestiões tẽporaliũ rerũ pulcritudines ⁊ carnales voluptates circundent coangustent ⁊ ad terrã prosternant me vt filios scilicet sensus cogitatus ⁊ actus meos et ordinẽ virtutũ destruãt: vt ide laudẽ te p̃fitear noĩ tuo altissime. Amen

¶ De eiectione vendentiuʒ et ementium de templo.

Capitulum xxix.

Mat. xxi.

Enit aũt iesus ire

ete ad templũ et intrauit in ipsum. Ubi nota q̃ templũ accipitur aliquando pro domo tẽpli quod diuidebatur in duas partes. vna pars vocabatur sanctũ vbi prope ostiũ sancti sanctoruʒ erat altare incẽsi seu thimiamatis auro tectũ mensa propositionis et candelabruʒ. alia pars erat sanctũ sanctorũ vbi erat archa testamenti ⁊ duo cherubin. Illam partẽ que dicebatur sanctũ intrabant quotidie sacerdotes ad offerendum incensum et nulli alij. Intra sanctũ sanctorũ solus summus pontifex intrabat. et semel in anno. Aliquando autẽ accipitur tẽplum large pro quadam platea quadrata ante tẽplũ muro clausa et dicebatur atriũ sacerdotum. vbi sub diuo erat altare holocaustorum ere copertũ: ⁊ istud intrabant non solum sacerdotes sed etiã leuite eos in excoriatione: ⁊ ablutione hostiarũ et consimilibus adiuuantes. vulgares autẽ homines illud non intrabant: sed ad ostium illius atrij aĩalia viua sacerdotibus offerebant. Ista autẽ duo loca non intrauit xp̃us: quia non erat sacerdos nec leuita. Sed preter ista duo loca erant adhuc duo alia vbi hoĩes sub diuo in oratione erant ⁊ in vno viri ⁊ in alio mulieres orabãt ⁊ ista tria vocabãtur noĩe tẽpli ⁊ de hoc dicitur q̃ iesus intrauit in tẽplũ vel: ac petrus ⁊ iohãnes ascẽdebant in tẽplũ ad horã orõis nonã. (Intrauit autẽ iesus) protinus (in tẽplũ) precipue propter tria. Primo fm Bedam. vt doceret nos formã religionis quam sequamur scilicet vt quocunq; pergimus. primo domum orationis si ibi est adeamus: ⁊ per orationes deo cõmendati sic ad agenda negocia secedamus. Secundo quia locus publicus erat vbi posset inueniri: ostendens se nõ inuite sed sponte pati. Tertio vt ostenderet q̃ ruina vrbis et populi pro qua fleuerat maxime ex sacerdotum culpa fuit ⁊ inde radix perditionis processit. Hoc profecto innotuit cõpos malorũ imminentiũ enarrationẽ. protinus tẽplũ ingressus est vt de illo vendentes et ementes eiiceret: in signũ q̃ sacerdotes tanq̃ indigni essent de templo et officio eiiciendi. Sicut enĩ tẽplũ est in ciuitate: ita vita sacerdotũ in plebe. vnde fm glo. Symonia sacerdotum causa fuit destructionis iudeorũ. Sacerdotes enĩ auaricie sue consulentes in porticibus ⁊ atrijs tẽpli hostias cuiuscũq; generis vendebant ne venientes victimas nõ habentes nichil auferrent si hostias presto non inuenirent. et hoc faciebant vt vendita iterũ oblata reciperent et ne pauperes non solũ hostias sed ⁊ vnde emerent nõ habentes excusationẽ pecunie non habite pretẽderent: posuerant ibi nũmularios que mutuũ sub cautione ⁊ spe alicuius doni pecuniam darent. sed quia lex non patiebatur vt a fratribus suis vsuras acciperent ideo quod nõ audebãt dare ad vsurã: dabant noĩe collibiarũ. vt sic pro nũmularijs collibiste fierent. Collibia aũt dicuntur apud eos vilia munuscula vt ciceris ⁊ vue passe ⁊ pomorũ ⁊ hĩ similia: collibiste igitur licet pro illa accomodatiõe pecunie non reciperent pecuniã vltra sortẽ recipiebant tamẽ munera vel xenia quasi q̃d in nũmo nõ licebat in his rebus que nũmis coemũtur liceret q̃ prohibuit ezechiel dicẽs. vsuram ⁊ oẽm superabũdantiã non accipietis. Sic ⁊ hodie multi predicti sũt similes vsurã ⁊ simoniã sub nomine caritatis vel gratitudinis palliates. Ualde periculosum est munera accipere: quia hoc ẽ libertatẽ vendere. Unde seneca. q̃dã gratuita nobis videntur q̃ carissime constant pro quibus nosmetipsos ipendim⁹ q̃ emere nolem⁹. Si nobis dom⁹ nostra pillis esset danda: si amenũ aliq̃d fructuosum ve prediũ. ideo nichil est cuiq; se vilius. nisi essemus sicta nostra non essent quisquis nr̃am tutã agere vitam volet. ista viscata bñficia deuitet in quibus miserrimi fallimur. Sapiens cuʒ primo videt munuscula a theatro surgit et scit magna paruo cõstare vilem predã: magno fucõ modo luimus. Beneficiũ accipere libertatẽ vendere ẽ hec sene. vbi Criso. Hoc ẽ propriũ boni filij vt veniẽs primo ad domũ curreret patris ⁊ illi honorẽ redderet qui genuit eũ. Et tu imitator xp̃i factus cũ in aliquaʒ ingressus fueris ciuitatẽ primũ ante omnẽ actũ ad ecclesiã curras. ⁊ hoc erat boni medici vt ingressus ad infirmã ciuitatẽ sanandã primũ ad originẽ passionis intenderet. Nam sicut de tẽplo oẽ bonũ egreditur: sic ⁊ de tẽplo omne malũ procedit. Quemadmodũ medicus quãdo p̃mũ ingreditur ad infirmũ de stomacho eius interrogat ⁊ eũ cõponere festinat: q̃ si stomachus san⁹ fuerit totũ corp⁹ validuʒ erit si aũt dissipatus fuerit totũ corpus infirmũ est. ita si sacerdotiũ integrũ fuerit tota ecclesia floret: si autem corruptũ fuerit fides marcida est. Cor enĩ et stomachus sacerdotiũ intelligitur: quia in rebus spiritualibus per eos totus populus gubernatur. Sicut enĩ cor sapiẽtie locus est: ita sacerdotes receptacula sunt sapiẽtie spiritualis. Et sicut stomachus accipiens cibũ coquit eũ in semetipso ⁊ per totũ corpus dispergit. sic ⁊ sacerdotes accipiunt scientiã sermonis per scripturas ex deo ⁊ coquẽtes eã in se id est tractãtes ⁊ meditantes apud se vniuerso populo subministrant. Uidete ergo sacerdotes quomodo vos cõponatis in verbo et opere: quoniã sicut in corpore si aliquod infirmatũ fuerit mẽbrũ non oĩno languet et stomachus si autẽ stomachus languescit oĩa mẽbra inueniuntur infirma sic si aliquis xp̃ianorũ peccauerit non oĩno peccant sacerdotes: si autẽ sacerdotes fuerint in peccatis: totus populus conuertitur ad peccãdũ. Ideo si vnusquisq; xp̃ianorũ pro suo peccato dat ratõeʒ sacerdotes aũt nõ tantũ pro suis: sed et pro oĩm peccatis daturi sunt rationẽ. Uidit arborẽ pallẽtibus folijs marcidam intellexit studiosus agricola: q̃ lesionẽ ĩ radice h̃z. Nã vere quẽadmodũ cũ videris arborẽ pallẽtibus folijs marcidã itelligis: quia aliquã culpã habet erga radiceʒ. Ita cũ videris populũ indisciplinatũ ⁊ irreligiosum. sine dubio cognosce: quia sacerdotiũ eius nõ est sanũ. hec crisosto. valde ergo deflendi sunt clerici quando cadunt: q̃ eorũ casus est magis periculosus vnde Crisosto. Nichil itantũ destruit ecclesiam dei sicut clericos laicis esse deteriores. Cernens ergo dñs in domo patris sui negociationem seu latrociniũ eiusmodi ardore spiritus concitatus fecit sibi flagellũ de funiculis ⁊ eiecit ipẽ dñs templi vendentes ⁊ ementes de tẽplo cũ hostijs suis ⁊ mensas trapezetaruʒ et cathedras vendentiũ columbas euertit. nec aliquod vas deo non dicatũ ⁊ sacratũ mercandi gratia per tẽplum transferri permisit. Interdixit quidem de vasis mercationis ⁊ humanis vsibus applicandis. nõ de vasis deo dicatis: quia vasa diuino cultui deputata debebant ibi ⁊ nõ alia esse. Ergo nec cophini vel alia vtẽsilia cõia per ecclesiam debẽt deportari vñ beda. De vasis dicit illis que mercãdi gratia inferebãtur. Ceteruʒ absit vt vasa deo dicata dñs eiiceret de tẽplo. vl' introferri prohiberet ĩ tẽplũ: sʒ post⁹ vbi futura sibi examinis insigne p̃tendit exẽplũ. immũda ⁊ prophana eliminat vasa de tẽplo ac ne ãplius inferãtur prohibet. q̃ñ nõ solũ de eccl'ia d's repellet ac deturbabit reprobos. verũ etiam ne vltra ad

Beda.

Seneca.

Crisost.

Crisost.

Beda.

turbandam ecclesiā intrent eterno eos verbere cōpescit.
Sed et in presenti hec est vera dom⁹ dūi i.cor fidelis puri
ficatio vt nō tm̄ peccata q̄ inerant diuinitus immissa cō-
punctio tollat sed etiā ne vltra repetantur diuina in eius
gratia perseuerando adiuuet hec beda. Et hec fuit secun-
da electio. Bis enī legitur dominus hoc fecisse ad signi
(Theo.) ficādum q̄ eiiciendi sunt tales ab ecclesia militante per
sententiam et a triumphante per penam vbi Theophil⁹
Hoc etiā dn̄s fecit in principio predicationis sue et nūc
iterum illud fecit quod ad crimē et im maximā redargutī
onem iudeorum redūdat quia non fuerunt ex priori ad-
monitione castigati et cum dominus hec totiens fecerit
(Criso.) ipsi minime se correxerunt. vn̄ Crisosto. In quo maior
est accusatio iudeorum quoniā cum bis hoc idem fecisset
morabantur tm̄ in sua dementia hec Criso. Unde in pri-
ma electione eiecit tm̄ vendentes et ex hoc nobis datur
fiducia impetrand vt quid enim vellet dominus ibi nos
orare nisi ipse vellet nos audire hic autem durius agen-
do etiam emētes qui numero erant plures. In prima eti
am expulsiōe eos appellauerat negociatos sed vt statim
patebit hic aerius reprehendēdo appellat latrones dn̄s
per hoc exemplum prelatis q̄ durius debent arguere se
cundum peccatum q̄ primum quia grauius est ceteris
paribus ratione ingratitudinis. Hic etiam et in prima
electione maior seriositas et rigor et austeritas de christo
(Criso.) exprimitur q̄ nusq̄ alibi de eo legitur quia secundū Cri
sosto. In propriis iniuriis esse quempiā patientiam est
laudabile iniurias autem dei dissimulare nimis est impi-
um. Unde christus iniurias suas patienter sustinuit iniu
rias autem patris sui nullatenus dissimulauit. Hec fla-
gellatio et eiectio malorum de templo olim prefigurata
fuit in heliodoro qui cum audacter manu armata tem-
plum intrasset vt illuc spoliaret. quidam aduenientes
eum flagellauerunt. et tanq̄ mortuum reliquerunt.
Heliodorus flagellatus fuit ꝓpter templi spoliationē
iudei propter vsure palliationem. ¶ Moraliter autem
(Mora.) per hunc actum xp̄i datur intelligi q̄ deus quotidie su-
am ecclesiam intrat et qualiter ibi vnusquisq̄ conuersetur
attendit. Caueamus ergo ne in carisibus et fabulis vel
aliis illicitis vacemus ne improuisus veniens nos fla-
gellet et de essentia sua ac de eius de regno eiiciat et ex-
pellat. Nā qui peccata peccatis addit quasi funem quo
hic vel in futuro flagellatur vel ligetur connectit funicu
li ergo quibus mali eiiciuntur sunt incrementa actionū
malarum quia funiculis peccatorum suorū vnusquisq̄
constringetur vnde augustinus. Ergo qui aliquid patiū
tur propter iniquitates suas hi qui vel ficte bonum vel
aperte male faciunt in ecclesia agnoscant quis dominus
fecit flagellum de resticulis peccatorū suorum et admo
net eos vt mutent se ne sint negotiatores ne tandem au
diant ligate illis manus et pedes et proiicite in tene-
(August.) bras exteriores hec Augustinus. In hoc q̄ dominus ex
pulit de templo boues et oues et numularios et vendē-
tes columbas euertit mistice designatur q̄ prelati cons[...]
ter debent reprimere ypocritas pelles ouinas simula[...]
tes tyrānos cornu sue potentie bonos ventilantes [...]
rarios et simoniacos dona spiritussancti qui per colum
bam intelligitur vendētes. Maxime autem ex hoc [...]
domini enormitas simoniace prauitatis ostenditur q[...]
nusq̄ alibi corporaliter restitisse et alios impulisse vel
eiecisse narratur. ¶ Si igitur eum in hoc quoq̄ imitari
volumus si non aliter possumus etiā violenter simoni
acos ab ecclesia pellere debemus si tantum vires supe-
runt quibus hoc sine ecclesie detrimēto facere valeam⁹
Audite hec simoniaci audite negociatores nephandi
aut a negociis cessare aut de templo exire. Uos nunu-
larii estis vos columbas et gratiam sanctispiritus vēdi
tis vos sine nummo et precio nichil agitis. ¶ Omnes
quidem simoniaci a templo dei vel ante humanos vel
ante dei oculos eiiciuntur et dei dono priuātur. Simi
liter clerici et religiosi qui in templo dei sunt deputati si
secularibus et terrenis negotiis se implicent merito eie-
ctionē a deo et eius indignationē timere debēt. O quan-
ta mala gerunt hodie in ecclesia que si dn̄s tunc inuenis-
(Beda) set vtiq̄ grauiter tunc puniuisset. vn̄ beda. Eiecit cōmer
cia rerū humanarū de domo illa in qua diuinas tantū
res agi hostias et orationes deo offerri verbum dei legi
audiri et decantari preceptū erat. Et quidē credendū est
quia ea tm̄ vendi vel emi reppererit in tēplo qui ad mi[...]
sterīū necessaria essent eiusdē templi iuxta quod alias fa
ctum legimus cū idem tēplū ingrediens inuenit in eo vē
dentes et ementes oues boues et colūbas que nimirum
omnia nō nisi vt offerentur in domo dn̄i eos q̄ de lōge ve
nerant ab indigenis cōparare credendum est. Si q̄ dn̄s nec
eo volebat in templo venūdari que in tēplo volebat of-
ferri videlicet propter studiū auaricie siue fraudis quod
proprīū solebat esse negociandū facinus quanta putas
animaduersiōe puniret si inuenisset ibi aliquos risui vel v
aniloquio vacantes aut alii cuilibet vicio mancipatos. Si
enim ea q̄ alibi libere geri poterant dominus in domo
sua videlicet tēporalia negocia geri non patitur quanto
(Moraliter) magis ea que nusq̄ fieri licet plus celestis ire merentur
si in edibus deo sacratis aguntur hec beda. ¶ Moraliter
tempore isto sancto appropinquante paschate iudeorū
id est confitentiū (ascendit iesus ihierusalē) i. cor humanū
vel animā sanctā e deuotā p̄ gratie sublimationē eleuatā
nam hierl'm in alto sita est vn̄ dr ascendit. Templū in hie
rusalē est eminentior pars aīe puta superior portionis q̄
soli deo et eternis debet intēdere illuc ascendit deus per
effectum sacramenti vel etiā sua pn̄tia spirituali aīam vi
strando. Sunt autē quatuor precipue que christus in tē-
plo spūali nō patit designata per quatuor q̄ inuenit i tē-
plo materiali et sunt quatuor defectus etiam in viris reli
giosis quādoq̄ reperti. Primū est nimia sollicitudo tpa
lium in acquirēdo ipsa et cōseruando hoc significat p̄ eos
quod xp̄s effudit de templo. Non aūt sollicitudo tpaliū
simpliciter prohibetur sed nimia et ne in tēplo sit. i. in mē
te q̄ solis eternis debet vacare. Un̄ qn̄ tpalia in hoc tēplo
habētur peccatur mortaliter quia creatura ponitur loco
creatoris et tpalia loco eternorū. Secundum est incaut⁹
vsus temporaliū et incircunspecta cōsideratio de euitan-
dis periculis qd̄ signat per bouē qui cum libenter herbas
comedit oīa q̄ nociua in herbis abscōsa deuorat et deglu
tit. Sic plerisq̄ accidit cum vtimur tēporalibus volen-
do accipere id qd̄ est necessariū quia latet sub necessitate
superfluitas et voluptas. Tercium est timor inordinatus
et stolidus qd̄ signatur per ouē in qua plus abundat pri
uatio intellectus q̄ in aliis quadrupedibus et si tēpore to
nitrui remanet sola et fuerit impregnata abortit pre timo
re. Sic homines nimis timidi abortiūt fructum profe-
ctus spiritualis. Quartum est expeditio vel tarda p̄gres
sio in expletione operum virtuosorum et hoc significatur
per columbam que nimis deliberat de volatu collū vn-
diq̄ circumflectendo et circunspiciendo ad quam partē
fre velit sed sepe interim sagitta eam percutit vel accipi-
ter rapit sic accidit hominib⁹ pigris et inexpeditis. Sed
tollia a christo in suo egressu a templo aīe expellūtur fa
cit enī flagellū de funiculis tribus quorū primus est infir
mitas corporalis secūdus tribulatio cordialis. tercius ex
instinctu diuino āmonitio spiritualis. Hoc flagello chri-
stus predicta quatuor ab aīa fugat et eiicit et nichilomi-
nus cathedras et mensas euertit ne facilem ingressum ha
beat (et dixit eis) quos de templo eiecerat (Scriptū est)
sez in Ysaia (Domus mea) i. nomini et cultui meo dedica
ta (domus orationis vocabitur) non rapine vel furti nō
negociationis et vane locutionis vel spectaculi. Et ex
hoc datur nobis magna fiducia impetrandi. Ut quid
enim vellet dominus ibi nos orare. nisi ipse vellet nos

exaudire. In hoc etiā ostendit se illis deū esse quia templum solius dei est domus. Ubi ambro. Deus enim templum suū non mercationis vult esse diuersoriū sȝ domicilium sanctitatis. Et orige. In quo non debent vendere et emere sed orationibus tm̄ vacare qui congregantur ī domo orōnis. Nemo ergo ꝙ ait aug. in oratorio aliq̄d agat nisi ad quod factum est. vnde ꝛ nomen accepit. Sed heu nunc domus dei dom⁹ dissolutionis et cupiditatis potest vocari. Ideo subditur (Uos autē fecistis illā speluncam latronū) latrones enī non curant nisi de lucris temporalib⁹ quocunqȝ mō acquirant ꝛ ideo in spelūcis se abscondūt. Unde greg. Domus orationis spelūca latronū facta fuerat quia ad hoc in templo assistere nouerant vt aut non dantes munera studerent corporaliter persequi aut dantes spūaliter necare. Templū quoqȝ ꝛ dom⁹ dei est ipsa mens atqȝ ꝯscia fidelū. Que est qñ in lesione proximi peruersas cogitationes profert quasi in spelunca latrones recident. Et non iam dom⁹ orationis sȝ spelūca latronis est quando relicta innocentia ꝛ simplicitate sanctitatis illud conatur agere vñ valeat proximo nocere. Hec greg. Spelunca latronum ꝺr esse locus vbi spolia que latrones rapiunt cōgregant. Et hoc fecerūt sacerdotes de tēplo quia non curabant de cultu dei sed magis de excoriatione populi ꝛ hoc per astutias varias et exquisitas. Sic et hodie clerici plus curant de suo lucro ꝙ̄ de ecclesie seruitio. Sicut enim magni latrones in speluncis suis existentes quando sciūt transire aliquos parū habentes nō exeunt de speluncis sȝ mittūt famulos suos ad expoliandum illos quando vero sciunt transire homines multū pecuniosos currunt illuc de primis ad illos. Sic multi canonici et clerici quando sciunt lucrū magnum currunt ad ecclesiam sed quando lucrum est modicum remanēt in domibus et se subtrahunt et clericos suos ad ecclesiam mittunt. ¶ Et nota quadruplicem vsum ecclesie. quia primo est domus reconciliationis quo ad penitentes. Secūdū illud Gene. non est hic aliud nisi dom⁹ dei ꝛ porta celi. Secūdo orationis quo ad proficientes sicut dicitur hic. Tercio instructionis q̄ ad perfectos secundum illud. Isaie. Uenite ascendamus ad montē domini et ad domum dei iacob et docebit nos. Quarto iubilationis et laudis quo ad omnes secundū illud psal. in ecclesijs benedicite deo et illud beati qui habitāt in domo tua dñe. Sed sit spelunca latronū secundū quadruplex latrociniū vel scripturarū quando corrumpuntur vt ab hereticis vel gratiarū quando sacramenta vēduntur vt a symoniacis vel prebendarum quando emuntur vt ab ambitiosis vel pecuniarū quando male expenduntur vt a voluptuosis. Uel secūdū hiero. Latro est ꝛ templū dei in latrociniū seu latronum specū cōuertit qui lucrum de religiosis sectatur. Hoc lucrū sectantur aliqui per studiū sciencie vt questuarij ꝛ aduocati aliqui per fortitudinē potentie vt nobiles aliqui per oblationē munerum vt diuites mundi. De his omnibus dicit iohannes quotquot venerunt fures sūt ꝛ latrones (Et accesserunt ad eum ceci et claudi (in templo) testes vocis et laudis puerorum (et sanauit eos) vt quod pueri clamabant verbis et ore ipse ostēderet factis et opere quasi etiam restis ipsorum. Clamabant enim osanna id est saluifica quibus per opera respondit quia salutem tribuit. Ac si diceret Bene clamatis saluatorem quia ecce do salutem. Moraliter ceci sunt ignorantes claudi vero rectitudinē iusticie dimittentes et isti curantur per iesum et per bona consilia ꝛ hortamēta sectatorum eius. Considera nunc ꝙ dominus cum magno honore receptus propter exhibitā sibi reuerentiam non dimisit iusticiam quia mox templum intrauit et omnes vendentes et ementes inde eiecit nec propter seueram iusticiā obmisit suā misericordiam quia mox cecos et claudos sanauit propter qđ datur intelligi ꝙ iudex ꝛ prelati propter impēsum sibi fauorē non dñt dimittere iusticie rigorem nec propter rigorē iusticie debēt dimittere dulcedinē misericordie. (Uidentes autē) et admirātes (principes sacerdotum ꝛ scribe mirabilia q̄ fecit iesus) i. tante multitudinis de tēplo eiectionē ꝛ cecorum ꝛ claudoꝝ sanatiōe et pueros clamantes in templo ipm̄ s. esse verū xp̄m et dicentes osanna filio dauid ipsi, renīȝ pueri et cetere turbe cum laudibus xp̄m vsqȝ in templū deduxerunt moti contra ipm̄ rancore et inuidia indignati sunt ꝙ mali de laude bonorum dolere cōsueuerunt vbi criso. Qui ingrediebatur vt hō laudabatur vt deus. Qui celabatur ī carne demōstrabatur in voce. Quē malicia sacerdotuȝ quasi hoīem blasphemabat hunc innocētia puerorū quasi deū exaltabat. Quantū autē ille glorificabatur tantum sacerdotes inuidia torquebantur et illius honor fiebat illis tormentuȝ. Sic enī est res. Quando boni in sua virtute laudantur mali in sua inuidia cruciantur hec cris. Cūqȝ manus nō auderent timore ppl'i in eum inijcere nec miracula manifesta impinguare arguebant tm̄ eum de applausu quem sustinebat circa se et testimonium populi atqȝ puerorum clamantiū osanna filio dauid vertebāt in calumniam ꝙ videlicet hoc non dicit nisi soli filio dei. Unde dixerunt ei (audis quid isti dicūt.) Quasi diceret Talē laudem de te merito non deberes sustinere. quia si tu iustus ꝛ bonus esses talem gloriam et applausum declinares. Ubi cris. Et nimirum hoc christi erat dicere ad eos. Non auditis quid hi dicūt. Sicut enī deo cantabāt illi pueri. Et iterū et vos videtis que ego facio. Illos loquentes attenditis et me facientē non cōsideratis. Ego factis interpretor voces illarum. Hec cris. (Jesus autem dixit eis. Utiqȝ) s. audio et audire debeo. quia hoc est ex diuina preordinatiōe secūdū ꝙ scribitur in ps. (Nūquid enī legistis ibidē ex ore infantiū et lactentiū pfecisti laudem) Et bene dicit pfecisti laus enim inchoata fuit a turbis in via. Profert autē de psalmo exemplū. vt tacente dño testimoniū scripturarum firmaret dicta puerorum. quasi diceret Uos qui estis legisperiti debetis scripturā hanc scire et per ꝯñs me nō reprehendere. Ubi cris. Intellimus quia infātes dicebantur non etate sed simplicitate cordis. Infantes enī lactātes nec itelligere aliquem nec laudare pñt. Lactantes ei dicebātur quoniā q̄si lactis suauitate ita mirabiliū delectatione excitati clamabant sicut scriptum est. sed exaltaui aīaȝ meā sicut ablactatos super matrē suaȝ lac enī ꝺr opus miraculorū quia miracula nullum laborem videntibus ponūt sȝ videntes admiratione delectant et ad fidē molliter inuitant. Panis est doctrina perfecte iusticie quā accipere nō pñt nisi exercitati sēsus circa res spirituales hec cris. Et oīa simplex doctrina lac dicitur quia delectat ꝛ faciliter capitur sicut lac sine dolore dentium sugitur

Oratio

Generale terroris tui dñe signum fecisti quādo flagello de funiculis facto omnes de templo eiecisti pretendēs ī oculis flāmā tue diuinitatis ꝓcor ꝛ obsecro dñe te da michi te terribilem presentem attendere vt sancto te timeā timore. Magna enim sunt iudicia tua dñe et inscrutabilia que cū considero cōtremiscūt omnia ossa mea quoniā nō securatur homo viuēs sup terrā sȝ in futurū oīa reseruantur incerta vt sꝑ seruiamus tibi pie et caste in timore et exultemus tibi cum tremore. Amen.

De duobus minutis vidue ꝛ de pharizei et publicani oratione. Cap. xx.

Tsedēs ies⁹ cōtra (gazophilatium) i. diuitiaꝝ repositoriū (aspiciebat eos qui mittebāt) et ponebant (munera sua) i. oblationes in illud. Erat autē gazophilatium archa foramē desup habens iuxta altare ad dexteram posita ī q̄ mittebatur et seruabatur pecunia pro sustentatiōe edificiorum tēpli et alijs que erant ad templuȝ et misteriuȝ necessaria nec non pauperibus et viduis inde nutriendis ac ꝓ sacerdotibus et ministris. Dicit autē gazophilatiū porticus vbi tales arche et oblationes seruabant de q̄ etiam alibi in

Ambrosius / Origen. / Augustinus / Gregorius / Hieronimus / Moraliter / Crisosto / Crisosto / Crisosto / Lu. xxi. Lu. xviij et marci xi.

euangelio dicitur hec locutus est iesus in gazophilatio docens in templo. Unde beda. Quia sermone greco philaxe seruare dicitur et gaza lingua persica diuitie vocātur gazophilatium locus appellari solet quo diuitie seruantur quo nomine et archam in qua donaria populi congregātur ad vsus templi necessarios et porticus in quibus seruabantur appellabant. hec beda. Et cum multi diuites multa mitterent (videns quandā viduā pauperculā mittātē erea minuta duo) i. duos nummos ereos valentes quadrantem seu quartā partē cycli. i. obolos quinque quos cum sudoribus ad victurum victum acquisierat (dixit) discipulis suis quod plus omnibus misisset quia miserat de penuria sua et sibi necessaria omnia que habuit et totum victum suum. i. omnia necessaria corpori sine quibus non est viuere se de cetero in totū cōmittēs deo. Alii vero ex supabūdātī sibi et supfluo miserūt quod non debebāt retinere sed erogare. Non dicit quod miserunt quod abundat sed ex eo quod abundat illis et ex abundātī ad denotandum quod non dederūt totum superfluū sed partem modicā. Sacerdotes quippe qui erant auari docebant quod ille qui plus offerebat in templo absolute loquendo plus habeat de merito quod falsum est quia quantitas meriti non accipitur secūdū quātitatem doni absolute sed per cōparationē et facultatem dātis et promptitudinē sue voluntatis et deuotionis. Unde secundum doctrinam sacerdotū multi diuites iactabāt munera multa et magna sed secundū xpi sententiā vidua hec pauper plus oībus misit non absolute loquēdo sed considerata facultate et bona voluntate sua non affectu ponderis sed affectu deuotionis non plus in quātitate sed in caritate vt dicatur plus quia ampliori desiderio et feruore quod enim potuit misit et quod non potuit desiderauit item plus comparatione quia totum dedit itē plus dati qualitate quia de sibi necessario itē plus diuina acceptione quia xps plus approbauit. Prefertur ergo diuitibus vidua paupcula quia plus est pauperi dare modicū quam diuiti dare multū sicut plus est puero ferre pondus paruum quam forti viro ferre magnum et deus plus attendit dantis affectū quam donū et plus ponderat quantitatem deuotiōis quam muneris vnde hiero. Non quātum sed ex quanto dederis cōsiderat deus Et greg. Cor namque et non substantiā pēsat deus nec perpendit quantū in eius sacrificio sed ex quanto pferat Unde etiam cris. Nō etiam paucitatē oblati sed copiā affectus intuitus est deus. Quod si neque tantum offerre sicut et vidua offer saltē totū supfluum hec cris. Si autem bina minuta que vidua misit in archam plus omnibus muneribus deo placuerunt sic amor dei et proximi omnia vicit qui semper in archa cordis seruari debet per duo etiam minuta animā et corpus accipere possumus que deuote deo offerre debemus. Moraliter autem hec vidua pauper dici potest persona simplex carens diuitiis et scripturarum notitia que tamen apud deum plus meretur orationibus et vita quam potētes in tēporalibus et magna scientia Unde cum aug. legisset vitam pauli simplicis dixit. Simplices et indocti rapiunt celū et nos cum litteris nostris demergimur in infernum. Ista quoque vidua signat cuiuslibet fidelis animam que nunc debet se reputare viduam quamdiu est ab amplexibus sponsi sui christi separata et sicut vidua ducit semper vitam lugubrem et induit vestes viduitatis sue sic anima deuota debet esse in luctu pnie et corpore et mente in hūilitate. Hec debet offerre xpo duo minuta. i. affectū compassionis verbi et facti et quandoque verbum compassiuū bene valet factum et quandoque melius est quam datū. Unde theo. vidua ista anima hominis est relinquens sathanā cui fuerat adiūcta que mittit in templi erario duo minuta carnem scilicet et mentem carnem quidē per abstinentiā mentem vero per humilitatē vt sic audire valeat quod totum victum suū posuit nichil de suo relinquens mundo vbi et beda. Hic nobis locus mo

raliter quidē intimat quod sit acceptabile deo quicquid bono animo attulerimus. Iuxta vero leges allegorie diuites iudeos designant de iusticia legis elatos. Uidua pauper ecclesie simplicitatem designat que recte paupercula vocatur quia vel superbie spiritum vel concupiscentias tpalium vel peccata tanquam mūdi diuitias abiicit Uidua vero quia vir eius pro ea mortem pertulit hec in gazophilatium era mittit duo minuta quia in cōspectu diuine maiestatis cum dilectione dei et proximi seu fidei orationisque munera defert que considerata pprie fragilitatis minuta sed merito pie deuotionis accepta cunctis superborum iudeorū operibus pstant ex abundātia sibi iudeus mittit in munera dei qui de iusticia sua psumens hec apud se orat quasi nō apud deum deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hoīm raptores iniusti. Omnē autē victum suum ecclia in dei munera mittit quia omne quod viuit non sui meriti sed dei esse muneris intelligit dicens: appitius esto michi petōri hec beda (Dixit autē tūc iesus et ad quosdā) quasi singulares et se aliis pponētes (qui in se cōfidebant) et de ppriis meritis psumebāt (tamquam iusti) pro operibus suis exterioribus (et aspnabāt ceteros) tanquam iniustos et sic dupliciter superbiebāt scilicet quia de meritis cōfidebāt et quia ceteros despiciebant et iniusti nō erant quia humilitatē sine qua nullus iustus ē nō habebant pabolā de pharizeo apparente iusto et publicano peccatore publico ascendētibus in templū et orantibus In templū ascendebāt quia templū in alto sitū erat et ascensus xv graduum habebat (vt orarent) quod est finis debitus eundi ad ecclīam scilicet ad orandum nō ad cōfabulandum nō ad vanitates videndū. Phariseis quippe loquebatur dñs qui inde pharizei i. diuisi dicuntur quia apparentes iusti se pre ceteris meliores esse putabant Hiis autē vnū pharizeū dñs opposuit in quo quasi in speculo ceteri quales erant videre potuissent. Et fortasse idem ipse pñs ibi erat de quo dñs ista dicebat vbi theo. Causa igitur cōfidentium in se non autē totū attribuētiū deo sed ob hoc ceteros cōtemnentiū parabolā proponit ostendens quod iusticia quamuis hominē approximet deo si tū assumat superbiam ad infimū deiicit hominē. Est autem superbia dei contemptus. Quotiens enim aliquis non deo sed sibi ascribit bona que facit quid est aliud quam dei negatio hec theo. Phariseus superbus se iactabat et iustificabat alios accusabat et se eis preferebat dicēs. (Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominū. Ieiuno bis in sabbato) i. in septimana (decimas do omnium que possideo.) Hec autem sunt indicia superbie quam deus a longe cognoscit sed non ignoscit. De vtraque parte iusticie se laudat quarum vna est declinare a malo altera facere bonum. De prima se laudat dicens non sum sicut ceteri hominum de secunda dicens ieiuno bis in sabbato pharizeus ergo bene dicitur quasi diuisus quia gestu habitu et conuersatiōe erat a ceteris distinctus. Uerū dicebat (nō sum sicut ceteri homines) et verū dicit non quidē in iusticia sed in superbia. Male quippe incepit debuit enim incipere a sui accusatione secundū illud prouerbiū. Iustus in principio accusator est sui in medio supplicare et orare in fine gratias agere. Sicut sacerdos facit in missa sua Primo enim accusat se in generali confessione. Secundo deum suppliciter deprecatur multiplici oratione. Ultimo deo regratiatur dicendo ite missa est vel benedicamus domino et respondet deo grās. Ipse autem nō se accusauit sed laudauit non deum rogauit sed laudanti insultauit nec grās agendo dei dona sed sua merita pēsauit. Publice quidē arguere vicia omnibus licet nulli aūt nisi paucis vt ad certā personā descendant in quo pharizeus reprehensibilis erat scdm bedam. De verbis elati pharizei quibus humiliari meruit possumus e diuerso humilitatis formam qua sublimemur assumere vt sicut ille conside-

Margin notes: Beda; Hiero.; Grego.; Criso.; Morali.; Theo.; Beda; Beda

ratis et peiorū vicijs et suis virtutibus est elatus ad rui nam ita nos nō nostra solū pigricia sed et meliorū virtutib⁹ inspectis humiliemur ad gloriam. (Et publicanus) hu milis (a lōge stans) propter timorē quasi nō esset dign⁹ appropinquare (nolebat nec oculos in celum leuare) ppter pudorē quia iudicabat se indignum pre verecūdia peccatorū quasi pro peccatis nō audēs respicere celum (sed percutiebat) ppter cōtritionis dolorē (pectus suū) tanq̄ totius mali originē (dicens) p humilē confessionem (Deus) q̄ oīa potes (ppitius esto michi peccatori) ecce sui accusatio et pura confessio et ista faciunt ad peccato rū remissionem. Hec eīm sunt indicia humilitatis quam deus de prope aspicit et cognoscit. Merito autē pect⁹ p cutiebat quia ibi peccauerat ibi fons et fouea et origo mali erat. Ibi enim est cor bonorum oīm atq̄ malorū se cretariū. Inde omīa bona ⁊ omnia mala pcedūt. Hoc q̄ publicanus pcutiebat quia sm aug. est arguere qd latet

Augustinus

in pectore et euidenti pulsu occultum peccatum castiga re ac pectus percutiendo se de ipso quodāmodo vindi cabat et dicebat (de⁹ ppitius esto michi peccatori) Nō attendas huius preui cordis consilia dele peccata et p pitius esto. Michi in me est vnī tibi placere et veniā con sequi debeā qm̄ corde et corpore cogitationibus et opa tionibus tibi peccaui. Omnibus iniquior ego sum et ni si per misericordiā tuā saluare nō possū. Ideo q3 (ppici⁹ esto michi peccatori) Publicanus quasi publicus petōr dicitur. Publicani eīm dicebantur exactores vectigaliū publicorū et exactio tributi erat cōtra legē idō exactores peccatores vocabant. Iste ergo sicut hūilis appropinq̄ re non audebat vt deus ad eum appropinq̄ret non aspi ciebat vt aspiceretur percutiebat pectus suum penas de se exigens vt deus parceret cōfitebatur vt deus ignosce ret et non minus se accusabat q̄ phariseus se iustifica bat. Sed quo fructu qua mercede quia ignouit deus qd ipse agnouit et iustificatus inde recessit vnde sequitur (Amen) id est vere (dico vobis descēdit) s. de domo dei (hic) s. publicanus (iustificatus) i. de impio per gratiā factus iustus (in domum suam ab illo) i. plus q̄ ille vel (ab illo) i. pre illo remanente in fecibus suis et merito magis q̄ ille quia habebat ille iusticiam suam presūptā hic veram ille apud se de operibus hic vero apud deum ex fide iustificatus est ille enim superbe de bonis glori abatur hic humiliter mala confitebatur. Sed scdm aug.

Augustinus

Melior est in malis factis humilis confessio q̄ in bonis superba gloriatio. Et hic est argumentū q̄ melior ē pec cator humilis q̄ iustus superbus quia eo ipso q̄ pecca tor se hūiliat iam non est peccator et iustus eo ipso q̄ su perbit iam non est iustus vnde aug. Enumerationi me

Augustinus

ritorum prefertur cōfessio peccatorū. ppter qd dicit. Gau dium est angelis dei super vno peccatore penitētiā agē te q̄ super nonaginta nouē iustis qui nō indigent penitē tia. i. qui non reputant se indigere illa. In quo miro mo do reprimitur superbia humana vt non de suis meritis homines presumant. Ubi beda q̄tam venie fiduciam di

Beda

gne penitētib⁹ prebet q̄ publicanus q̄ reatū sue nequi cie perfecte cognouit sicut cōfessio est ⁊ si iniustus ad tē plum venit iustificatus a templo rediit. Ubi et amb. In

Ambro

troducit phariseum et publicanū in tēplo orātes ⁊ do cuit etiā si bona cetera habeat q̄ magis superbus offen dat q̄ humilis qui nulla virtutū dote subnixus sit. Stu dent eīm dyabolus supplantare bonis operibus intētos quantū laborauit phariseus ille ne raperet aliena ne in iustus esset ne adulteraret ne peccaret sicut publicanus vt bis in sabbato ieiunaret vt decimas daret omnium que acquireret. ¶ Quis nostrum hec fecit. Aduertit hoc dyabolus et perfodit eum vlcere graui vt mente car nis inflatus in eo in quo laudabilis fore crederetur ibi reprehensibilior iudicaret hec ambro. Hic ergo ostēditur

Basilius

non ex operibus esse gloriandū sed hūiliter in grā cōfidē dum vnde. Basilius. Cū accesseris ad pdicandū dñm p sterne te ⁊ humiliter in conspectu eius nec postules quic q̄ quasi ex gratia meritorū tuorū. Et si est tibi cōscientia alicuius boni operis cela illam vt te silentiū agēte mul tipliciter tibi restituatur a dño ⁊ peccata tua cito produc in medium vt deleat ea deus cū cōfessus fueris ea. Non tu iustifices orans ne sicut phariseus ille exeas condem natus Memento publicani vt ita sicut ille veniam de lictorum tuorum inuenias hec. Basilius. Ubi ⁊ cris. Ge

Criso.

minas aurigaor duas bigas in stadio positas sermo pre sens proponit. In altera quidē iusticiā cum superbia in altera peccatum ⁊ humilitatem. Et vides bigam pecca ti superare iusticiam non pprijs viribus sed humilitatis coniuncte illam vero deuictā non fragilitate iusticie sed mole et timore supbie. Nam sicut humilitas per sui emi nentiam peccati pondus superat et saliens attingit deū sic superbia ob sui molem de facili iusticiam deprimit Si ergo plura facta strēnue geras putas autem te posse pre sumere tota caruisti orōne. Si vero mille feras in cōsciē tia fasces reatuū et hoc solum de te credas q̄ es infimus omniū multam obtinebis ante deū fiduciam. Hec igitur fastus inflatio ab ipsis celis pōt deprimere non cauentē humilitas vero et ab ipso abysso reatuū hominem subli mare Hec enim pre phariseo publicanum saluauit latro nem ante aplos in paradisum duxit illa vero incorpore am ingressa est ptātem. Ceterū si iuxta delicta hūilitas tā facile currit vt superbiā iusticie transeat si iusticie cōiū xeris eam quo non ibit. Assistit ipsi tribunali diuino ī me dio angelorum confiducia multa. Rursus si fastus con iunctus iusticie eā deprimere potuit si cōiunctus sit pec cato in quantā gehennam detrudet. Hec dico non vt ne gligam⁹ iusticiam sed vt fastū vitemus hec cris. ¶ Dein de sue sententie causam assignās s. quare publicanus ma gis iustificatus descendit consequēter infetēdo subiūgit (Quia omis) generaliter sine exceptione. s. siue laicus si ue clericus siue religiosus itē siue paruus siue mediocris siue quantuscunq3 magnus (qui se exaltat) superbiendo sicut fecit phariseus (humiliabitur) ⁊ deiciet vel ī hoc seculo per miseriā vel in futuro p penā eternā (et q̄ se hu miliat) spōte per verā penitētiam ⁊ petōrū cōfessionē (ex altabit) in gloria per remunerationē. Nā scdm sap. Ante ruinā exaltatur cor et ante gloriā hūiliatur. Et vt vulga riter dr non est vallis q̄ non habeat collem nec est collis que non habeat vallē. Sicut ergo publicanus se humili ando est exaltatus ita et phariseus se exaltādo ē hūili atus. ¶ Sicut eīm in statera materiali vna parte depres sa altera eleuatur ⁊ econuerso sic in statera diuine iusticie decretū est vt qui eleuantur p supbiā in pnti vita depmā tur per penā confusibilē in futuro ⁊ econuerso q̄ se depri mūt in pnti ob dei reuerentiā eleuabuntur in futuro ad gloriam. Si ergo sic rephenditur ⁊ confunditur q̄ supbe gratias agit et cetera bona facit qd de illo erit qui gratiā impugnat ⁊ non bona facit. Certum itaq3 tene supbe q̄ si humiliatus non fueris deo velis nolis hūiliaberis dya bolo. Et ideo caueat quisq3 ne sibi superbia dñetur quia

Augusti

vt ait aug. Ue homini cuius auriga superbia est necesse ē eīm vt in preceps eat. Si consideremus exitum rei ī luci fero superbiente ⁊ xpo humiliante in eua elata ⁊ in virgi ne humiliata in diuite purpurato et in lazaro vlcerato in phariseo se extollente ⁊ publicano penitente videbimus manifeste q̄ uerum sit qd hic dñs dicit quia omnis qui se exaltat humiliabit ⁊ q̄ se humiliat exaltabitur. Et idō be ne dicit quidā phs. Inter sapientes sapiētior est qui hu milior ē. Hic autē versiculus s. (omīs qui se exaltat hūili abitur et qui se humiliat exaltabitur) totiēs a dño in euā gelio iteratur vt deprimat superbiā quā sup oīa vicia de testatur et humilitatem cōmendat quā sup omnē virtutē et sepius laudare dinoscitur. Radix eīm omniū malorū su perbia et custos omniū virtutū humilitas est. Uñ theo.

Theo.

Quia enim superbia plus q̄ alie passiones vexat homi num mentes ideo crebrius de hac monet. Uñ. Cris. Si

Crisost.

mus itaqz humiles vt simus excelsi etenĩ cum abundantia multa humiliat despectio. Nichil ei ita deus auertit sicut superbiam, ppterea z a pncipio oĩa fecit vt hãc auferat passionem propter hoc mortales facti sumus z in miserijs et planctibus, ppter hoc in labore et sudore i laboratione cõtinua et miseria. Etenĩ a despectiõe peccauit pmus homo expectans dei equalitatẽ, ppter hoc neqz q̃ habebat mãsit habens sed ab his cecidit. Tale enĩ quid est despectio non solum nullam nobis adijcit correctionez vite sed et q̃ habemus abscidit et his officit sicut humilitas non solũ eorum q̃ sunt nichil abscidit sed et q̃ nõ sunt adijcit. Hanc itaqz zelemur hanc persequamur vt et presenti potiamur honore et futura fruamur gloria. Mystice p phariseum iudaicus pplus designatur q̃ ex beneficijs legis et prophetarũ susceptis de sua sanctitate presumens gentiles aspnabatur p publicanũ vero gentilis qui peccata sua a pl̃is pdicantibus recognoscens humiliter ea cõfitebatur, ppter qd̃ gẽtilis iustificatus est p fidei xp̃i receptionem et iudaicus dãnatus per suam obstinationez. Unde beda. Tipice autẽ phariseus est populus iudeorum qui ex iustificationibus legis extollit merita sua publicanus vero gentilis est qui longe a deo positus confitetur peccata sua quorũ vnus superbiendo recessit humiliatus alter lamẽtando appropiquare meruit exaltatus ¶ Moraliter hi duo homines signant vniuersitatẽ hominũ scilicet iustos phariseus z impios publicanus vterqz dñt ascendere in templum ad orandum impius pro venia iustus p perseuerantia. In templum autẽ spũale qd̃ est de⁹ debemus ascẽdere orando q2 fm Dam. Oratio est ascẽsus mentis in deũ et fm aug. oratiõ est pius affectus mẽtis in deũ directus (Principes autẽ sacerdotũ) s. põtifices qui in spũalibus perãt (z scribe) q̃ doctrine legis z pphar intẽdebãt (Et pncipes plebis) qui cũ tpalibus disponẽdis psidebant moti 𝔷 iesum inuidia et rancore (q̃rebãt eum perdere) q̃ tñ venerat eos saluare excogitãtes diuersas vias z modos quomodo possent illum occidere. Unde bern. O bone iesu totus mundus videtur contra te cõiurasse z hi in persecutione tua primi sunt qui videntur regere populum dirigere principatum (et non inueniebant quid facerẽt illi) id est causam rationabilem eum occidendi cum esset iustus et innocentissimus nec etiam audebant timore populi quia (omnis populus audiebat illum et admirabatur sup doctrina eius.) Unde beda ¶ Querebant illum perdere vel quia quotidie docebat in templo vel quia latrones eiecerat de templo vel quia veniens illuc quasi rex et domin⁹ a credentiũ turba laudem ymni celestis accepit vel quia suo magisterio neglecto pl̃es ad eum audiẽdum confluere cernebant. Ubi et Cyrillus. ¶ Decebat autẽ ex his q̃ xp̃s dixerat et fecerat eum adorare vt deũ sed ipsi nequaq̃z hoc facientes querebant eum occidere. Sed vt ait greg. Redemptor noster predicationis verba nec indignis nec ingratis subtrahit nam subditur. Ec erat tunc docens quotidie in templo reddens eis bonũ pro malo. ¶ Quia enim erat proximus passioni instabat docendo. Ecce optima commutatio quia de domo negotiationis facta est scola veritatis templum orationis locus deuotionis. Ubi greg. Nunc usqz agitur quod factum fuisse perhibetur. Cum eñ mentem fideliũ ad cauenda subtiliter erudit quotidie veritas in templo docet. Et stetit iesus publice in templo predicans populo et respondẽs principib⁹ vsqz q̃si sero et tota die ipi z sui ieiunaunt. (Et circumspectis oĩbus cum iam vespertina eẽt hora.) q̃ erat hora declinãdi ad hospitiũ z nullus eum inuitaret vel colligeret relictis illis (exijt) de ciuitate et redijt (in bethaniam cum duodecim) vt quod in vrbe magna non inueniebat in agro puo haberet hospitiũ ibiqz mansit apud marthaz et mariam et lazarum ei docebat eos de regno dei. Ubi arguitur duricies et ingratitudo iudeorũ qui doctorẽ quẽ gloriose et honorifice vt reges z gaudiose susceperãt z qui per totã diẽ vsqz ad vesperã eos doctrina pauerat hospitio non susceperũt z famescentem non pauerunt. Ircũspexit enim dñs q̃ nihil de pprio vbi hospitaretur habuit sed omni beniuolentia indiguit si quis eũ in domũ suam vocaret vel reciperet et nullus est inuentus benedictione pacis christi dignus. Unde in hoc q̃ dimisit eos corporaliter oñdit facto eos propter ipsorũ cecitatem esse dimittendos a deo spũaliter Ubi hiero. Hinc autẽ intelligendũ est q̃ christus sue tit tante paupertatis z ita nulli adulatus sit vt in vrbe maxima nullum hospitem nullamqz mansionem inuenerit sed in vico puulo apud lazarũ sororesqz eius habitaueris. Eorũ quippe vicus bethania est. Ubi z Cris. Et relictis illis tanq̃z excecatis per inuidiã abijt foras extra ciuitatem in bethaniã vt recedendo compesceret quos rũdendo non potuit quia malicia non instruitur fmonibus sed excitatur. Malũ eñ hoiem melius locũ dando potes vincere q̃ respondendo. Nam si contendis irrationabilẽ placare z illũ non placas et teipsũ subuertis. ¶ Et mansit ibi apud lazarũ z sorores eius vt illic requiesceret corporaliter vbi et spiritualiter repausabat. Nã sanctorũ virorum est non ibi querere mansionẽ vbi clariores sunt viri sed vbi fideliores nec gaudent vbi epule large sunt sz vbi sanctitas floret. Hec cris. Ubi etiam beda. Bene autẽ dr quia circumspectis omnibus exiuit in bethaniam. Inspicit quippe internus arbiter omnium corda z cũ in cõtradicentibus ac resistentibus veritati non inuenit vbi caput reclinet secedit ad fideles et in eis qui obediunt verbo mansionẽ sibi vna cum patre facere gaudet bethania namqz domus obedientie dr. Hec beda ¶ Nota ergo ex premissis q̃ xp̃s tria loca intrauit. s. hierusalem templum et bethaniam per que loca significatur mens humana q̃ debet esse pacifica et tunc est hierosolima q̃ interpretatur visio pacis. debet esse dei habitatio grata et tunc est templum dei viui acceptum. debet etiam esse ad obediendũ prona et tunc est bethania que interpretatur dom⁹ obedientie. Ingrediente autẽ dño in primũ locum. s. hierlm tota ciuitas est commota q2 intrante dño animã per gratiam preuenientẽ omnes vires anime debent cõmoueri p dolorem z contritionẽ peccati. Cum vero intrauit templum eiecit vendentes z ementes ac mẽsas et cathedras euertit quia postq̃z christus itrauit in cor hominis p gratiam preuenientẽ mouendo ipsũ ad contritionẽ intrauit postea in ipsum per gratiam proficientẽ purgando illud et eiiciendo inde peccata per confessionem z tunc xp̃s sanat illud dando indulgentie remissionem vñ subditur ibi de ĩfirmorũ sanatiõe. Deinde xp̃s intrauit bethaniã que interpretatur domus obẽe q2 postq̃z intrauit cor p grãm preuenientẽ z pficiẽtẽ inducendo ipsum ad cõtritionẽ et confessionẽ consequenter intrat per grãm pficientẽ ipsũ per obedientie satisfactionẽ ille enim vere obedit q̃ de oĩbus peccatis suis plene satisfacit. Conspice igitur nunc bũ dñm quia valde humiliter vadit per ciuitatem cũ illis paucis qui sic honorifice venerat mane cum multis. Ex quo potes considerare q2 parũ est curandũ de humano honore qui sic terminatur in breui quia in cursu hui⁹ vite risus dolore miscetur z extrema gaudij luctus occupat. Potes etiam considerare quõ sui gaudebant quãdo honorabatur a turbis z multo magis quando bethaniaz reuierunt illesi quia maxime timebãt quando ihrl̃m ibat quod tunc qualibet die faciebat. Quãuis eñ al's sepe maxime ihũs precedenti die sabbati vsqz ad vigiliã cene locutus est iudeis z operatus est palã in hierl̃m (Erat autem tunc quotidie docens in templo) ppter doctrine auctoritatẽ loci celebritatem ac populi frequentiam et auditorum plurium vtilitatem (noctibus vero exiens morabatur in monte oliueti). s. in bethania que erat in latere montis eiusdem vigilans et orans ac docens discipulos et consortans. In hoc dedit exemplum predicatoribus et doctoribus euangelij vt diebus doceant et no-

etibus sint in orõne dei. Ut ibidem hauriant qd audito ribus infundent in mane sequenti. Siue etiam in prospe ritate simus que per diem significatur siue in aduersitate que per noctem intelligitur sp doceamus et orem⁹ ac bonum faciamus in qñtum valeamus. Unde Sap. Mane se mina semen tuum et vespere ne cesset manus tua quia ne sciens quod magis oriatur hoc an illud. Et vtrumqz si mul melius erit. Per mane enim intelligi potest tẽpus pacis et prosperitatis et per vespere tempus temptatio nis et aduersitatis in quibus semper bonum operari nec tempore hoc vel illo a bono opere cessare debemus quia quid horũ maiorẽ fructum nobis afferat ignoramus. Et hec facere debemus in monte oliueti .i. in culmine mise ricordie ad proximũ non enim meretur impetrare miseri cordiam a deo qui non facit mĩam cum proximo. Et est notabile q imminente morte magis instabat christus p dicationi qd est contra multos q in senectute dãt se otio et quieti cum adhuc possent multorũ prodesse saluti (Et omnis apostolus) attractus efficacia et dulcedine et do ctrine sue (manicabat) .i. mane festinabat (ad eum in tem plo) vt audiret ab eo verba vite hoc est mane cum festi natione accelerabat venire ad locum predicationis sue a mane enim dr manicare. Ubi cyril. Populus autem an telucanũ venienti ad eum congruum erat dicere. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Et quia dñs sic diebus et noctibus tunc pcipue laborauit ideo tota illa septima na penosa dr quia per totã illam laborauit recreando sic per primã mundi ebdomadã operatus est creãdo. Et qui vna septimana cuncta creauit multo labore hac septima na hominem refecit. Unñ beda. Que verbis precipit do minus suis confirmat exemplis. Nam qui nos an repen tinũ iudicii vniuersalis aduentum aũ incertum singulo rũ nostrum exitum delitiis simul et curis hui⁹ vite negle ctis ad vigilandũ hortatur et orandũ et ipse impẽdente sue tpe passionis doctrine vigiliisqz et precibus instat pariter et exemplo insinuans hoc esse digne deo vigilare dicto vel facto proximis quibusqz viam veritatis ostẽdere et eos pro quibus passurus erat vel verbo ad fidem prouo cans vel patri oratione cõmendans. Et nos quoqz cum inter prospera sobrie et iuste et pie conuersamur inter ad uersa vero nunqz de diuine misericordie celsitudine despe ramus diebus profecto cũctis in templo docemus et fide libus operis boni formã prebem⁹ noctibus vero in mõte oliueti moramur qz i tenebris angustiarũ gaudii spũalis cõsolatiõe respiramus iuxta eum qui dixit ego autem si cut oliua fructifera in domo dñi speraui in misericordia dei mei .i. sicut is qui misericordie fructũ qb⁹ voluit ipẽ dit ei a dño miserẽdũ esse non ambigo. Et ad nos qz au diendos oĩs populus manicat cũ vel discussis opibus te nebrarũ vel eiectis dei gratia nebulis pssurarũ sicut i die honeste ambulantes nõ in cõmessatiõib⁹ et ebrietatibus nos filii lucis instantur. Hec beda.

Beda

Oratio.

Deus omnipotens presta michi pauperi tibi dere licto vt duo minuta .s. corpus et animã q̃ de te ha beo tibi cũ deuotione offeram vt vtroqz tibi serui re et placere valeam. Miserere supplici tuo quia non sũ sicut innumeri serui tui iusticie merito gloriosi velut eti am multi post flagitia pnitendo tibi facti deuoti. O de⁹ propitius esto michi peccatori et respice me oculis mise ricordie quibus publicanum respexisti vt per veram cor dis oris et operis humilitatem coram te merear iustifica ri et cum hominibus exaltari. Amen.

¶ De maledictione ficulnee et grano frumenti et de prin cipe mundi. Cap. xxxi.

Mat. xxi. lo. xii.

Sequenti autẽ die scz feria secunda iterum (mane) et diluculo exiens the sus a bethania et rediens in hierusalem (esuriit) se cundum suspitionẽ discipulorum eo q ad arborẽ accessit

Ubi nota morẽ studiosi opatoris dñ dicitur (mane) re uertisse in ciuitatẽ vt predicaret et vt aliqs deo pri acqui reret (Esuriit) autẽ nõ quasi hõ indigens cibũ corpalẽ sz quasi deus misericors humanã salutem. Ubñ ista esuries naturalis non fuit qa in sero precedenti comederat nec adhuc hora comedendi erat sz sicut maledictio arboris de qua subditur figurabat maledictionem infructuosi sic ista esuries significabat desiderium xpi de salute po puli. Et ideo adhuc mane esurit q iusticiã esurit (Et vi dens arborem fici) inter bethphage et mõtẽ oliueti (se cus viam accessit ad eã) et nullum in ea fructũ nisi tm fo lia inueniens maledixit ei dicẽs (nunqz ex te fructus na scatur in sempiternũ et statim aruit) Uenit dñs ad ficul neã non causa inueniẽdi fructus qbus esuriens reficeret sciebat q in marcio tps ficuũ non eẽt sz adiuit ,pter mi raculum vt aplos ad fidem cõfirmaret. Unñ fm. Crisost. Maledixit dñs ficulnee non q̃ fructum in illa non inue nit cum non esset tps ficuũ sed discipulorũ grã vt cõfide rent et vt discerent q posset etiaz iudeos psequentes sic care et in momento exterminare. Ideo neqz in alia plan ta sed in oĩm humidissima miraculum hoc fecit vt et hinc maius appareat hoc miraculũ Ad hoc ei dñs miraclm fecit vt discipulos in fide solidaret quia vt ait hiero. Do minus passurus in pplis et baiulatur⁹ scandalum crucis voluit discipulorum añios signi anticipatione firmare. Qd etiam in signũ synagoge maledicte et arefacte iesus fecit in qua fructus iusticie nõ inuenit. Arbor eñ fici est synagoga propter multitudinem granorũ sub vno corti ce .i. hoĩm sub vna lege et vna propter vniformitatem ri tus quia secus viaz erat quia legẽ habebat sz nõ i via q non credebat in xpm qui est via ad quã venit p pñtiã cor poralem et p doctrinã spũalẽ. (Et nichil inuenit i ea) lz multum q̃sierit exemplis doctrinis signis et miraculis (nisi folia) .i. verba legis et traditiões phariseo𝔯 absqz vi lis fructibus. Scti eñ hñt et folia verborũ et flores mo rum et fructus operũ. Per talẽ etiã arborẽ virẽtẽz foliis et carentẽz fructibus possunt intelli ypocrite et simulati existentes extra viam iusticie et non in via positi per si mulationez virtutum foliis circũdati sz a fructu iusticie alieni quia exteriorẽ apparẽtiã sctitatis habẽtes interi⁹ sunt vacui ab operibus veritatis et ĩfructuosi et iõ a do mino maledicti fiunt aridi et huore deuotionis pñuati. Unde criso. Folia veritatis sunt spẽs tñmõ sctitatis in hoĩe aut sine fructu verba religiosa. Quicũqz ergo reli giosus .i. arbor rationabilis profitet se esse dei et iusticiaz nõ opatur est arbor tñmõ foliis habẽs sine fructu. Sec⁹ viam autẽ est iuxta mundũ mundus eñi via est cõis per quã oẽs transeũt qui nascuntur. Quicũqz g hõ fidelis .i. arbor rationabilis iuxta mundũ vixerit nunqz põt in se iusticie fructus tenere. Transeũtes eñ et retrãseũtes de mones vel ministri ipso𝔯 per viam .i. vagantes per mun dum istuz excutiũt eos. Sicut ergo difficile est arborẽ iu xta viaz positã fructus suos vsqz ad maturitatẽ seruare sic difficile est viruz fidelẽ iuxta istuz mundũ viuentem in ramis .i. in actibus suis iusticiã immaculatã vsqz ad fi nem fuare. Si vis ergo fructus iusticie ad finẽ tenere re cede de via et planta in loco secreto vt nec mundus te cum aliquid habeat cõe nec tu cum mundo. Hec criso. Cum itaqz esuriens dñs ficus q̃siuit aliquid aliud se q̃ rere significauit non eñ ficus sz fidem neqz fruct⁹ arbori sz fruct⁹ operis q̃siuit. Ex hoc ergo fm bedã pz q sic do minus multa dixit in parabolis ita et fecit. Cur eñi in fi cu fructum q̃reret cuius tps nõdũ esset q̃libet homo sci ret et ob id eam eterne sterilitatis malediciõe dãnaret quia plebẽ quã docebat verbo terruit facto ne qs habẽs folia .i. verba iusticie sine fructu opm mereatur excidi et in ignem pici. Unaqqz eñ arbor nõ de floribus nõ de foliis sed de fructu suo cognoscit sic vnuqsqz homo non de estimatione fame vel sermonis pompa sz de suorum

Criso.

Hiero.

Criso.

Beda

testimonio probatur actionū. Hec aūt maledictio ficus maxime in nobis timenda est quis folia .i. verba nō ver= tamus in opera. Jam eī securis ad radicez posita est. Et ingressus ihs in ciuitatem venit in templū fm suam con suetudinem qz semper locū dei visitare cōsueuit et patri exhibere honorem. (Erant aūt gentiles quidaz ex his q ascenderant in irlm vt adorarent in die festo) quia tem= plum pro sui sanctitate in reuerentia a gentilibus in cir= cuitu iudeorū erat et ei⁹ famositas nō tm̄ latinos z iude os sed et gentiles trahebat vt de eunucho candaci regi ne patebat. Jsti ergo q̄ xp̄i miracula audierant ideo euz videre et eius doctrinā audire volebant. Et (accesserūt ad philippū) quia videbant eū piū et mansuetū et se nō reputabant dignos vt venirent per seipos (et rogabant eum dicentes. Dñe volumus ihm̄) et saluatorē oīm (vi= dere.) Et congruenter ad philippū accesserunt primus qz ipse primus predicauit gētibus scz samaritanis ¶ Jn his gentilibus p̄figurabatur conuersio gentiū p p̄dicationē apl̄orum in primo secuturā et q̄ gentes ministerio eo= rum ad fidem conuerse desiderent ihesum glorificatum in patria. (Uenit philippus et dixit andree) quia andre as primus christi erat discipulus z magis familiaris do mino q̄z philippus et etiā quia philippus per andream conuersus fuerat et ideo consilio et auxilio eius circa h̄ se re volebat ¶ Jn quo datur nobis exemplum omnia faciendi de consilio maiorum. (Andreas rursum et phi= lippus dixerunt) ambo simul hoc domino (ihesu) tanq̄ superiori. Mystice philippus qui os lampadis dicitur sonat veritatem andreas autem virilis que duo intel= ctum et affectum xp̄o adducunt in conuersione anima= rum. Jhesus vero audiens deuotionē gentiliū qui iam erant dispositi ad credendum: vidēsqz eos pparere ad fidē eintelligens in eis quodāmō inchoari gentium conuer sionē prenūciauit sue passiōis tp̄s īminere post quā pas sionem immediate gentes erant recipiende. di (Uenit ho ra vt clarificetur filius hoīs) q d iudei nolunt credere q̄s ipsorū volui lucrificare plenitudo gentiūz creditura est qz veniunt gentes ad credendū q̄bus filius ē clarificād⁹ Jn passiōe quippe sua fuit filius clarificat⁹ p signa osten sa fuit etiam glorificatus in sua resurrectiōe et ascēsione. Jtemqz in gentiū cōuersione qi deitatem ei⁹ cōfitent vbi qz. Uerūtamē per congruū ōndit exēplū q̄ mors ei⁹ de beat p̄uenire conuersionem gentilium. di (Nisi granum frumenti cadēs in terram mortuum fuerit ipm solū ma net) quia non facit fructus multiplicationē nisi p sui cor ruptionez .i. nisi ego moriar fructus conuersionis gētiuz nō sequetur (Si aūt mortuū fuerit multū fructū affert) id est me mortuo p hūanitatez multiplicabitur fides per gentiū conuersionē ac si expresse dixisset. Jsti gentiles q mō volunt venire ad me per p̄ntiaz corpalez post mor= tē meā venient ad me per fidē Jpse em̄ erat granū iacē= duz in corde terre per passionis humilitatē vñ messis co piosa debebat exurgere. Passio quippe xp̄i multū attu lit fructū .s. fructum remissionis peccatoꝝ fructuz cōuer sionis gentium fructum glīe regni celorūz. Et qz xp̄s se comparauit grano frumēti mo sest eccl̄ie de hoc grano scz tritico tm̄ confici corpus xp̄i. Moraliter homo in ter ra cadit qñ per hūilitatē se deprimit sed eā nō coopit quā do vult hūilitatem manifestari et non occultari et talis hūilitas nō fructificat sed qñ talis hūilis vult q̄ humili= tas lateat tunc fructificat. Ad hoc em̄ q̄ granum frumē ti fructificet non sufficit q̄ in terraz cadat sed oportet q̄ agricola ipm cooperiat. Predicit etiā xp̄s suam passio= nē et eius fructum vt videntes morientē nō iō pdant fi dem et ex passione non terreantur sz magis imitent q̄m oportet nos imitari eum qui reliquit nobis exēplū vt se quamur ipsum. ¶ Unde consequenter discipulos et om nes exhortatur ad passionis sue sectāda vestigia dicens (Qui amat aīam) .i. vitā (suā) .s. in hoc mūdo z ad bona mundana et carnis desideria volēdo sibi huiusmōi dele

Moralis

ctabilia vt mūdo viuat z non deo vel eam cum necesse ē p deo non ponēdo (pdet eam) .s. in vita eterna z q̄ntū ad bona eterna possidenda Et per contrariū (q̄ odit animā suā) .i. vitam (in hoc mūdo) denegando sibi bona p̄ntia z sustinēdo mala vel etiā cum necesse ē ponendo pro deo (in vitā eternam custodit eam) .i. viuet eternalit cū eo. Ubi augu. Si male amaueris tunc odisti si bene oderis tunc amasti Felices qui oderunt custodiendo ne perdāt amando ¶. Et q̄ debeamus ipm imitari in passione oñ= dit per rationē inducens exemplū de seipso sicut ipse fecit ita z nos si opus fuerit faciam⁹ z di. (Si quis michi mi= nistrat) hoc ē nomine z affectu q̄rit esse me⁹ minister (me sequatur) .i. me imitetur sequi em̄ imitari ē. Quasi diceret rōnale est q̄ minister sequatur dñm si quis me non sequi= tur non michi ministrat qz secūdū cris oportet euz q̄ mi= strat sequi eū cui ministrat. Oportet ergo discipulos xp̄i qui ei ministrant sequi xp̄m per mortē si oportuerit z per bona opera imitādo ipsū. Jlli quippe xp̄o ministrāt q̄ nō sua sed que iesu xp̄i q̄runt z quecunqz bona siue in tēpora libus siue in spiritualibus ppter deum faciūt. Ministrāt autē xp̄o episcopi z clerici inq̄ntū eius sacramēta fideli bus dispensant Uñ apl's. Sic nos estimet homo z mini stros xp̄i z dispensatores ministrorum dei. Jtem quilibet fideles in quocunqz ordine constituti qui mandata ser= uant xp̄i. Uñ apl'us. Jn oibus exhibeam⁹ nos sicut dei ministros. Ministrat em̄ xp̄o vnusquisqz mouēdo docen= do corripiendo beniuolentiā elemosynam et cetera mi= sericordie opera impendendo. ¶ Et subiūgit huius seque= le brauium seu premiū quia si quis xp̄o digne ministra= uerit z ipsū secut⁹ fuerit erit vbi christus est Et certe ma gnum est premiū esse cū christo sine quo nusq̄ est bñ z cū quo nusq̄ est male. Et deinde manifestius hoc dicit. Nā qui ministrauerit xp̄o mandatis suis obediendo ipsum sequendo z vestigia eius imitando hic honorabitur a pa tre celesti .s. vt sit cum filio eius non equalis diuinitati sz consociatus eternitati. Et certe magnus honor est q̄ hō miser efficiatur beatus exheredatus heres dei coheres autem christi. Beat⁹ ille quē deus honorificabit ille em̄ ditabitur illis bonis que nec oculus vidit nec auris audi uit nec in cor hominis ascenderunt que preparauit deus diligētibus se. Honor em̄ datur homi ab aliis hominibus in vita in p̄senti in testimoniū virtutis sz honor dat hoi bus a deo in gloria celesti in p̄miū virtutis. O deus me= us misericordia mea auctor z dator omniū virtutū da no bis nunc in eis exercitiū ptinuū z tandē p eis p̄miū sem= piternū. ¶ Et quia discipulos hortatus fuerat ad tolerā= tiam mortis exemplo sui quē sequendū proposuit conse quēter confortat eos vt nō turbent z retrahantur ppter infirmitatē nature quia recta ratio nō obstante turbati= one anime scdm passiones ptis sensitiue dirigit eam in bo nas et virtuosas operatiōes vt velit fortis sustinere mor tem et q̄cūqz contraria propter deum z bonum virtutis Sic em̄ in christo fuit q̄ non obstante turbatiōe sensuali tatis passus est q̄ recta ratio suadebat. Unde ait (Nunc aīa mea) sensualis (turbata est) .i. effecta est q̄ntum ad sē= sitiuam passionibus timoris et tristicie ac naturali horro= re qui tamen est de voluntate. Anima em̄ hic accipit pro sensualitate .i. pro appetitu sensitiuo in q̄ sunt passiones non autē i rōne. Ac si dicat. Non vos turbet vel retrahat sensualitatis turbatio a recta et debita operatione quia etiā anima mea turbata est imminēte passione z tamē h non obstante mori eligo obediēs patri pro vestra salute. Quia em̄ hortatus fuerat alios imitari mortem suam ne forte aliquis ei diceret secure potes mortem subire quia nichil mali sentis ideo cōtrarium voluit oñdere per talē turbationē z per consequēs nō esse recedendū ab ei⁹ imi tatione ppter naturalē horrorem. Nā si nullā passionez sensisset in aīa nō fuisset sufficiens exemplū hominibus ad mortē sustinendā. Hmōi autem passiones aliter fue= runt in xp̄o et aliter sunt in nobis. Jn nobis enim sunt

Augustinus

Crisostomus

De maledictione ficulnee et grano frumenti

ex necessitate inquantũ quasi ab extrinseco cõmouemur
ꝛ afficimur in xp̃o non fuerunt ex necessitate sed ex impe-
rio rationis ad ostendendum humane nature veritatem et
ad dandum nobis exemplum nõ recusãdi mortẽ ad me-
rendum nostrã redemptionẽ cum in eo nulla passio fue-
rit nisi quam ipse voluntarie cõcitauit. Nam intantũ in-
feriores vires erãt subdite rõni in xp̃o q̃ nichil aliud age-
re et pati poterant nisi qd ratio volebat ꝙ permisit age-
re anime et viribus inferiorib⁹ q̃ ppria erãt. Si ergo tur-
bata est anima xp̄i nec supra rõem nec contra ſꝫ scḋm ra-
tionis ordinem turbatio in ea fuerit ¶ Deinde volẽs osñ-
dere q̃ non venit voluntatem infirme carnis sed volun-
tatem patris facere ait (Et quid dicã) in hac ꝛ de hac tur-
batione nõ dicit quid faciam quia sciebat qd facturus ſꝫ
dorꝫ qd dicere ꝛ quo fugere et quẽ inuocare ꝛ in quẽ spe-
rare debeamus. s. in patrem q̃ saluat solus. q. d. Non ha-
beo qd dicã ereptionẽ q̃rens ſꝫ scio quid agam q: passu-
rus sum. Vñ nõ recedam a cepto ꝓposito propter timo-
rem periculorꝫ sed ex rõne sensualitatem superans vo-
luntatem meã voluntati diuine cõformabo. In q̃ dat ex-
emplum nobis vt similiter faciam⁹. Et hoc est qd dicit.
Ero tu (pater saluifica) ꝛ saluũ fac (me ex hac hora) pas-
sionis Non dicit in hac hora in qua pater eũ morti expo-
suit sed (ex hac ora) quia ide eum glificauit. Propterea
eñ voluntarie veni in hanc . s. horam passionis ꝛ mortis
(propterea veni in) mundũ vt patiar propter patris obe-
dientiã ꝛ humani generis salutem. q. d. Salutionẽ que-
ro sed passionẽ nõ recuso. Et tu pater per hanc passionẽ
clarifica nomen tuum me suscitando qd est glia nominis
tue clarificatio. vbi aug. Docuit te quem inuoces cuius

Augustinus

voluntatem tue voluntati preponas hominis infirmita-
tem vt doceat dicere contristatum non quod ego volo
sed qd tu vis. Ex hac autẽ supportatiõe turbatiõis in de-
um homo triplicẽ ꝑcipit vtilitatẽ p̃ma est q̃ turbatio al-
leuiatur. Si eñ ex eo q̃ quis amico cõqueritur turbatio-
nem suam alleuiationẽ recipit quanto fortius ꝓpter com-
passionẽ mutuã a deo recipiet. Secunda est q̃ turbatio
meritoria efficitur. Si enim meritoriũ est deo offerre reꝫ
temporaleꝫ quam portas in bursa multo magis si offers
id qd geris in animo. Tercia est q̃ homo postea notabi-
lem recipit consolationẽ sicut patet de multis a tribula-
tione liberatis sicut et hic. Nam statim venit vox de ce-
lo pro consolatione. Unde sequitur (Venit ergo vox de
celo) a deo patre (di. Et clarificaui et iterũ clarificabo)
id est clarum genui ab eterno scḋm diuinitatem et clarũ
etiam faciam secḋũ humanitatẽ. Uel scḋm hoiem clari-
ficaui in natiuitate qñ angeli cecinerunt gloria in excel-
sis deo ꝛ magi adorauerunt et in baptismo et in transfi-
guratione et in miraculis in vita per eum factis et iteruꝫ
clarificabo) per signa deitatis in passione in qua trium-
phabit de dyabolo et in resurrectione et in ascensione et
in totius mundi conuersione et maxime in iudicio. ¶ Et
quidam de turba magis rudes stantes et audientes so-
numqꝫ vocis non significationem percipientes (dicebãt
tonitruum factum esse) i. aliquid per modũ soni confusi
tamen hoc dicebant factum ꝓpter dominũ (alij autẽ) ma-
gis perspicaces articulationem vocis intelligentes (di-
cebant q̃ angelus ei locutus sit) Credebant eñ eum esse
hoiem purum et ideo dicebant angelum ei esse locutum
sicut aliquando in scriptura dicitur q̃ angeli prophetis
loquebantur. Sed vox illa fuit paternã ꝛ formata a tota
trinitate cum eius opera sint indiuisa Uecuntamen fu-
it vox patris que fuit formata ad representandum perso-
nam eius (Et respondit iesus et dixit. Nõ propter me)
i. instruendũ q̃ testimonio vl' cõsolatore vl' clarificatore aliq̃
ꝰ me ſi ĩdigeo (hec vox) testificãs (venit) de celo (ſꝫ ꝓpt vos
in instructiõem vestrã q̃ instructiõe indigetis ꝛ testimonio
scilicet vt credatis q̃ ego ex deo sũ. Vñ osñdit hãc vocẽ
nichil sibi indicasse qd eñ nesciret ſꝫ ignorãtibus quibus
indicari oportebat ꝛ ꝓpter instructionẽ ppl'i circũstãtis

vt cognoscerẽt ipsum fiḋm esse christum cui de celo dabi-
tur testimoniũ. Sicut ergo anima eius nõ ꝓpter eum sed
propter alios voluntarie turbata est sic ista vox nõ pro-
pter eum sed ꝓpter alios aliqua dispẽsatione diuinitus
facta est ¶ Et quia dixit vox et clarificabo consequenter
modum osñdit clarificationis dicens (Nũc) scꝫ i hoc tpe
passionis recturꝫ (iudiciũ est) non cõdemnatiõis ſꝫ discre-
tionis (mundi) i. ꝓ mundo contra dyabolũ hoc est nũc
ꝓ mundo a potestate tenebrarꝫ liberando iudicabitur
ꝛ sepabitur mũdus a ptãte dyaboli ꝛ eripietur ꝛ hoc est
iudicium discretiõis quo discernitur et separantur multi a
ptãte inimici. ¶ A tpe quoqꝫ passionis xp̄i discreti sunt
fideles credẽtes ab obstinatis cõtra fidem in futuro aũt
erit iudicium condemnationis infidelium et premia-
tionis credentium. Unde exponẽdo subdit effectũ iudi-
cii. (Nunc princeps huius mundi) i. amatorum mundi
et malorum hominũ qui habitant in mundo scꝫ dyabo-
lus qui ab adam vsqꝫ nunc fuit dñatus ꝛ adhuc dñatur
in malis mundo deditis et dicitur princeps mundi non
quia sit dñs substantie mundi ſꝫ hominum mundialiter
viuentium in q̃tum se ei subijciũt per pctm̃ (eicietur) et
repelletur (foras) a redemptis et liberatis et ptãtẽ hoĩes
post se trahendi pdet hoc iudicio ꝑ xp̃m ꝛ virtutẽ passio-
nis eius ꝑ quã aperta est ianua glorie a cui⁹ consecutiõe
dyabolus non potest impedire et post se trahere sanctos
sicut ante faciebat. Per passionẽ etiam dñi data est ho-
mini virtus resistendi dyabolo q: ꝑ eã fortiores sumus
ad resistẽdum nec modo ita facile homines seducere vel
adeo temptare põt vt pri⁹ nec permittitur facere q̃tũ põt
et vellet. Iustum est eñ q̃ sicut princeps mortis ꝑ pctm̃
hominẽ sibi subiecit ad mortem sic qui xp̃m procurauit
interfici iniuste merito et digne eicitur ne deinceps iu-
stis hominibus ꝑ xp̃m redemptis principetur. Permittitur
tamẽ temptare hoĩes ad exercitiũ ꝛ meritum electorꝫ
Et declarat modũ per quẽ eicitur foras q: per mortem
crucis et resurrectionẽ. Vñ subdit (Et ego si) id est cum
non dubitat futurꝫ esse quod venit implere (exaltatus
fuero a terra) s. in cruce (oĩa) s. electa ꝛ predestinata ad
salutem ex q̃bus dyabolus eicitur (traham ad meipm̃)
vt sim caput et illa mẽbra spoliando illum qui decipien-
do iniuste depredatus fuerat vel omia genera hominuꝫ
quia de omibus generibus hominũ aliqui sunt tracti scꝫ
de oĩbus linguis de omnibus ritibus de omnibus eta-
tibus et de omibus gradibus et sic traxit ad se oĩa quia
homo dicitur oĩs creatura. Nam amore quo pro nobis
passus est trahit nos ad seipsum ex amore enim ostenso
in cruce ad genus humanũ habet vim attractiuã men-
tium sicut lapis magnes atrahit ad se ferrum. ¶ Christi
aũt crucifixio ideo dicitur exaltatio q: corpus eius fuit ex-
altatum in cruce sicut vexilluꝫ in aere ad debellandum
aereas ptãtes et q: a se humiliauit vsqꝫ ad mortẽ crucis
ideo deus exaltauit illum et ipse exaltatus exaltauit su-
os. Per passionẽ ergo habuit victoriã de dyabolo. Vñ
hoc ipm̃ omia trahere est principem mundi huius eijce-
re non eñ est conuentio christi ad belial et lucis ad tene-
bras ¶ Et nota q̃ xp̃s noluit mori in aliqua domo nec
sub tecto sed in aere voluit exaltari ex causa triplici. Aer
quidem elementum est commune ꝛ põt hõ habere ꝓpri-
am terrã aquã vel ꝓpriũ ignẽ ſꝫ nemo põt habere ꝓpriũ
aerem. Christus ergo voluit in aere exaltari. Primo ad
innuendum q̃ sicut aer est communis sic et xp̄i passio
nam passiones aliorum sanctorum fuerũt ꝓprie q: quili-
bet passus est ꝓpter se passio aũt xp̄i communis fuit an-
gelis qui sunt reparati hoĩbus quia inde sunt saluati. ¶ Se-
cundo ad innuendum q̃ sicut aer est medius inter celuꝫ
et terram sic christus etiam est mediator inter deũ ꝛ ho-
minẽ quia cum deo cõuenit rõne nature diuine cũ hoĩe
ratione nature hũane. Erat autẽ quedã discordia inter
deum et hominem et ideo venit iesus et se osñdit me-
diatorem. Tertio vt ipsum aerẽ mundaret sanctificaue-

rat enim terraz triginta annis super eam ambulādo san ctificauerat aquam in ipsa se baptizari faciendo sanctifi cauerat ignem spiritumsanctum in specie ignis mitten do restabat ut sanctificaret aerem non sub tecto sed in ae re moriendo. Pluribus etiaz de causis voluit mori mor te crucis. Una propter mortis turpitudinem ut hominē nec ipsa mortis turpitudo a perfectione iusticie repellat. Item quia hoc genus mortis per modum exaltationis conueniebat fructui cause et figure passionis. Fructui quidem conueniebat quia per passionē exaltandus erat a patre. Cause autem passionis conueniebat dupliciter scilicet ex parte hominum pro quorum salute moriebatur ipsi enim perierant quia deiecti et demersi erant ad terrena et ideo voluit mori exaltatus ut nos eleuaret ad celestia. Et ex parte demonum ut scilicet eos qui in aere principatum et potestatez exercebāt ipse eleuatus in ae re conculcaret. Figure vero conueniebat qr dñs serpen tem in deserto fieri precipiebat qr sicut ille serpēs exalta tus fuit in palo ita et dñs in cruce. Cum aūt dñs tanta et tam magna signa fecisset coram eis in miraculis et in do ctrina et in reuelatione secretorum cordis et futurorū cō tingentium q̄ declarata erat diuinitas eius non tñ crede bant in eum scz p maiori pte et in hoc completae sunt scri pture pphetarū eorū obstinationem et excecationē predi centium. Consueuerāt eñ dicere qđ signum ostendis no bis ut credamus tibi sz ecce cum tanta signa fecisset non crediderunt ei (Uerumtñ multi ex principibus) .i. ex le gisperitis et sacerdotibus (crediderunt tunc in eū) ppter miracula et impletionem scripturarum sicut nicodemus unus eorū q̄ alius venerat ad ihm nocte et gamaliel et io seph ab arimathia et alii q̄plures (sed propter phariseos non confitebant̄) manifeste timētes (ne de synagoga eii cerentur) qr iam conspirauerant q̄ cōfitentes ihm eē cri stum de societate iudeorū expellerentur qđ apud eos val de ignominiosum erat. Eiectio enim de synagoga repu tabatur magna sicut apud nos electō p excōmunicatōēz de eccl̄ia. Causa vero et radix huius defect⁹ .s. q̄re non cō fitebantur erat supbia et inanis glīa (dilexerūt eñ gloriā hoīm) et honorem mundanū in dignitatibus et laudibus humanis (magis q̄ dei glīam) et meritū p dei gloria spe randum cui soli debetur honor et glīa. Ex hoc eñ q̄ pu blice confitebantur amittebant gloriam hoīm licet ex h consequerentur glīam dei isti aūt magis elegerūt prius ri gloria dei nolentes publice cōfiteri q̄ gloria hoīm cu pientes a mundanis honorari nō attendentes ad dictū apostoli si hominibus placerē xpi seruus nō essem. Isti ho die multos habent sequaces .s. p mundi gloria se et sua p digaliter exponentes et parum aut nichil p dei glīa pro merenda facientes. Unde eorū fides insufficiēs erat non enim sufficit corde credere ad iusticiam sz oportet etiaz ore cōfiteri ad salutē. Et in hoc humana glīa est parūpendē da et oīs pena patienter toleranda qr omnis pena q̄ pro iusticia sustinetur est meritoria ut cum aplo q̄libet dicat Michi aūt absit glīari nisi in cruce dñi nostri ihu xpi per quē michi mūdus crucifixus est et ego mundo scđz aug. dñs crucē suā in frontibus credentiū fixit ubi quodāmō sedes est verecundie ut de nomine eius fidelis non eru bescat et magis dei gloriam q̄ hoīm diligat. Unde ille q̄ euangelium legit et etiā illi qui audiunt signo crucis se si gnant ¶ Post hec autem tandem dñs (ihs) q̄ scrutat̄ cor da hoīm cognoscens furorem illorū et maliciā quam iam de eo occidendo conceperant et volens eos preuenire non expectauit ut in opus irent sz (abiit) recedendo a psecu toribus suis qr iā nō recipiebant eius doctrinā et (absco dit se ab eis) mitigans illorū inuidiam et furorem qr non dum venerat hora passionis sue. In q̄ nobis exemplū de dit ut cū de aliquorū malicia nobis cōstet etiā anteq̄ pa trare ope tēptēt fugere debeamus. Abscōdit se ab eis fa ciem cognitiōis sue eis subducēdo quod excecatōēz eorū et transitum fidei a iudeis ad gentes significabat (Et cuz

Augusti.

vespa facta eēt egrediebat̄) dñs cū discipulis duodecim (de ciuitate et rediit i bethaniā) ibi mansit iustos de regno dei docēs in die cōtra puersos et malos aspeloq̄ns eosq̄z p moribus prauis redarguens et nos eum in hoc imitari erudiens.

Oratio

Domine ihu xpe da michi ut nō solū folia hoc est verba et estimationē iusticie sed ut fructus operū habeam ne a te unq̄ maledictionē incurrā. Da michi ut tanq̄ verus tuus minister p modulo meo te se quar ut ubi tu es et ego eē merear. Trahe me post te ihe su bone non trahat dulcedo seculi sz trahat me suauitas amoris tui sic tecum in celo iugiter intentio mea sit me cum in terra continue protectio tua. Adhaeream tibi inse parabiliter seruiam tibi perseueranter queraz te fideliter inueniā te feliciter possideā te eternaliter rex me⁹ et deus meus. Amen.

De duobus filiis quorum unus in vineam iuit aliud re neglexit. Ca. xxxij.

T cum tertio sab bati hoc est feria tertia iterū (mane) reuertē do ad ciuitatē hierl̄z (transirēt) dñs et disci puli ei⁹ circa locum ubi ihs maledixit ficul nee (viderūt) discipuli (arborē aridā factā a radicib⁹) .i. a fundamētis q̄ erāt sacerdotes et scribe āplius q̄ prīs dicit et mirati sunt de subita arboris exiccatione. Nec mirum si cōtinuo aruit qr sermo dñi maledicētis quasi flāma ad radices descendit (Et cū venisset in templū) .i. in atrium templi ubi cōueniebāt hoīes ad orandum et verbum dei audiendum ut doceret oraret et exemplū daret (accesse runt) nō ut docerentur cū pplo sz ut docentē caperēt in verbo (ad eū docentē) .i. dū doceret qui precipue impedi endus nō erat (pricipes sacerdotum) quos si excuset igno rantia (et seniores ppli) a quibus egressa est iniquitas scđm cris. Dicebāt sacerdotes apud se nos sumus columne tē pli ecce super illum tota recumbit ecclesia nos sumus q̄ si tacentiū scripturarū lingua visibilis et ecce ille resonat in medio templi et nos contempti quasi cithara dissipata tacemus nos fuimus patres modo iste generat filios et nos steriles sumus quasi dicerent multū vilificamur Ac cesserunt inq̄ dicentes. Dic nobis qr ad officium nostrū pertinet hoc iquirere et scire (in qua potestate hec facis) scilicet an propria an aliūde tibi commissa et quis tibi de dit hanc potestatem ut ista facias. Quasi dicerent. Quid est quod eiicis de templo quosvis cum non sis ostiarius et doces nobis inconsultis. Querunt qua autoritate ista facit quia autoritatez eiiciendi de templo habebant osti arii et docendi in templo sacerdotes et legisdoctores ad hoc a principibus sacerdotum assignati et non alii. Chri stus autem neutram autoritatem videbatur habere sed magis usurpare. Subintelligunt enim eum operari per dyabolum et dyaboli esse quod facit sicut supra dixerunt q̄ in beelzebub demonia eiiceret. Quasi vellent dicere se cundum cris. Tu de sacerdotali familia non es senatus hoc tibi nō donauit neq̄z cesar in qua ergo potestate hoc facis nunquid in beelzebub principe demoniorum. Ihe sus autem oppositioni reddidit oppositionem non solu tionem quasi clauum clauo retundēs et qui aperta ratio ne temptatorum calumniam cōfutare poterat prudēter eos interrogat ut ipsi vel suo silentio vel sua respōsione et sniā conuincātur. Calumnians eñ melius interrogati one q̄ directa ratiocinatione vel respōsione ad inconue niens ducit̄. Ille nāq̄z est optimus modus arguendi et cō cludendi contra malignantes qñ ex suis ppriis verbis et responsis arguunt̄ g hoc q̄z ostēdit xps q̄ malignātibus

Mat. xxi. et mar. xi.

Crisostom⁹.

Crisostom⁹.

quales isti erant nō sunt secreta dei reuelanda sed coīa m aliq̄a prudenter est declināda. Interrogauit ergo eos (de baptismo iohannis vnde erat de celo an ex hoīb⁹) id est ex dei precepto et diuina ordinatiōe an ex hoīs ad inuētione et humana institutiōe (At illi) stupefacti ad i terrogationē (cogitabant intra se) viā respōdendi s; non habebant vidētes ex quacūq; respōsione suā cōfusionē. Nam si dixissent baptismum iohannis de celo ι ex celesti et diuino instituto esse patenter cōuincebantur quia non crediderunt iohanni dicenti ipsum dūm de celo venisse et perhibenti ei testimoniū de potestate. Qui enim credit iohanni credit et xp̄o q; iohānes xp̄o testimoniū perhibuit ip̄m predicando et dei filium esse nunciando. Quasi vellet dicere. Ille michi testimoniū perhibuit quē confitemini habuisse prophetiā de celo et ab illo audisti in qua potestate hec facio q; ille hoc demonstrauit testimonium michi perhibendo. Si autē dixissent de terra ι institutione humana periculum mortis incurrissent ad populū vt tanq̄ blasphemi essent lapidandi. q; populus qui pro maiori pte iohānis baptismū susceperat eum ex vita et doctrina ac xp̄i testimonio prophetā sanctū et verum a deo missum reputabat et per ꝯñs verba eius ι facta a deo esse sentiebat. Videntur ergo vt ait beda.

Beda

Nō libet hoc rñdissent in laqueum se casuros timentes scilz plebis lapidationem sed magis timentes veritatis confessionem. Et mendaciter dicentibus eis se nescire ait ie sus. (Neq; ego vobis dico in qua potestate hec facio) Non dico vobis qđ scio q; non vultis fateri quod scitis. Quia ergo dicebāt se nescire qđ tñ sciebant noluit eis de se aperire veritatē de hoc qđ querebant et iustissime confusi sunt.

Crisostom⁹.

Ex sua em̄ taciturnitate compulsi sunt a sua petitione cessare. Nam s̄m criso. Mendacia si nō habēt quē decipiant ip̄a sibi mentiunt.

Beda

Duabus quippe de causis s̄m bedā occultatur veritas q; auditores min⁹ capaces sunt ad intelligendum. Vñ dicit multa habeo vobis dicere sed nō potestis portare modo. vel q; ex odio et contemptu indigni sunt quib⁹ aperiatur. Vñ dr. Nolite sanctū dare canibus neq; mittatis margaritas ante porcos et hic vtrūq; concurrebat. Et tertia causa addi pōt frequētas predicādi. assidua em̄ predicatio vilescit. Voluit

Crisostom⁹.

ergo xp̄s ostendere de facto et exemplo q; licet vti cautela ꝯtra cautelas maloꝝ insidiantiū bonis. vñ dicit crisī. Quia interrogantē oportet docere temptantē retundere. Q; autē aperienda erat veritas sue potestatis et predicationis aliis et nō ip̄is et quare indicabit per parabolā duoꝝ filioꝝ quoꝝ vni pater dixit (vade in vineā meā qui rñdit nolo postea tñ pnīa motus iuit. dixitq; alij pr vade in vineā meā q̄ rñdit vado sed nō iuit) Homo iste qui duos filios habuit est de⁹ s. pater q̄ dī hō rōne mansuetudinis quā ad hoīem habuit qui etiā oēs hoīes paterno affectu creauit. et cum sit natura dñs tamē magis vult diligi quasi pater q̄; timeri quasi dñs. Prim⁹ filius tempore ι origine nō dignitate et dei cognitiōe est pp̄ls gentiū alter pp̄ls iudeoꝝ q; gentes erant ex tēpore noe. iudei autē ex abrahā. Operari autē vineā est facere iusticiam quā generaliter quidē in natura omniū hominum deus plantauit specialiter autē iudeis eam in libro vite dedit cuius diuerse vires sunt diuerse iusticiarū species. Primo filio primū dixit per naturalis legis impressionē et noticiā (vade operare) .i. in tpe hui⁹ seculi sc; legis naturalis iusticiā que est. hoc facias alij qđ tibi vis fieri. et qđ tibi non vis fieri ne feceris alteri operare inquam (in vineā) .i. in ecclesiā extra quā nō est loc⁹ operādi meritorie. Locutus est outē ei non facie vt homo sed in corde vt deus ingerens intellectuz sensibus q; nunq̄; deus

Crisostom⁹.

desistit hoīes incitare ad bonū per occultos instinctus. Vñ cris. Posuit deus sp̄m sciē boni et mali in hominib⁹ vt quotienscūq; peccam⁹ ille in silentio quasi factū nr̄m accuset in cōscientia tacite ad aīam loquitur dicēs Malum est hoc et hoc bonū est (Ille aūt) .s. primus filius in cogitatu suꝑbie (rñdit nolo) q; bonū relinquendo et malum eligendo aperte contumax fuit. lege em̄ naturali nō obediuit et libero arbitrio abusus est. Vñ criso. Quō dixit nolo. In cogitatu Qui habens intellectū boni ι mali relinquit bonum et sequitur malum in cogitationibus suis contra dñm respondere videt q; nolo .i. contra itellectum suum creatum sibi a domino facit. hec criso.

Crisosto.

Sed postea in aduentu saluatoris ad p̄dicationē xp̄i et apostoloꝝ credens pnīa ductus operatus est in vinea dei ι sermonis cōtumatiam labore correxit quia summo deo colla submisit et nunc cultu fidei deo placet. Alteri autē filio postea dixit per mosayce legis datiōnē. vade ι operare in vinea mea et fac iusticie opera. Qui respondit vado q; primum deo seruire voluit et se ad seruiendū deo per susceptionē legis mosaice obligauit dicēs moysi omnia precepta domini faciemus sed non iuit et quod ore respondit opere non impleuit quia in seruitio dei nō remansit et legem susceptam non obseruauit nec non ad ydolatriam et ad infinita mala declinauit et nunc christi cultum negat. Induxit autem hanc parabolam eos interrogando vt propria responsione illos impietatis ministros argueret et proprio iudicio condemnarent. Cū ergo quesisset quis ex duobus fecit voluntatem patris ι illi respondissent primus non intelligentes de ipsis dictam parabolam et nescientes quia in responsione exprimerent condemnationem suam intulit et ex responsione propria eos confutauit confirmans prolatā ab ipsis sniam et dicens (Amen dico vobis q; publicani et meretrices) .s. non qui tales sunt sed q̄ fuerunt (p̄cedēt vos in regno dei) .i. in eccl̄ia militante per fidem ι pniam et in triumphante per gloriam vobis extra derelictis per infidelitatem. Primus em̄ filius qui fecit voluntatez patris dignus est misericordia. Scđs q; neglexit dignus est reprobatione et pena. Quasi diceret. Non solum gentiles meliores sunt vobis iudeis: sicut et ipsi iudicastis. sed et pessimi de gentilibus scilicet publicani et meretrices qui inter vos manifeste sunt turpissime vite: erūt maioris meriti apud deum q̄ vos. quia melius est non promittere et facere iusticiam dei: q̄ promittere et mentiri

Hieron.

Et secundū Hieronimū. Simulata sanctitas duplex est iniquitas et hoc vicium potissime vigebat in sacerdotibus ι leuitis. Igitur s̄cđm Origenē. potes vti parabola

Origē.

ipsa ad eos qui modicū aut nichil promittunt: operibus autē ostendunt et contra eos qui magna ꝑmittūt: nichil autē vel parum s̄cđm suā ꝑmissionem agunt. Na; hodie heu multi etiam religiosi nō solum legis scripte sed etiā legis naturalis iusticiam derelinquunt et ideo nō misericordia cū filio primo: sed potius pena cū secundo digni sunt. Vbi Criso. Puto q̄ ex ꝑsona oīm virorum pctōꝝ publicani ponātur. et ex ꝑsona oīm mulierum meretricū meretrices.

Crisosto.

Quāuis enim multa sint peccata in viris et mulieribus preter ista tñ precipue auaricia in viris abūdat: fornicatio autē in mulieribus. Mulier em̄ que in domo sua sedet inclusa facile peccatum fornicationis incurrit. quia hoc vitium facile ex vacātia et ocio nascitur. Nā qui sollicitudinis animū habet occupatuz non facile fornicationi operam dat Nam diffinitio amoris hec est anime vacantis passio. Vir autē qui in actibus rerum diuersarum est assidue auaricie peccatum facile incurrit. in fornicationem autem non facile: nisi forte multum sit lasciuus Nam occupatio virilium sollicitudinum suggestionem voluptatis plerūq; excludit. Vnde ꝑprium est hoc adolescentiuz nichil agentium. hec criso. Deinde subiungit causam reprobationis iudeoꝝ que est contempt⁹ credendi: quē aggrauat et sanctitas iohannis et exemplum conuersionis pctōꝝ. q; publicanis et meretricibus iohanni credentib⁹ et ad predicationē eius penitētiā agētib⁹ et opa eius imitādo. q̄ venit ad eos in via iusticie. q; opem perfectionis faciebat. ι xp̄m qui est ip̄a iusticia annunciabat. Et non solum hoc nō fecerunt sed nec postq̄

publicanos et meretrices credentes et penitentes vide-
runt confusi sunt aut compuncti vt crederent vel illorũ
exemplum sequerentur quibus ipsi exemplum esse debuerant
ex quo sequitur aggrauatio peccati ipsorum quia nec pre-
cedere nec sequi illos in fide et penitentia voluerunt. Lai-
ci etiam et sacerdotes duo filij possunt intelligi et popu-
lus prior filius et sacerdos secundus Unde criso. Duos
etiam filios dicit secundum conditionem et ordinem sa-
cerdotum Quis est prior filius. Populus. Prior enim
populus creatus est deinde sacerdotes qui regerent po-
pulum. Non enim populus propter sacerdotes creatus
est sed sacerdotes propter populũ. Deniqz populus dei
ex tempore abrahe cepit sacerdotes autem de tempore
aaron. Et populares per hoc ipsum quod secularem suscipi-
unt vitam denegare videntur obedientiam deo. Sacer-
dotes autem magis videntur obedientiam promittere deo
precipue per hoc ipsum quod spiritualiter in ministerio dei consti-
tuuntur. Nam qui doctor populi constituitur sine dubio profi-
tetur talem se fore qualem oportet esse doctorem. Sacerdos et
omnis clericus et si spiritualiter non promittat tamen per hoc ipsum quod do-
ctor constituitur aliorum tacite promittere deo videtur in omnibus
obauditurum se deo. Et melior est laicus qui in prima facie se-
cularem profitetur vitam reuera autem studet viuere spiritaliter quam
sacerdos qui in prima quidem facie profitetur vitam spiritua-
lem reuera autem complectitur vitam carnalem. Et melior est
laicus ante deum penitentiam agens quam clericus permanens
in peccatis Laicus autem in die iudicij stolam sacerdotalem
accipiet et sic in crismate sic vnguntur omnes sicut in sacer-
dotio sacerdos autem peccator spoliatus sacerdotij digni-
tate quam habuit erit inter infideles et ypocritas. Unde
et non secularis homo post peccatum facile ad penitentiam venit
Nam occupatus negligentia seculari dum scripturis non
satis attendit semper que in scripturis posita sunt noua
ei videntur ideoqz cum audierit aliquid de gloria sanctorum aut de pe-
na peccatorum quasi nouum aliquid audiens expauescit et dum
bona concupiscit aut mala timet compunctus ad penitentiam
cito recurrit. Nichil autem impossibilius quam illum corrigere
qui scit omnia et tamen contemnens bonum diligit malum. Om-
nia enim que sunt in scripturis propter meditationem quotidi-
anam ante oculos eius inueterata et vilia estimantur. Nam
et quicquid terribile est vsu vilescit Propterea clericus qui
semper meditatur scripturas aut omnino obseruatur est et erit
perfectus aut si semel ceperit illas contemnere nunquam ex-
citatur in illis vt timeat. Quis aliquando vidit clericum cito
penitentiam agentem. Et si deprehensus humiliauerit se non
ideo dolet quia peccauit sed confunditur quia perdidit gloriam suam
Putasne dominus quasi crudelis clericis penitentiam denega-
uit dicens si sal infatuatum fuerit in quo salietur. Sed quasi
naturale esse considerans quia non est qui doceat illum erran-
temqz errantes alios corrigebat. Ideo non dico populares
qui secundum rationem verbi vitam suam dispensant sed publicani
et meretrices qui desiderijs mundialibus et voluptatibus
carnalibus seipsos mancipauerunt precedent vos in re-
gno dei quia illi conuersi desinunt esse quod erant vos dene-
gatis in opere quod videmini profiteri in verbo tanquam arbo-
res folia sine fructu habentes non pascentes dominum suum sed
deludentes hec criso. Per primum etiam filium qui primo re-
nuit patris preceptum sed postea fecit significantur peccato-
res qui male viuendo deo seruire negant sed postea pe-
nitentes viriliter operantur Per secundum vero filium qui facere
voluntatem patris promisit et non fecit significantur illi qui
operari virtuose promittunt sed non faciunt de quibus sunt
multi religiosi profitentes seruare magna scilicet euangelica
consilia cum tamen non seruent etiam precepta propter quod secula-
res etiam peccatores tamen postea penitentes eis coram domino
preponuntur cum dicitur (quia publicani et meretrices precedent
vos in regno dei) Nullus ergo peccator diffidat nullus iustus
presumat cum peccatores per penitentiam quandoqz alios in regno dei
precedant

Oratio.

Domine iesu christe doctor bone da michi veritatem
corde credere et ore atqz opere prout oportet con-
fiteri malignorum spirituum et hominum cautelas et
astutias sapienter declinare. Da michi legis naturalis con-
dibus nostris impresse et legis scripte in libris nobis date
iusticiam facere et tuam in omnibus voluntatem adimplere vt
non cum secundo filio penam sed cum primo misericordiam apud te
merear consequi ac cum vere penitentibus gratiam in ecclesia
militante et gloriam in triumphante misericorditer inuenire. Amen.

De locatione vinee et sanguinarijs vinitoribus. Ca. xxxiij

Dixit idem propositum

it eis aliam parabolam de homine patrefamilias (qui
plantauit vineam et circumdedit ei sepem et fodit
in ea torcular et edificauit turrim et locauit
eam agricolis) seu colonis (peregre profectus est) Illi autem ser-
uos suos ad recipiendum fructus missos male tractauerunt
et occiderunt et nouissime filium missum heredem cogno-
scentes et hereditatem habere volentes apprehenderunt
et extra vineam eicientes etiam occiderunt. Et interro-
gati quid faceret dominus vinee colonis illis dixerunt (Ma-
los male perdet et vineam suam locabit alijs agricolis qui
reddant ei fructum temporibus suis quibus ipse dixit quia aufe-
retur ab eis regnum dei et dabitur genti facienti fructus eius)
In hac parabola describit multipliciter maliciam et ingrati-
tudinem iudeorum quibus deus paterfamilias qui natura
diuina beniuolentia pater homo mansuetudine non natura
similitudine non veritate multa beneficia contulit quia
domus israel et synagoga vinea est ex electis personis patri-
archarum et prophetarum sicut ex viribus optimis quam de egy-
pto transtulit et in terra promissionis (plantauit) cui (sepem
circumdedit) custodiam quidem triplicem scilicet angeli-
cam super muros terrarum et humanam scilicet protectionem bella-
torum virorum et terrenam scilicet munitionem murorum (et
fodit in ea torcular) idest legem iusticie timorem comprimen-
tem et malos torquentem et hoc fodit signis minis et pro-
missis (et edificauit turrim) scilicet templum ad cultum dei
quod dicitur turris propter altitudinem edificij propter securita-
tem refugij propter dignitatem priuilegij respectu aliarum
nationum (et locauit eam agricolis et operarijs) scilicet sacerdotibus
et principibus qui debent extirpare vicia tanquam spinas et in-
serere virtutes tanquam bona semina ac seruare cultum di-
uinum et iusticiam in hominibus (et peregre profectus est) non
loci mutatione quia deus est vbiqz sed quia vinitoribus liberum re-
liquit vel propter longanimitatem quam in expectando
vt a peccatis conuerterentur habuit vel propter ipsorum
negligentiam quia secundum ambrosium qui vbiqz presens est diligentibus pre-
sentior et negligentibus absentior est (Cum autem tempus
fructuum appropinquasset) quia post legem susceptam de-
bebant facere fructum bonorum operum (misit seruos suos)
id est primos prophetas (ad agricolas) idest ad reges et sacerdo-
tes principaliter et ad alios subiectos eis consequenter
(vt acciperent fructus) per predicationem suam eos ad fructum
bonorum operum reducendo (et agricole apprehensis seruis)
quia multi reges et sacerdotes prophetas sibi missos a do-
mino turpiter comprehendentes (male tractauerunt et oc-
ciderunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus)
multiplicando scilicet prophetas ad populi correctionem (et fece-
runt eis similiter) quia ipsi ingrati deum inhonorauerunt et simi-
liter prophetas persecuti sunt et interfecerunt (Sed no-
uissime) idest in vltimis temporibus (misit filium suum) pro no-
bis incarnatum quem heredem vniuersorum et principem
cognoscentes (eiecerunt extra vineam) negando vel quia
extra portam hierosolimorum occiderunt crucifigendo
(volentes habere hereditatem) idest talem scilicet possessionem
(cogitabant enim intra se) si istum populus habeat dominum
necesse est vt amittamus consuetudinem hostiarum que ad no-
strum parata est lucrum si autem occidamus eum sic spero tenebimus

Crisosto.

Mat. xxi. mar. xii. et lu. xx.

Ambrosius.

cōsuetudo offerendarū hostiarū et sic fiat nr̄a possessio ⁊ erit nostra hereditas Venit autē dn̄s ad iudicandum. et illud factū vindicandū q̄a ex eius ordinatione venit cō-tra eos exercitus romanoꝝ et malos male perdit q̄ ciui-tatem et templū per romanos destruxit ac populum oc-cidi et captiuari fecit. Vel hereditas xp̄i est ecclesia quā iudei precipue mollebantur omni fide eius extincta iusti-ciā q̄ ex lege est persuadere gentibus conabatur. Hec fe-cerunt vt sic ingrati mali male ꝑdantur et merito dam-nentur ⁊ ab eis regnum dei .i. xp̄s scriptura sacra seu scri-pturaꝝ intelligentia fides ecclesia et vita eterna auferat̄ et hoc ꝑtinet ad iudeoꝝ reprobationē s̄ʒ qd̄ sequitur per-tinet ad gentilium cōuersionē et vinea cedēe locet̄ alijs agricolis quia ecclīam suā xp̄s regendaʒ tradidit ap̄lis et alijs discipulis (q̄ reddant ei fructū tp̄ibus suis) q̄r ad predicationē eorū credidit multitudo gentium vl' regnū celorū detur alijs .i. gentibus ab oriēte ⁊ occidēte ab au-stro et aquilone venientibus q̄ facient fructū cordis cre-dendo et oris cōfitendo et opis seruiendo et corpis pa-tiendo et recumbent cū abrahaʒ ysaac et iacob in regno dei et ipsi iudei eijcientur in tenebras exteriores ¶ My-stice totum pōt exponi de ecclīa hoc mō quia (hō) .i. xp̄s (plantauit vineam .i. ecclesiam sanguine suo et de latere suo formatā in qua tot sunt differētie palmitū quot dr̄e hoīm (et circūdedit ei sepem) .i. euāgelicā doctrinaʒ vel angeloꝝ custodiā (et fodit in ea torcular) .i. crucē xp̄i vel martirum patiētiam (et edificauit turri) .i. mēm xp̄i vel contemplationē xp̄i cōfessorū et doctorū vel fidē de qua ecclīa se defendit ꝯ hostes (et locauit eaʒ agricolis) id est prelatis quoꝝ varijs misterijs regitur et gubernat̄ (et ꝑfectus est) vt supra exponit̄ (⁊ misit suos) .i. bonos ad arguendum malos (et aliquos cederunt et alios oc-ciderūt) vt p̄ʒ de multis. Deinde mittitur xp̄s filius inui-sibiliter a patre quādo aliquē instigat ad bonū s̄ʒ aliqui sunt ingrati eius instinctum nō solū repellentes s̄ʒ etiaʒ pessime agentes propter qd̄ quātū in eis est occidūt eū de quibus dicit ap̄ls rursum crucifigentes filium dei et sic ex dei iusticia perduntur et vineas ipsa locatur cū eoꝝ loco boni subrogātur. Pōt etiaʒ per vineā istā intelligi anima rōnalis hominis per deū locata q̄r ad hoc infūdit̄ corpori vt ipso mediante fructum bonorū operum faciat ⁊ multa merita acquirat q̄ bona facta per hoīem sunt tan-q̄ȝ vites Et in quolibet bono hoīs siue sit bona cogita-tio vel bona operatio vel locutio crescunt q̄nq̄ȝ vue. qua-rū quatuor remanēt hoī q̄nta vero debet̄ deo q̄ vue sunt cordis iocunditas. culpe remissio. eterne mortis vitatio. eterne glorie acquisitio q̄nta vua est gloria dei. istam nō nobis sed deo dare debem⁹ Pōt insuper exponi de reli-gione cuius fundatio est maxime in triplici voto dicitur diuina plantatio sepes regula et cōstitutiones torcular lectio et studium scripture turris predicatio. agricolarū locatio prelatoꝝ perfectio est felices q̄ bn̄ colunt et non negligunt. augent et non diminuūt conseruant et nō de-struunt Quilibet aūt nr̄m de populo est vinea. et idem est etiā cultor quilibet eī nr̄m colit seipm̄. Vn̄ hieroni. Locata est aūt nobis vinea et locata est ea cōditione vt reddamus fructum dn̄o tēporibus suis et sciam⁹ vnoq̄ȝ tp̄e quid oporteat nos vel loqui vel facere. (Principes autē sacerdotum et scribe ⁊ pharisei) cognoscentes q̄ de ipsis dixerit parabolā istam (voluerūt eū) quasi mēdacē (tenere) ad occidendum sed diuine reuerentie hūanū ti-morē preferētes (et timentes turbas) nō ꝑcesserūt in fa-ctum (q̄m) turbe (sicut ꝓphetaʒ habebāt eū) S̄ʒ quē nūc turbe quasi ꝓphetā habent tricolūt postea ꝯtra ipsū cruci-fige crucifige eum clamāt quia turba mobilis est nec in ꝓposita voluntate persistens vbi criso Omnis hō mal⁹ q̄stum ad voluntatem suā et mau⁹ suas mittit ī deū ⁊ oc-cidit eum. Qui eī deum ad iracundiā excitare nō dubi-tat qui p̄cepta ei⁹ cōculcat qui nomē ei⁹ ꝯtemnit q̄ blas-phemat qui murmurat ꝯtra deum et turbato vultu aspi-cit cōtra celum qui in ira sua manus audacter subleuat cōtra eum nōne si poterit fieri manus mitteret in deum et occideret eū vt iam licenter peccaret. Vide nunc ob-stinationē pontificū ⁊ maioꝝ in malo q̄r audiētes do-ctrinā xp̄i non fuerint cōtriti sed magis ex hac indigna-ti et ad occidendū eū minari. Multi sunt tales hodie q̄ indignant̄ q̄n reprehendunt̄ q̄r pauci sunt qui veritatem sue correctionis velint audire. imo et persequūtur repre-hendētes eos pro ipsoꝝ salute. Videtis quō pontifices et maiores retrahebantur a malo ꝑpter populum cū th̄ deberet esse per contrariū Hec plebs quasi asina balaaʒ fuit q̄ ipm̄ errantē corripuit Hoc quotidie gerit̄ in eccle-sia cū quilibet solo noīe fatet̄ eā quā nō diligit ecclīastice fidei et pacis vnitatē sed erubescit vel timet impugnare propter bonoꝝ multitudinē. Sed licet ab occidēdo dei filio ad modicum donec veniret hora eius timore huma-no potuerunt retardari nunq̄ȝ tamen diuino amore vo-luerunt cohiberi Predicationē eī christi contemnen-tes ꝑpter cupiditatē temporaliū cōspirauerunt in ipsius morte ne perderent ciuitatē et templū. in quo q̄dem tem-plo hauriebant pecuniā ꝓp̄li sub obtentu cultus diuini. Vn̄ occiderunt filiū vt haberent hereditatem et pacifice possiderent templū ⁊ ciuitatē ne occasione eius romani venirent et eis locū et gentem auferrent. contrarium th̄ eis accidit q̄r in vindictā mortis xp̄i et locum ⁊ gentem ꝑdiderūt vbi criso. Q̄nq̄ȝ igit̄ oderunt eos per medios eos transijt nō apparens q̄nq̄ȝ autē apparens dolentē eorū cōcupiscentiā detinet. hi autē neq̄ȝ sobrij fiebant neq̄ȝ ve-recundabātur ita simul eos dilectio principatus ⁊ vane glorie repleuit cupido et p̄ntia petere Nichil ita aduer-sus proximū caput ipellit ⁊ in ꝑcipitatiōes fert; ⁊ nichil ita facit a futuris excidere sicut affixū esse temperaneis. Nichil ita facit ⁊ his potiri sicut oībus illa prehonorare. Querite eī. ait dn̄s regnū dei et oīa adijcientur vobis. Neq̄ȝ ita sollicitus sis de tuis sed dimitte ea deo. si eī tu inde sollicitus fueris vt hō sollicitus eris. Si aūte deus ꝓuiderit ne sollicitus sis de eis dimittēs sp̄ualia q̄ maio-ra sunt q̄ ipse nō valde eis ꝓuidebit vt igit̄ valde eis pro-uideat ei soli omnia concede Si eī et ipse ea tractaue-ris dimittens sp̄ualia non multam ipse eorum faciet ꝓ-uisionem. Vt tibi igitur hec bene oīa disposita sint ⁊ a sol-licitudine eripiaris vniuersa adhereas spiritualibus De-spice secularia. Ita enim et terram habebis cum celis et futuris bonis participabis Hec criso. Hec per criso. iam dicta maxime et precipue ad monachos spectāt. de quorum vita idem criso. hoc loco narrat eamq̄ȝ ad se-cularium vitam comparat dicens Que videtur ita one-rosa esse vita et difficilis eam que monachoꝝ est dico et crucifixorum multum hac que videtur esse mitis et mol-lis dulcior est et delectabilior ⁊ tantum est medium q̄n-ta est portus et pelagi continue a vento percussi differē-tia. Intuere autem a conuersationibus confestim pri-mordia tranquillitatis. Foros enim et ciuitates et eos qui in medio sunt tumultus fugientes vitam que est in montibus elegerunt que nichil habet commune ad pre-sentia et iam que sunt regni illius meditantur in silentio et quiete multa et cum omnibus his deo sunt communi. quoniam opus monachorum habebat adam ante inobe-dientiam opus est eis id quod erat et ade ante peccatum quādo gloriam illam indutus erat et deo cum libera pre-sentia copulabatur ⁊ regionem illam que multa erat ple-na puritate habitabat Quo enim hi deterius illo sunt di-spositi quādo ante inobedientiā positus est operari pa-radisum. Nulla cura erat ei secularis sed neq̄ȝ his. Deo loquebantur cum pura conscientia hic et hi et multo am-pliorē habent liberam presentiam illam quāto et maiorē potiunt̄ gr̄a per dei largitionē hi orbis terrarū lumina-res surgētes a lectulo clari et leuantes ⁊ chorum vnū sta-tuētes in p̄clara ꝯsciā cōsonant vniuersi sicut ex vno ore hymnos ad vniuersoꝝ canunt deum laudātes eum et ei

Mystice. — Hieronymus. — Crisostomus. — Crisosto.

gratiam pro oibus soluentes p ppusijs z cōbus bñficijs
Quare si videtur adaz dimitretes interrogamus quo ab
angelis hic distat chorus q̄ in terra cantant z dicunt glo
ria in excelsis deo e in terra pax hominibus bone volun
tatis. Deinde postq̄ȝ cantica illa dixerunt genua flecten
tes deum quem hymnis laudauerūt rogāt z petūt pre-
sentium quidē nichil nulla ei eis hoȝ ē cura stare aūt cuȝ
libera pñtia ante terribile tribunal cum venerit iudica-
re viuos et mortuos vnigenitus filius dei et nullum au
dire illā terribilem vocem que dicit nescio vos z cuȝ pu
ra conscientia et multis directionibus laboriosam hanc
explcant vitam z difficile nauigent hoc pelagus cū tran
quillitate. Deinde surgentes et perficientes iam sanctas
illas et continuas orationes oriente radio ad opus adit
vnusquisq̄ȝ multum stipendium egētibus hinc cōgregā-
tes. Magnus est illic qui vile opus rapit. Non est ibi me
um z tuum sȝ abiectū est inde hoc verbū qđ decē miliuȝ
est causa preliorum. In nullo eorum tabernacula deteri
us celis disposita sunt etenim angeli descendunt ad eos
et angelorum dñator. Et mēsa apud eos est ab omi aua
ricia munda z philosophia plena. Non sanguinum tor-
rentes sunt apud eos neq̄ȝ carnium incisiones neq̄ȝ dul
camina neq̄ȝ vapor coctorum indecenter implens odo-
ratum neq̄ȝ fumus incōueniens neq̄ȝ cursus z tumultus
et turbationes et clamores aggrauātes sȝ panis et aqua
hec quidem ex fonte puro ille aūt a laboribus est iustis.
Si aūt z aliquid munificētius comedere voluerint extre
mitates arborum hec munificētia fit z maior hec delecta
tio q̄ȝ in regalibus mensis. Angeloȝ est hec mensa ab oī
turbatione eruta. Et sedile eis fenū simpliciter suppon
tur sicut in heremo prandens xp̄s fecit. Multi autē neq̄ȝ
tegmen hic faciunt sȝ p tecto celum hñt z lunā p lumine
lucerne nō indigētes oleo neq̄ȝ ministro sol desuper ipse
digne lucet. Hec z angeli mensaȝ de celo cōtemplantes
letantur z exultāt hec igit sciētes z deponētes auariciā
vniuersaȝ inuadamus supius celi studio vniuerso regnuȝ
rapiētes vt z futuris fruamur bonis hec crīs. Oratio.

Omine deus paterfamilias oīpotēs q̄ vineā ec
clesie tue prelatis locasti ad colenduȝ vt vicia tā
q̄ȝ spinas extirpando z virtutes tanq̄ȝ bona se-
mina inserendo fructuȝ in se z in subditis facerent bono
rum operū dā p ppriius oibus z prelatis z singulis sub di
tis vt fructum cordis oris et operis tibi reddant et vber
tate fructuum maiestati tue placeant ac tandē post labo
rem pñtis vite cum electis tuis q̄ bñ z fideliter laboraue
runt in regno tuo te miserante requiescant Amen.

De inuitatis ad nuptias et non habente vestem nu-
ptialem. Ca xxxiiij.

Ma.xxij. Lu.xiiij.

T quia maiores iu
deorū z intelligentes de se dici parabolas que
rebant dñm tenere z occidere hanc eorū sciēs
voluntatem nichilominus increpat seuiētes nec timore
superat quo minus arguat peccatores. Hic habes argu
mentum q̄ si predicatio tua nō fuerit semper cōsecuta ef
fectum non ideo desistas a pdicatiōe z redargutōne ma
xime si spes est tibi de eorum quibus predicas correctōe
Quia igitur oñderat q̄ regnum auferet a iudeis et dabi
tur genti facienti fructus eius iō subiungit hic parabo-
lam de inuitatis ad nuptias regis quas fecit filio suo q̄-
rum quidaȝ venire neglexerūt q̄dam vero seruos missos
contumelijs affectos occiderunt z de alijs bonis et ma
lis vocatis qui venerunt et ad nuptias intrauerūt. Hac
parabolā inducit vt dei longanimitatē z patientiaȝ mul
tam ad iudeos oñdat quos pre ceteris honorauit z prio
ad nuptias filij sui vocauit cui carnē nostraȝ z ecclesiam
desponsauit z vt reprobationem iudeorum z vocationē
gentium demonstraret. Quia eñ iudei ad fidem vocati
venire noluerunt merito ipsis reprobatis alij introducti

sunt z implete sunt nuptie discumbētium q̄r fides catho
lica diffusa ē p orbē vniuersū (Simile est regnū ꝗ celoȝ hoī
regi) i. negotiū pñus eccl'ie seu factū in eccl'ia militāte cir
ca xp̄m sile est negotiū qđ potuit fieri p hoīeȝ regē in ecle
bratōe nuptiaȝ. Iste hō rex ē deus pr̄ q̄ dr̄ rex q̄r regnat
in celo p gl'iam in mūdo p gr̄am in inferno p iusticiā. Et
dr̄ hō ppter ꝯformitatē q̄ est inter deū z hoīeȝ (Qui fecit
nuptias filio suo) triplices primas celebrauit in virginis
vtero in copulatiōe diuine nature et humane de quibus
dicit greg. q̄ nuptiaȝ thalamus fuit vterus virginalis.
Secundas fecit in mundo in coniunctiōe xp̄i z eccl'ie de
q̄bus apl's sacr̄m hoc magnū est ego dico in xp̄o z in ec-
clesia. Tertias fecit in fideli amico in cōiunctōe gr̄e et fi
delis aīe de q̄bus Ozee. Spōsabo te michi in fide. Alie
sunt nuptie celestes in q̄bus z multa fercula apponentur
scđm aug. s. vita salus z virtus z copia et glia z honor et
pax z omia bona (Et misit seruos suos) precedentes sȝ
pphas (vocare inuitatos ad nuptias) per scripturas le-
gis in qua est pmissio de incarnatiōe xp̄i s. ipsos iudeos
(ad nuptias) i. ad fidem incarnatiōis xp̄i pmissam in pa
triarchis figuratā in lege predicatā in pphis pphete nā-
q̄ȝ clarius denūciauerūt ea de xp̄o que obscurius posita
erant in lege hortabantur eñ pplm iudaicum expectare
xp̄i aduentum ac p fidē z opa tēdere ad ipm et nolebant
venire credendo scripturis inuitātibus obediēdo seruis
vocātibus ꝯgaudēdo nuptijs regalibus (Iteruȝ misit a
lios seruos) seq̄ntes s. ioh'em baptistam z apl'os (dicens
dicite inuitatis) scȝ iudeis vocatis a tpe abrae (Ecce prā
dium meum paui) i. mysteriū incarnatiōis impleui ac sa
cramenta ecclesie z doctrinā xp̄ianaȝ q̄bus reficiūt aīa
disposui (thauri mei) scȝ pr̄es vete. test. qui sub iugo legi
laborabant z inimicos cornibus vētilabāt (z altilia) q̄si
altilia ab alendo dicta scȝ pr̄es no test. pinguedine cari-
tatis saginati pennis vir tutum alati ad supna mente ere
cti (occisa sunt) q̄r sancti occidunt pro salute ppl'i (et oīa
pata) sunt q̄r quicq̄d querit ad saluteȝ iā adimpletū est in
scripturis vel oīa q̄ ptinēt ad mysteriū nr̄e redemptiōis
vel introitus regni est p fidē mee incarnationis apertus
qui ante fuerat clausus (venite ad nuptias) credēdo dili
gendo opando (Illi aūt neglexerūt) q̄r iudei predicatio
nem xp̄i z aploȝ cōtempserūt nā pauci compatiue de iu
deis crediderunt. Neglexerunt q̄deȝ q̄r dñm non timue
runt qui eñ dñm timet nichil negligit (Et abierūt alius
in villam suā z alius in negociationē suā) ambitōe secu-
laris tanq̄ȝ ville dño detenti z ob pecunie cupiditateȝ nego
ciatione occupati. Ubi criso. O miserrimus mundus et
miseri qui eū sequūtur sȝ eñ mūdialia opera hoīes exclu
serūt a vita (Reliq̄ vero tenuerūt seruos eius z contume
lijs affectos occiderūt) q̄r ioh'es bap. est ab eis incarcera
tus et occisus necnō stephanus z iacobus z alij discipuli
et similiter multi in testamēto veteri q̄r qđ est grauius nō
nulli vocati gr̄am non solū respuūt sȝ etiam ꝑsequuntur
(Rex autē cū audisset iratus est) q̄r a dño merito p tali
bus sunt puniti (z missis exercitibus suis) s. romanoruȝ
sub principibus tyto z vespasiano q̄ ex diuina ordinatio
ne venerūt ꝯtra hierl'm xlij anno post xp̄i passionē (pdi
dit homicidas illos) q̄ in vltionē sanguis xp̄i et suorum
discipulorum ab exercitu romanoruȝ sunt trucidati z ca
priuati (et ciuitatem illoȝ succendit) q̄r tunc hierl'ȝ ē suc
censa z templuȝ in ea (Tunc ait seruis suis) s. aplis et di
scipulis per diuinam reuelationē (nuptie q̄dē pate sunt)
id est mysteria xp̄i implera sunt z omne sacramentum in
carnationis z humane dispēsatōis iā pactū est z comple
tum vt natiuitas predicatō passio et hmōi (z qui inuitati
erant) p legē p pphas p apl'os s. iudei (nō fuerūt digni)
ppter suā incredulitatē (Ite ergo ad exitus viaȝ) i. ad gē
tiles extra viam errātes z dispsiones gētiū (z q̄scunq̄ȝ in
ueneritis) i. cuiuscunq̄ȝ sexus vl' etatis cuiuscūq̄ȝ status
vel dignitatis cuiuscunq̄ȝ pfessionis vl' conditionis sine
acceptiōe personaȝ (vocate ad nuptias) i. ad fidē incar

Gregorius

Augustinus

Crisostom⁹.

natiōis q nullus volēs fidem xpi recipe est re pellēdus
(Et egressi serui cōgregauerūt oēs quos inuenerūt ma
los et bonos) quia in eccl'ia militāte admixti sunt mali
cū bonis (et implete sunt nuptie discūbentiū) quia vt p̄
dictū est fides catholica diffusa est per orbez vniuersum
vel (implete sunt) et q̄tum ad nūerum ꝛ q̄tū ad meritū
et q̄tum ad preordinationē diuinā q̄d erit in fine mūdi
q̄ñ cōplebit nūerus electorū. (Intrauit aūt rex) s. deus
ad iudicium tota enim trinitas iudicabit ꝛ reddet vni-
cuiqz pro meritis (vt videret discūbentes) i. in fide qui
escentes attendēdo. i. vitaz fidelium ꝛ discernendo meri
ta et demerita eorū fideles em̄ ptinent ad iudiciuz nam
qui nō credit iā iudicatus est. Intrat aūt dupliciter s. ge
neralit' i futuro iudicio ꝛ sp̄aliter i morte cuiuslibz hoīs
Et nota q̄ discūbere in nuptiis christi est sacramentis
eccl'e p̄ticipare fidē xpi habere ꝛ bn̄ficiis dei atqz gratiis
eius perfrui (Et vidit ibi hoīem) i. totuz cetū malorūz
qui in malicia sociati sūt in vnum (nō vestitū veste nupti

Hieronim⁹.

ali) i. habentē fidē xpi nō opera. Nam s̄m hiero. Vestis
nuptialis precepta sunt dn̄i et opa q̄ cōplentur ex lege et
euangelio nouiqz hominis efficiūt vestimētum Iste hō
habēs fidē sine operibus ad nuptias eccl'e portat os et
dentes obmittens vite cōpositionē et mores. Vel (non
vestitum veste nuptiali) i. habentē fidē sine caritate Di
citur autē caritas vestis nuptialis q̄ tegit turpitudinez
peccatorum q̄ ptegit a frigore temptationum q̄ ornat
munere donorum et virtutū. Et vt dicit aug. Diuidit in
ter filios regni et perditionis. Vbi greg. Recte caritas

Augustinus
Gregorius

nuptial' vestis vocatur q̄ hanc in se conditor n̄r habuit
dū ad sociāde sibi eccl'ie nuptias venit Qui ergo p cari-
tatē venit ad homines eandē caritatē insinuit vestē esse
nuptialē. Sciendum vero est q̄ sic in duobus lignis su-
periori videlicet et inferiori vestis texitur ita in duobus
preceptis caritas habetur i. dilectiōe s. dei et in dilectōe
proximi Duo ergo necesse est vt caritatis p̄cepta custo
diat quisqz habere in nuptiis vestē nuptialē curat Qua
tenus nec ex compassione proximi contēplationē relin
quat dei nec plusq̄ debet in herēs cōtemplationi dei cō
passionē abiiciat pximi Sciendū quoqz est q̄ ipsa dile-
ctio pximi in duobus p̄ceptis subdiuiditur cū quidā sa
piens dicat omne quod tibi oderis fieri vide ne alteri fa
cias et p semetipsam veritas predicat dicēs q̄cunqz vul-
tis vt faciant vobis hoīes et vos eadē facite illis. Cari
tas autē vera ē cū et in deo diligit amic⁹ et pp̄ter deuz
diligitur inimicus. Magna sunt hec alta sunt hec ꝛ mul
tis ad exhibendum difficilia sed tamē ista est vestis nu-
ptialis. Quisqz hanc recumbens nō habet iaz sollicitus
metuat ingrediente rege quando mittatur foras. Hec
grego (Et ait illi) vnūquēqz hominē in iudicio particu
lari cū moritur vniuersorūz iudex interrogat quō in fide
xp̄iana se habuerit sed in fine mundi loquetur toti huma
no generi (Amice) fidei participatione sed nō operatio
ne debiti obligatione sed nō solutione nomine nō re. vo
catur ergo peccator amicus propter fidem informē que
noticia quedam est et dei donum licet non sufficiat ad sa
lutem. Vocatur etiam amicus propter naturam que ad
imaginem dei est factus vel quia fuit inuitatus (Quo-
modo huc intrasti) i. inter congregationē scz fidelium sa-
cramenta ecclesie suscipiendo fidem ecclesie confitendo.
(nō habens vestē nuptialez) scz opera sine quibus fides
est mortua vel (vestē nuptialem) scz caritatē q̄ absqz ta-
li veste nemo ad communionē fideliū debet accedere q̄ñ
dignū est vt cōuiuantes ipsi sponso in habitu sint confor
mes qui vestē induit caritatis. Caritas dicit' vestis tum
q̄ operit delicta tum quia calefacit desideria. tum q̄ si-
ne ea nō placēt deo opera n̄ra. Dicitur aūt nuptialis q̄a
matrimonia fiunt propter amicitiā reformandā confir-
mādam et augendam In matrimonio igitur filii dei q̄d
fecit cum natura humana amicitia inter deum ꝛ nos est
reformata perpetuo confirmata et etiam augmentata.

Et nota q̄ existentium in nuptiis christi plurimi sunt in
duti sacco auaritie aliqui sunt induti purpura superbie.
aliqui auro inanis glorie. aliqui pellibus ouium simula-
te iusticie. aliqui armis iracundie. aliqui habent vestimē
tum sordidum peccato luxurie. aliqui laceratum disseca
tione inuidie. aliqui incompositū negligentia accidie. ali
qui molli intuitu cōplacentie. aliqui nimis affluētes vo-
racitate gule. De quibus oībus in sophonia dicitur. Vi
sitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina (At
ille obmutuit) propter timorē accusationis. propter eru
bescentiam iniquitatis. propter ignorantiā excusatiōis.
p̄ confusione nō habens quid responderet q̄ deo nul-
lus respondere potest sed propria arguente cōscientia cō
uincitur ꝛ mutus efficitur. Per hoc q̄ ille obmutuit mō
stratur q̄ in illo vltimo examine omne genus excusatio
nis cessabit (Tunc dixit rex ministris) i. angelis diuine
iusticie executoribus vel isti ministri sunt maligni spiri-
tus qui deputati sunt ad penam damnatorū. quia scōm
Orige. Merito ipsi sunt pene auctores qui fuerunt cul-

Origen.

pe suggestores (ligatis mani ꝛ pe.) i. ablata potestate be
ne operandi et ad salutē reuertendi ac gratiam recupe-
randi Vel pedes sunt facultas li. ar. manus vero sūt po
tentia operis et vtrūqz est ligatū in damnatis (mittite)
et proiicite eum sic ligatum (in tenebras exteriores) a vi
sione dei et quia sunt extra omnem diem et extra ambi-
tum diuine misericordie Vel (exteriores) id est corpora
les et localiter extra ipsum positas quia habuerat in se-
ipso dum hic viueret interiores id est mētales. Tenebre
enim ignorantie ducunt ad tenebras culpe et has ad tene
bras pene. Vnde scōm grego Interiores tenebras dici-
mus cecitatem mentis exteriores vero tenebras eternā

Gregori⁹

noctem damnationis. Qui ergo nunc in vicio ligantur
sponte tunc in supplicio ligabuntur inuite et ligabit ibi
pena quos hic a bonis operibus ligauit culpa. Et quid
ibi sustinebit qui hic bene viuere contempsit subiūgit di
cens (Ibi erit fletus) scz oculorū per illicitas cōcupiscen
tias et in vanitate mundi hic vagātiū (et stridor dentiū)
in edacitate modo gaudentium quatenus singula mem
bra supplicio subiaceant que hic singulis viciis subiecta
seruiebant. Vel (fletus et stridor) id est dolor mentis et
corporis ad que reducitur omnis pena infernalis. flet⁹
enim a tristicia originatur et stridor dentium causatur a
contrariis causis scilicet ex ardore ignis et frigore infer-
nali. Vnde dicitur in Iob. ad nimium calorē transible ab
aquis niuium. In fletu etiam ꝛ stridore magnitudo tor-
mentorū ꝛ doloris imensitas significat. Vel certe stridor
dentiū prodit indignantis affectum eo q̄ sero vnusquisqz
peniteat sero ingemiscat sero sibi irascatur q̄ tam paruis-
caci improbitate deliquerit. Et q̄ in conuiuio nuptiali
nō initium sed finis queritur cōsequenter repulso vno in
quo omne malorū corpus imprimitur generalis senten-
tia et parabole conclusio infertur. (Multi autē sunt vo-
cati) ad fidem catholicā (pauci vero electi) ad gloriam. s.
cōparatiue respectu illorū qui vocati sunt ad fidem q̄ in
ter multos fideles habentes fidem pauci sunt electi qui
habent fidem formatā. Rursus omnes hoīes vocantur
ad fidem sed pauci sunt electi quia pauci sunt fideles re
spectu infidelium. Tale est quod dicit. Non vnus tm̄ de
vocatis electus est de nuptiis sed intelligendum est de
multis quia per illum vnum intelligitur vniuersitas ma
lorum qui habent fidem sine operibus caritatis. Nā s̄m
aug homo ille qui inde piectus est nō vnū hoīem signifi
cat sed multos q̄ ille vnus corpus malorum est vñ alibi

Augusti.

dicit' lata est via q̄ ducit ad perditionē et multi sunt q̄ in
grediunt' per eam et arta est via que ducit ad vitā ꝛ pau
ci sunt q̄ inueniūt eā. Et hoc multū deberet nos terrere
et ad humilitatem mouere quia est nobis incertū vtrum
simus de illo puo numero electoꝝ. Vñ grego. Tanto q̄

Grego.

sibi vnusquisqz metuat et in humilitate se deprimat q̄to
si sit electus ignorat quia quod sepe dicendum est et sine

obliuione retinendum multi sunt vocati pauci vero electi hec greg. Et notandū q̄ hoc verbum ibi erit fletus et stridor dētiū in septē locis euāgelij legit̄ ⁊ hoc ꝯtra septē vicia maxime prelatorū fm q̄ vbiqȝ in p̄cedenti sfa reddit̄ cā. Prima cā est quia male intrauerunt s. p nūmū non p deū p cupiditatē nō p caritatē. Ut ibi hic (quomō huc intrasti nō habēs vestē nuptialē) et sequitur (ibi erit fletus et stridor dentiū) Secunda q̄ male vixerūt nō sicut pastores sed sicut p̄dones non sicut epi sed sicut epicuri Ut supra de sagena malos autem foras miserunt ⁊ sequitur ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Tertia quia alios scandalizauerunt sicut lapis subito occurrens pedi facit ipsum cespitare et offendere. Unde supra et colligent de regno eius omnia scādala et seq̄tur ibi erit flet⁹ et stridor dentium. Quarta q̄ in docendo et regendo inutiles fuerunt. Unde infra suum inutilē proijcite in tenebras exteriores et sequitur ibi erit fletus et stridor dētium Quinta q̄ subditos et superbia verbi ⁊ auaritia facti oppresserūt. Ut infra si dixerit seruus malus morā faciet dn̄s meus et cetera ptē suā ponet cū ypocritis ⁊ sequitur ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū Sexta q̄ magna de se p̄sumpserunt credendo ⁊ maiora iactando vnde supra nōne māducauimus coram te et bibimus ⁊c. et seq̄t ibi erit fletus et stridor dentium Septima quia nō penituerūt elatio cui superbie repugnat humilitati pnie vt supra de centurione filij aūt regni eijcientur foras in tenebras exteriores ⁊ sequitur ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Has ergo xp̄i et ecclesie nuptias tota mēte diligamus harum gaudijs celestibus indefessa bonoꝝ intentione iungamur has q̄ per fidē vocati intrauimus mūdo dilectionis habitu celebrare curemus nr̄eqȝ actionis simul et cogitationis maculas ante diē extremi discriminis ipsi sollicitus examinando diluamus ne forte tūc ingrediens rex si viderit nos nuptialem caritatis vestem nō habere eijciat nos et ligatos a facultate bñ agēdi manibus nr̄is ac pedibus i tenebras mittat exteriores. Si quis enim in tpe iudicij fuerit inuentus sub noie xp̄iano nō habens opa xp̄iani statim corripiet et audiet istud a rege sibi dici (amice quō huc intrasti non hn̄s vestem nuptialē) q. d. Ut quid xp̄ianus es effectus cū opa tua nō sunt xp̄iani. Nullus itaqȝ de vocatōe p̄sumat donec de adeptione finis securus existat. Oīs quidē vocat de⁹ volūtate āntecedente fm quā vult oēs homines saluos fieri (et pauci sunt electi) q̄ pauci b̄titudinē ꝯsequūtur respectu eoꝝ qui ꝯdempnātur. Nonnulli quidē vocati nec incipiunt nōnulli vero in bono q̄ inceperunt minime persistunt et multi fidem pcipiunt s̄ respectu maloꝝ pauci sunt qui in grā vsqȝ in finē pseuerant. Nemo aūt xp̄ianū se iudicet nisi qui xp̄i doctrinā sequitur et imitat̄ exemplum. Qui male viuūt et xp̄iani vocātur iniuriam xp̄o faciūt vnde aug. Nemo sine causa q̄d̄cunqȝ nomen sortitur. Sutor vt dicatur necesse est vt calciamenta ꝯficiat Uocetur quis faber aut alius artifex artis ꝯtria fiat Hmōi exemplis cognoscimus nullū sine actu nomē s̄ oīe nomē ex actu xp̄iani ergo nomē ille frustra sortitur qui xp̄m nō imitatur. Quid enī tibi ꝓdest vocari qd̄ nō es et nomē vsurpare alienū. Sed si xp̄ianū te esse delectat q̄ xp̄ianitatis sunt gere merito tibi nomen christiani assume. Tu ergo quō xp̄ianus diceris in q̄ nullus xp̄iani est actus. Xp̄ianus iusticie bonitatis integritatis patientie castitatis pudicitie pietatis humilitatis et innocentie est nomē et tu istud nomē quomodo tibi defēdis et vendicas cui de tā pluribus rebus nec pauca subsistit Xp̄ianus ille est qui nō noīe tm̄ sed ope est q̄ vitā xp̄i seq̄t qui xp̄m i oībus imitat̄. Sicut scriptū ē. Qui dicit sese in xp̄o manere ds sicut ille ābulauit et ipse ambulare. Xp̄ianus est qui die noctuqȝ deo deseruit qui indesinēt̄ eius p̄cepta meditatur et cogitat q̄ paup mūdo efficit̄ vt deo locuplex fiat qui inter hoīes hr̄ inglorius vt corā deo ⁊ angelis gl̄iosus appareat qui in corde suo nichil fictū

Augus.

videt̄ habere nec fictū cuius simplex ⁊ imaculata est aīa cui⁹ ꝯsciā fidelis ⁊ pura est cui⁹ tota in deo mens cui⁹ oīs spes in xp̄o est qui celestia potius q̄ terrena desiderat q̄ humana spernit vt possit habere diuina hec aug. Unde leo papa. Frustra appellamur christiani si imitatores nō sumus christi. Qui ideo viā se esse dixit ⁊ conuersatio magistri esset forma discipulis ⁊ illam humilitatem eligeret seruus quam sectatus est dn̄s vn̄ ⁊ cypria. Xp̄ian⁹ nemo recte dr̄ nisi qui xp̄o moribus coequatur Un̄ etiā aūt. In ter infideles cōputantur qui qd̄ vouerunt nō implenerūt Quicunqȝ etiam xp̄m nō sequitur non solū xp̄iani nomē amittere sed et antixp̄s dici meretur vn̄ aug. Quisq̄s factis negat xp̄m antixp̄s est magis mendax est antixp̄us qui ore profitetur xp̄m ⁊ factis negat. Jō mēdax q̄ aliqd loquitur ⁊ aliud agit. Quis est qui nō credit q̄ ih̄s sit xp̄s Qui non viuit quō p̄cepit xp̄s. Multi enim dicunt credo sed fides sine operibus nō saluat Et iterū. Omēs negāt xp̄m in carne venisse qui violāt caritatē ih̄u nō enī opus erat vt veniret nisi per caritatē. Maiorē hac dilectionē nemo habet q̄ vt aīaȝ suā ponat pro amicis suis. Quisq̄s violat caritatē q̄d̄libet dicat lingua vita ipsi⁹ negat xp̄m in carne venisse ⁊ iste est antixp̄s vbicunqȝ fuerit quocunqȝ intrauerit hec aug. In hoc ergo maxime nos christiani gentiles scandalizamus q̄ caritatem ⁊ vitā virtuosā non habemus vn̄ cris. Nichil aliud est quod scandalizat gentiles q̄ q̄ non amor est. Cum enī multiplicata fuerit iniquitas frigebit amor Uitam autem nichil ita facit claram vt amor. Nichil ita conuertit gentiles vt virtus aīe nichil scandalizat vt malitia Cum ei viderit auaricia vtētem rapientem eum q̄ cōtraria iubet ⁊ his qui eiusdē sūt tribus vt foris vtentē eum qui iubet inimicos amare delirationē dicit ea q̄ dicta sunt Cum autem viderit trementes mortē qualiter suscipiet eos qui de immortalitate faciunt sermones Cū viderit diligere principatū et alijs seruientem passionibus firmus in suis manet dogmatibus nichil magnum imaginans Non enī sum⁹ cā manēdi eos in errore. Nā dogmata q̄dem que apd̄ seipsos sūt olim cōtēpsissent sed ⁊ nostra sūt admirarentur ex vita aūt nostra ꝓhibent̄. Nā p verba quidē philosophari facile est. Multi enim ⁊ apud eos hoc fecerunt. Inquirunt aūt eā q̄ fit per opera demonstrationē. Ostēde enī mihi fidē tuā aūt p opa tua. Cū aūt magis vera diuellim⁹ ꝓxi morū subas facturā nos vocant orb terrarū Quare nos nobis vindictā dabim⁹ non pro quib⁹ male agim⁹ solū sed pro quibus blasphematur nomen dei vsqȝ quo pecunijs ⁊ voluptati ⁊ alij sumus alligati passionib⁹ Desistamus igit̄ de reliquis ⁊ virtutē capiamus omnē ⁊ futuris fruamur bonis hec cris.

Leo papa

Cyprianus

Augustinus

Augustinus

Crisostom⁹.

Oratio

Domine iesu christe rex celestis gl̄ie q̄ nos per nuncios tuos. i. sacrā scripturā infirmitates piculum viuendi mutationē fortune et gratuitam voluntatē ad nuptias tuas vocasti. da nobis caritatis vestē nuptialē ne a confessione peccati ⁊ a laude dei vnq̄ obmutescamus ne a resurrectione spiritalis gaudij. i. pace ⁊ securitate segemur et da nobis vestem pietatis ⁊ bone operatiōis ne ligatis manibus ⁊ pedibus in tenebras exteriores mittamur. Amen

De questione super tributo soluendo ⁊ de muliere septē viros habente. Cap. xxxv.

Hinc scilicet post

p̄dicta ⁊ eadē feria tercia (abeuntes pharisei) ad herodianos (ꝯsiliū inierūt) vt ex collatione cōi meli⁹ ꝑp̄ēderēt q̄liter ih̄m decipe possēt (eū) quē capere nō poterāt in malo ope (caperēt in sermōe) quia facilius capitur homo in verbis q̄ in factis (Et miserūt discipulos) de secta sua (cū herodianis) i. ministris herodis qui ex parte cesaris preerat tributis vt discipuli caperēt in sermone ⁊ ministri raperēt eū ad puniendū in corpore

Mat. xxii.

Crisostom⁹. Sm criso. ne forte pharisei xp̄o noti et suspecti circūuenī re eū nō possent q̄ī corā eis sibi in verbis caueret mittūt discipulos q̄si ignotos vt facili⁹ deciperēt et minus eru bescerēt dep̄hensi. ꝛ ꝓpter hoc eos et herodis ministros simul mittūt vt q̄dcūq̄ʒ dixerit rep̄hendēt. Et circūdant eū sicut apes mel in ore ꝛ aculeū i tergo portātes ꝛ adu latione ꝓmēdant in eo triplicē veritatē dicētes. (Magi ster scim⁹ q̄ꝛ verax es) q̄ꝛtū ad vitā nō ypocrita. ecce veri tas vite (et viā dei) qua itur ad deū (in veritate doces) q̄ꝛ tū ad sanā doctrinā. ecce veritas doctrine (et non est tibi cura) i. timor vel fauor (de aliquo) q̄ꝛtū ad iusticiā i. non attēdis aliquē vt accipias ꝑsonā. vñ exponēdo subiūgit. (nō eīm respicis ꝑsonas hoīm) sʒ indistincte dicis maiori bus et minorib⁹ veritatē. ecce veritas iusticie. Sed econ tra multi moderni faciunt q̄ paupes delinq̄ntes publice arguūt et cōfundunt sed diuitib⁹ maiora peccantib⁹ nec

Crisostom⁹. nutū faciunt. Scd̄m eūd criso. Inter oīa peccata sacerdotuʒ maximū est q̄ꝛ ꝑsonas respiciunt et non causas. Et iō iu stos et pauperes despiciētes iniquos et diuites promo uent et exaltant. Vt aūt dicit idē criso. Magr̄m eum vo cant et veracē magr̄m vt quasi venerādo eum deciperēt et vt quasi honorat⁹ ꝛ laudatus mysteriū sui cordis sim pliciter eis aperiret tanq̄ʒ volēs eos hr̄e discipulos. Hec est eīm ypocritarū ꝑma simulatio laudatio. laudāt eīm q̄s perdere volunt vt ꝑ delectationē laudis paulatim cor da hoīm ad simplicitatē benigne confessionis inclinent. hec cris. Isti siles sunt q̄ hoībus in presentia adulātur ꝛ in absentia detrahunt. O q̄ꝛ plen⁹ est mundus his et il

Augustinus lis pestiferis hoībus a q̄bus custodiat suos deus. vñ sm aug. duo sunt genera persequētiū. s. vituperantiū et adu lantiū. ꝛ plus ꝑsequit̄ lingua adulatoris q̄ꝛ manus inter fectoris. et mellitis verbis eum interrogare volētes sub iungūt. (Dic ergo nobis quid tibi videtur) Quia certi su mus q̄ꝛ nō dimittis propter maiestatem cesaris vel timo rem aut fauorem cuiuscūq̄ʒ hominis q̄n veritatē dicas ꝛ iuste q̄d verum est diffinias. Et interrogāt eum dicētes (Licet censum cesari dari an non) hanc q̄ōem apud iu deos ortā xp̄o maliciose proposuerūt vt si tributum ne garet et diceret non esse licitum caderet in manū ꝑsidis ꝛ statiʒ caperetur tanq̄ʒ cōtrari⁹ imperatori. Si aūt tributū concederet et diceret esse licitum caderet in manū p p̄li tā q̄ꝛ cōtrarius eoꝝ libertati ꝛ diuino honori ꝛ sic torsi eoꝝ artificium erat vndiq̄ʒ habens precipitiū. Dicebāt q̄deʒ quia romani pro republica militabant eos in securitate et quiete tenentes q̄ꝛ licebat dare tributum. Sed ecōtra pharisei asserebant q̄ꝛ q̄ seruiebāt sūmo deo et sibi obla tiones et decias reddebant nulli hoī tributa soluere de bebāt. Sed sapiē sons dolos eorū fugit sic eīm respōdit vt deo et cesari sua iura suarēt. Vñ (cognita) ꝛ dep̄hen sa (neq̄tia) ꝛ dolositate (eoꝝ) nichil ei latet deū q̄ scrutat̄ renes et corda laudes ipsorū respuit ꝛ dure eis respōdit di. (Quid me temptatis ypocrite) q. d. ¶ Non q̄ritis ve ritatem addiscere sʒ me verbis capere. ꝓp ter hoc eos ypo critas vocat quia aliud pretēdebāt et aliud intendebāt

Crisostom⁹. Scd̄m eūs. Rn̄det nō scd̄m verba eorum blāde sʒ sm cō scientias eoꝝ aspere docens nos dure refellere adulan tes et scd̄ʒ eundē. Pharisei blandiebāt̄ vt p̄derent. ille āt confūdebat vt saluaret quia vtilior ē deus hoī iratus q̄ꝛ homo ꝓpitius. Et subiungit. In hoc aūtē q̄ꝛ xp̄s laudes respuit dat intelligere q̄ꝛ nullus dʒ velle laudari ꝛ in hoc q̄ꝛ adulatores suos dure reprehendit docemur vt adu latiōes vitem⁹ (Ostēdite michi nūmisma cēsus) i. dena riuʒ qui pro censu datur ānuo ꝛ erat de argēto vocabat̄ q̄ꝛ denarius q̄ꝛ valebat decē nummos vsuales et hēbat imaginē cesaris et nomeʒ eius. Proprie tñ nūmisma est ipsa inscriptio imaginis et nummus est cui inscribitur Et illo offerentibus ei denarium censualē (ait. Cui⁹ est hec imago) q̄ꝛtuʒ ad figuraʒ (et inscriptio) q̄ꝛtum ad scri pturaʒ. Non de ignorantia interrogat sed vt cōpetēter ad eorum verba rn̄deat. Voluit dn̄s videre materiā q̄sti

onis vt nos tacite informaret ne simus p̄cipites i. senten tiando sed mature inquiram⁹ et ꝑus examinem⁹ anteq̄ʒ diffiniamus (dicunt ei cesaris) s. tyberii p̄sentis augusti cesaris sub quo augusto passus est domin⁹ (Tūc) ex pre missis inferendo q̄ōnis determinationem (ait illis. Red dite ergo q̄ sūt cesaris cesari) s. tributū et pecuniā ꝑ quā

Criso. confitemini vos illi subiectos vbi scd̄m criso. Illa dicit solum q̄ nocēt pietati quia si aliquid tale est nō cesaris sʒ

Hieron. diaboli est vectigal (et que sunt dei deo) s. sm hiero. deci mas p̄mitias oblationes et hostias. Sicut ꝛ ip̄e reddi dit tributa pro se et petro et deo reddidit q̄ dei sunt pa tris faciens voluntatem. Vel debemus reddere mun do suos honores eos despiciendo suas delitias eas ab horrendo et suas diuitias eas contemnēdo deo autem

Ambro. decimas et oblatiōes. Vel secūduʒ amb. Sicut cesar ex igit impressionem sue imaginis sic et deus aīam lumine vultus sui insignitam sicut enim denarius imaginē regis sic signatur homo ad imaginem et similitudinem dei quā peccāndo corrumpit. Et iterum. Cum alia sit ima go dei alia mundi si non vis esse obnoxius cesari noli habere q̄ sunt mundi. Si vis terreno regi nichil debere omnia tua relinque ꝛ xp̄m sequere. Et bene prius q̄ cesa ris sunt reddenda decreuit neq̄ʒ eīm p̄t esse quis discipu lus dn̄i nisi prius renunciauerit mundo. Sed omnes re nunciamus verbis non renunciamus affectu. Nam cuʒ sacramenta recipim⁹ renūciamus. Quā grauia sunt vin cula promittere deo et nō soluere. Maior est contractus fidei q̄ꝛ pecunie. Redde ꝓmissum dum in hoc corpore es

Hieron. priusq̄ʒ veniat exactor ꝛ mittat te in carcerē. Vnde ꝛ hie ro. Nummū habet ītē cesaris imaginem reddite cesari cesari vosmetipsos libenter deo. Signatum est enim lumen vultus dei sup nos nō cesaris hec hiero. Relictis ergo que mūdi sūt corpus aīaʒ intellectū volūtateʒ rati onē et oīa q̄ in nobis sunt deo a q̄ accepimus nō dico de

Hylari⁹. bemus sed tanq̄ʒ debitū reddamus vt nō ꝓpati bestijs sʒ rationabiliter in oībus procedamus. Qua sm hilariuʒ Condignū ē vt ei nos totos reddamus cui debere nos recolimus et originē et ꝑfectū. Nō est itaq̄ʒ incōueniēs nec contradictio q̄ꝛ hō sit subditus hoī in tp̄alibus ꝛ deo immediate in sp̄ūalibus vtrūq̄ʒ eīm bñ se cōpatitur nec alterū alteri ꝑiudicat. Sed magis felix est ꝛ btūs q̄ a tē poralibus ꝛa ꝑniciosa seruitute eoꝝ est erutus ꝛ deo soli subiectus q̄ꝛ hic in re ī re est liber ꝛ princeps ꝛ regibus re

ponitur cū eis (post multū tēpis) .i. in scđo aduētu (venit dn̄s seruoꝝ illoꝝ) requirens a singulis de cōmisso rōez exq̄rens merita ⁊ exigens q̄d tradidit cū vsura. Quid quisq̄ accepit consideret et q̄d lucꝝ de acceptis reportz penset (Et accedens q̄ v talē acceperat) .i. preparans se ꝯsidēs de reddēda rōne (obtulit alia .v. tal. ⁊ qui ij acceperat obtulit alia duo) multiplicata eni tal. sunt multiplicata merita que offeruntur cū a deo acceptant (obtulit inq̄ā dicens. Quinq̄ vel ij tal. tradidisti m̄) ꝯfiteꝝ gratifice ⁊ totū ei deputat q̄ ab ipso accepit (ecce alia .v. vel ij. supluerat⁹ sū) .i. m̄tiplicata sunt merita ex gratia tua cū vsu liberi arb. (Et ait illi vtriq̄ dn̄s eius. Euge) q̄d est interiectio gaudentis .i. scđm cris. bene fit tibi serue per propriā hūiliationem q̄ ad teipm̄ bōe p diuinā assilatōez q̄ ad deū et fidelis p vtilē dispēsatiōez q̄ ad primū vel (bōe ⁊ fidelis) ḡrens in actib⁹ suis gl̄iaꝫ dn̄i sui nō suā (qr super pau. fu. fidelis) .s. bona vite pn̄t. sup mul. te ꝯsti.) .i. bō vite sequētis de q̄b⁹ ps̄ di. Quā magna m̄ltitudo dul. tue dn̄e quā absc̄ō ti te. vn̄ cris. Pauca sunt q̄ in hoc seculo nobis prestanꝭ multa q̄ in illo seruanꝭ. Et hiero. oīa q̄ in pn̄ti habemus licꝫ magna videanꝭ ⁊ plīma tā cōpatiōe futuroꝝ parua ⁊ pauca sunt (intra in gaudiū dn̄i tui) ⁊ suscipe que nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascendit ⁊ bn̄ dicit (intra) vt ex oī pte gaudiū sursum ex visione dei deorsum ex consideratōe inferni interi⁹ ex glia cōsciētie exterius ex decore oīs creature. Gliose ꝯsūmmato cursu certamis in gaudiū dn̄i sui intrabit qui cētum milibus predicās vn̄ vnā aiaꝫ lucratā dn̄o suo reportauerit nec sō minus gliose si nullā dn̄o nō fideliter p posse faciat q̄d faciēduꝫ ē p salute nē pe miles strēnuus in certamine cōmēdaꝭ si ꝯstanter ⁊ viriliter certauerit etiā si dn̄o suo triumphum nō obtinuit sic ⁊ doctor gētiuꝫ repositā sibi habere coronā iusticie gl̄iabaꝭ nō minus q̄ si oēs q̄s cōuerterat in vera fide ⁊ vnitate sanc. m̄ris eccle. perstitissent. (Accedens aūt q̄ .i. tal. acce. ait. dn̄e scio ⁊ homo durus es) grauiꝭ puniēs delinq̄ntes (met vbi nō sem̄asti ⁊ cōgre. vbi nō sp̄sisti) Seiat deus noticiā i predic. veritatꝭ spgit virtutes in exem. bōitatis merit ergo vbi semē legis vel euā nō m̄istrauit ⁊ colligit vbi bonitatis exempla i prīsbus ve. vꝭ no. test. nō sp̄sit. In prelatis etiaꝫ eccle non solum reqrit bō i p̄sona ppria sꝫ etiā in alieā .s. in sbditis eorum qr eoꝝ officiū ē alios ⁊ maxīe subditos inducere ad bonū (⁊ timēs) .s. aggredi altioris vite statū ne ipe piclitaret t q̄rēs salutē alioꝝ (abscōdi tal. tuū in terra) .i. est nō sum vs⁹ noticia m̄ dam ppter eterna sꝫ ppꝭ terrena (ecce habes q̄d tuū ē) .a. d sufficit m̄ qr tenui q̄d habui nec aliis ministraui. Iste tiōr serui pigri nō est nisi pusillanimitas bene agendi. Et aūt dicit cris. ⁊ si talentuꝫ non perdidit tēus tā ē dāni sicut q̄ cū seminādi semē accipiēs ipe seīationis nō seiauerit dn̄o suo dānū fecit ⁊ si semē non perdidit q̄tum poterat lucrum facere si oportuno tpe seminasset. Rn̄. aūt dn̄s dixit ei serue male) propter calūniā respectu dn̄i (⁊ piger) in m̄tiplicatiōe respectu proximi (sciebas qr meto vbi nō seīo) m̄ltomagis vbi seīo (⁊ congrego. vbi nō sp̄si) multomagis vbi sp̄si. q.d. p omissione veritatis ⁊ virtutuꝫ iudico illos quib⁹ nō predicaui nec exēplū bōitatis ꝓposui ergo multomagis te cui talētuꝫ noticie mee ad negociandum cōmisi ⁊ ex hoc te accuso q̄ te excusas (Oportuit ergo) ad tuū meritū ⁊ ad aliorum cōmodū (te pecuniā meā) .i. sermonē vel legē dare gratis ad mensam .i. ad alioꝝ refectionē internā e (committere nūmularijs) .i. auditoribus q̄ q̄d audiunt operātur vel potius docere alios qui postea aliis ministrarent (et ego veniēs) ad discutiendū merita (recepissem q̄d meū est cum vsura) .i. te ⁊ ipsos q̄s m̄ acquisiuisses hec eni est vsura sp̄ualis .s. lucꝫ animarū q̄ maxime placet deo (Tollite itaq̄ ab eo talentū) .i. donū sibi traditū sciꝫ naturalis ingenij vel noticie ꝫ loquitur permissiue qr dn̄s auferri p permittit intelligentiam vel p vicia vꝭ p demones q̄ hō infatuaꝭ in eligēdo maluꝫ vel infatuaꝭ ppter sese abusuꝫ vel nō recipit mercedē sꝫ penā qr bona diuinitus collata nō cedēt male opantibus vel ociosis ad gloriam sed magis ad ꝯfusionē (⁊ date ei q̄ hꝫ .x. talenta) qr dn̄atio reproborum cedet ad gloriā electoꝝ s̄m illud letabiꝭ iustus cū vi vindi. ex q̄ patet q̄ nō permittit deus fieri malum nisi inde eliciat aliquod bonum iussit autē potius dari illi q̄ hēbat .x. q̄ illi q̄ habebat iiij. qr minus habuit q̄ v accepe tat q̄ qui duo p v enī significaꝭ exterioꝝ scīa scđm .v. sensus sꝫ p duo opatio voluntatis ⁊ intellectus oportuit ergo illi q̄ habuit exterioꝝ sciāꝫ ⁊ āministratiōez dari intellectuꝫ interioꝝ q̄ p vnū itelligiꝭ talētū (oī eꝭ hn̄ti) ⁊ bn̄ vtēti (dabiꝭ) incremētū ei⁹ q̄d hꝫ (⁊ abūdabit) hn̄ti sollicitudinē ministrādi verbuꝫ dei dabiꝭ gr̄a (⁊ abūdabit) in esficaci doctrina. Itē (hn̄ti) caritatē dabiꝭ augmentum caritatis (⁊ abūdabit vsq̄ ad pfectionē. Itē hn̄ti meritū dabitur premiūꝫ abūdabit qr remūerabiꝭ supra condignū. Augetur eni gr̄a ei q̄ laborat in ea nam laborando meretur augeri et ei qui reperitur in gratia dabitur gl̄ia ⁊ abūdabit non solū de sua ⁊ alioꝝ glificatione sꝫ etiam de impletione iusticie in maloꝝ reprobatiōe (Ab eo aūt q̄ n̄ hꝫ) studiū vel caritatē ⁊ bonū doni collati vsū (⁊ q̄d vꝭ hr̄e) naturali ingenio vel studio lr̄aꝝ ac donū sibi collatū (auferetur) Itē ei q̄ nō hꝫ fidē vt i deo nō credenti etiā q̄d vꝭ hr̄e .s. legis scīa auferetꝭ ab eo. Item ei q̄ in morte non inuentus fuerit in gr̄a bona naꝭe ⁊ gr̄e cedēt ei ad penam. Et aūt dicit aug. Omis res q̄ dāda nō deficit si habetur ⁊ non daꝭ nō habeꝭ quō hn̄da est ⁊ vt idē dicit dare hn̄ti fuit mie auferre nō hn̄ti iusticie prudēter ergo ⁊ fideliter laborantem ac bonū vsuꝫ in dei mūere hn̄tem amplioū gr̄a dn̄s donat ⁊ ocia sectanteꝫ ac munere dei non bene vtentē eo q̄ declarat priuat. Vn̄ dicit gre. q̄ q̄sq̄s caritatem hꝫ etiā alia dona pcipit q̄squis caritatē nō habꝫ etiā bona q̄ pcep isse videbatur amittit. Deinde inutilem seruum talento priuato iubet mitti in tenebras exteriores .i. corporales qr vt ait hiero dn̄s lumen est q̄ ab eo foras mittitur caret lumīe. Exteriores tenebre sunt corporis interiores sunt male aīe. Vn̄ greg. interiores tenebre sunt cecitas mentis exteriores eterna noꝫ damnatōnis q̄ ergo hic sponte cecidit in cecitatē mentis illic pijcietur in noctē damnatiōis. Vn̄ ⁊ rab. p penā i exteriores tenebras cadit qui per culpā suaꝫ spōte in interiores cecidit. ibi coactus patitur tenebras vltionis qui hic libenter sustinuit tenebras voluptatis hec raba. (ibi erit fletus) pro veniēs ex fumo ignis (⁊ stridor dentiū) ex passione frigoris vel (fletus ⁊ stridor dentiuꝫ) .i. dolor mentis et corporis ⁊ ad ista reducitur oīs pena infernalis ecce qr non solū qui mala operatur sꝫ et q̄ bona nō facit vltima pena punitur ⁊ ꝭ etiā p .v. talē intelligi bona nature bona gr̄e bona scīe bona potētie ⁊ bona opulētie ⁊ dicuntur talē qr per bonū vsum taliū pōt homo sibi acq̄rere celeste premiū ⁊ aliqui hn̄t oīa ista a deo collata alii plura istorum alii vnū tn̄ aliqui etiā sunt qui talenta multiplicant et geminant bn̄ vtēdo predictis ad sui pfectiōez ⁊ proximi edificatōez alii abscōdūt in terra qui vtunꭓ ad mūdi gloriam ⁊ lucra tpalia. De eodē q̄ luc. ponit pabolā de homine nobili .s. xp̄o qui nō solū s̄m diuinitatem verūetiaꝫ s̄m hūanitatē ex nobili gn̄e ort⁹ ē qr s̄m diuinitateꝫ dei patris ⁊ scđm humanitatē dauid regis filius qui (abiit in regionez lōginquā (ascēdens in celum empireū accipe sibi regnū (super ordines angeloꝝ (ac reuerti) .s. ad iudiciū generale in mūdi fine ⁊ etiā ad iudiciū pticulare in cuiuslibet hoīs morte ⁊ priusq̄ illuc ascenderet (vocatis) p electiōis gr̄aꝫ (decē) ppter decalogi obseruātiā (suis suis) ppꭓ obiam oīmodā vel (decē seruis suis) .i. xp̄ianis et fidelibus vniuersis quoꝝ vniuersitas n̄ero denario dēsignaꝭ ppꭓ ꝑfectiōez denarij (dedit illis) grat decē mnas id est talenta seu libras .s. sp̄ualē decalogi intellectum ad negociandū donec veniat ad iudiciū q̄s veniens exiget cū vsura ⁊ excrescētis scđm beđ. Mna .x. dragmis appēditur decē ergo mne centū dragmas .i. cētū libras faciūt

Crisost. — Crisost. — Hieroni. — Crisost. — Augustinus. — Gregorius — Hieronim⁹. — Gregorius — Rabanus — Beda

qua miserus pfectoꝝ designat et sacre scrip sermo q̄ vite
celestis pfectiōez suggerit q̄si numeri cētenarij pondere
fulgescit vel per ꝯ mnas intelligitur vniuersitas donoꝝ
dei ꝑpter pfectiōez ipi⁹ denarij mutuauit ergo nob de⁹ a
liq̄ dona ad negociādū vt multiplicent ꝑ fructus bonoꝝ
opeꝝ q̄ tps meriti currit vsq3 ad iudiciū de quibus que
rit lucrū meritoꝝ redditurus cumulū premioꝝ. Hꝑfecto
[Gregorius] negociū vt ait greg. tūc vere nos agimus si viuēdo ⁊ lo-
q̄ndo primoꝝ aias lucramur si infirmos quoq3 celestis
regni gaudia pdicādo in supno amore roboramus si pro
teruos ac tumidos gehēne supplicia terribiliter insonā
do flectim⁹ si nulli ꝯ veritatē pcimus si supnis amicicijs
dediti humanas inimicicias nō timeam⁹ hec gre. Usura
quippe est qđ ex mutuo vltra sortem accipitur. Et certe
dn̄s dādo nobis pecuniā sue gr̄e ⁊ doctrine exigit eā cū
vsuris ⁊ excrescētia pn̄o vt cui3 tribuit doctrinā fidei ad
credendū exigit vt qđ credis ore cōfitearis scđo vt quod
confiteris ope compleas tertio vt ex auditis in lege diu
meditando ⁊ legēdo ⁊ orādo etiā alia intelligas quarto
vt quod cōpleueris docere nō cesses his em̄ ptibus dena
[Crisostom⁹.] rius vite fundat eterne vn̄ greg. Inquantū vos pfecisse
pensatis etiam alios trahere vobiscū satagite in via dei
hr̄e socios desiderate ⁊ si ad deum tenditis curate ne ad
eū soli veniatis hic em̄ scriptū est Qui audit dicat veni vt
qui in corde vocē supni amoris susceperit foras etia3 pro
ximis vocem exhortationis reddat hec greg (Accepto
sūt regno) dn̄s a seruoꝝ illoꝝ rediēs (iussit eos vocari) ad
se vt sciret q̄ntū quisq3 negociatus eēt Et cū primus ve
niens cū mna sua alias decē ⁊ alter cum mna sua alias quin
q3 acquisitas obtulisset ꝯgratulās ei dn̄s dixit prio (eris
ptatē hn̄s su decē) alteri vero (⁊ tu esto sup qnq3 ciui) i.
gaudebis sʒ tu vterq3 de felicitate oīm q̄ ꝑ tuas doctrinā
vel vite tue exemplū cōuersi sunt ad bonū seruis aūt bo
nis mnas cū lucro reportātibus piger seruus mnā suam
sine lucro obtulit quā in sudario ligatum habuit q̄ mol
liter et delicate viuendo doctrinā cōmissā3 nō enumera-
uit ac grāz sibi datā in hac carne laboribus ⁊ fatigationi
bus traditā torpescēs ⁊ pcepta dona sub ocio torporis ⁊
ignauie abscōdit ⁊ seipsam mnam sine operibus tanq̄
mortuā3 et sepultam in sudario habuit sudarium em̄ est
pannus in quo inuoluit corpa mortuoꝝ et iō mna in su
dario reposita signat donū dei a bois opib⁹ ociosum tan
q̄ mortuū illis ergo qui de donis suis bn̄ opando lucꝝ
fecerunt cōmendatis a dn̄o et remūeratis pigrū q̄ in bo
nis opibus torpendo mnā suā3 in sudario ligauit repro
bat dn̄s et damnat vario tn̄ modo sm quātitatē meriti
vel delicti q̄ grad⁹ sunt ⁊ in gaudijs ⁊ in tormētis. Iste
(hō pegre pficius) i. xp̄s ad prē3 ascēdēs sm mar. (relic
quit) corpaliter (domū suā) i. eccl'iam quā tn̄ nūq̄ diuine
potentie psidio destituit (⁊ dedit seruis ptātem cuiusq3
opis) q̄ dans fidelibus viij ral. sm mat. et ꝯ mnas sm
luc. tribuit eis facultate3 insistendi opibus bonis dimit
tens eos agere sm libertatem sue volūtatis (⁊ ianitori)
[Beda] q̄ ducit in domū celi (pcepit vigilare) ei. s. q̄ pdicat ⁊ pest
cui dr̄ si nō annūciaueris iniquo iniq̄tatē suā3 sanguinem
eius de manu tua reqram vn̄ bed. ianitori āt pcepit vt vi
gilaret q̄ ordini pastoꝝ cōmisse sibi eccl'ie sub3 curam
impēdere non solū autē rectores eccl'ie sed oēs vigilare
pcipimur ianuas cordiū custodientes ne antiqui hostis
[Gregorius] mala sugestio intret ne nos dom in⁹ dormientes inueni
at hec bed. ianitor etiā est rō que d3 esse vigil ad clauden
dum ostium ꝯsēsus dyabolo ⁊ ad apiēdū xp̄o q̄ ad ostiū
pulsat q̄n ad bonū inuitat negociemur ergo fideliter de
bōis nature gr̄e et fortūe nob datis q̄ de oīb⁹ rōē3 redde
mus. Fugiamus pigriciā q̄ piger locū dya ꝑpat ⁊ ocio-
sus q̄si puluinar ē dya. in quo requiescat oībus q3 mōis q̄-
bus possumus nosmetipsos emendando vel alios adiu-
uando talentū3 dn̄icū erogare ⁊ erogando multiplicare
studeamus vtpote de q̄ in districto iudicio rationē reddi
turi sumus nec se aliquis ab hac negociatione excusare

poterit q̄ null⁹ ē qui talentum nō accepit vn̄ gre. Scien
dum vero ē q̄ nullus piger ab hac talenti acceptōe secu
tus est null⁹ nāq3 est qui veraciter dicat tal. mīme accepi
nō est vn̄ rationē ponere cogar. Talētī em̄ noīe cuilibet [Grego.]
paupi etiā hoc ipm reputabitur qđ v' mīmū accepit ali
us nāq3 accepit intelligentie donū3 pdicatōis ministeri
um debet ex taleto ali⁹ trenā subā3 accepit erogationē
taleti debet ex reb⁹ ali⁹ didicit arte q̄ pascit ipa ars ei in
talenti acceptōe reputat alius familiaritatis locū3 apđ
diuitē meruit talentum pfecto familiaritatis accepit ha
bens igitur intellectū3 curet oīno ne taceat hn̄s rerū af
fluentiam vigilet ne a mie largitate torpescat hn̄s arte3
q̄ regitur magnope studeat vt vsū3 atq3 vtilitatē illi⁹ cū
primo ptiatur loq̄ndi locū3 apud diuitē hn̄s pro paupi
bus intercedat. Tantū quippe ab vnoq3 nr̄m vetur⁹ iu
dex exigit q̄ntum dedit. Cōsiderem⁹ ergo q̄ accepimus
atq3 in eorū erogatōne vigilem⁹ nulla nos a spūali ope
terrena cura impediat ne si in terra talentū abscondit ta
lenti dn̄s ad iram ꝑuocetur vn̄ aug. vnusq̄sq3 qđ h3 pres
stet alteri q̄cquid plus h3 largiatur inopi alius h3 pecu
niā pascat pau ves nudum edi sec. opetur de pecunia q̄c [August.]
quid boni pōt alius h3 ꝯsilium regat primū pellat tene
bras dubitationis luce pectoris alius h3 doctrinam ero
get de cellario dn̄i ministret conseruis cibaria conforte
fideles reuocet errantes q̄rat pdi q̄ntum pōt faciat est qđ
sibi erogent paupes alius claudo pedes accommodet
alius ceco suos oculos duces prebeat alius visitet in-
firmū alius sepeliat mor sunt ista in omnibus vt prorsus
difficile inueniat aliquis q̄ non h3 vn̄ aliquid alteri pstet
et illud extremū3 et magnū qđ ait aposto inuicem one-
ra vestra por ⁊c. Unde etiā cris. oīa inferamus ad prio
rum vtilitatem talēta em̄ hec sunt vniuscuiusq3 virtus si [Crisost.]
ue in preeminētia siue in pecunijs siue doctrina siue in q̄li
cunq3 tali negotio nullus dicat quoniam i. talem habeo
et non possum facere pōt et p vnū approbatus esse nō es
es vidua illa pauperior nō es petro et ioh. rusticior qui
et ideote et illitterati fuerunt s3 tn̄ q̄m desideriū mōstra
uerūt et ad cōe3 vtilitatem oīa fecerunt celos apphēde
runt nichil em̄ est ita deo amicū3 sicut ad cōe3 vtilitate3
viuere ꝑpter hoc smonē nob dedit de⁹ ⁊ man⁹ ⁊ pedes
⁊ corpis virtutē ⁊ itellectū ⁊ sensū vt oīb⁹ his ⁊ ad nr̄a3
sporū3 salutē ⁊ ad priōꝝ vtilitatē vtamur non opus est
multis hic nob sermonibus neq3 lōga circuitiōe. Instat
em̄ b. Paul. cōcilium serens et di dissolui et cū xp̄o esse
meli⁹ ē manere aūt in carne magi necessariū3 ē ꝑpt vos
⁊ ei q̄ ad xp̄m erat discessioni pposuit primi edificationē
hoc enim maxime est esse cum xp̄o volūtatem eius face
re voluntas aūt ei⁹ nihil ē ita sicut quod expedit primo
si em̄ in secularib⁹ nullus sibiipi viuit s3 ⁊ artifex ⁊ miles
et agricola et negociator ad id quod cōiter expedit sunt
et ad quod proximo pdest conferunt vniuersi multoma
gis in spiritualib⁹ hoc oportet facere hoc em̄ maxie ē vi
uere q̄ sibiipi viuit solū3 et oēs despicit supfluus ē ⁊ neq3
hō neq3 generis nr̄i hec cris. Ex pdictis v3 q̄ aliq̄s fide-
lis in caritate manēs qui absq3 suo scādalo vtilis est vel
esse posset prius quo ad vi et pecca. morta. si se trāsfert ad
heremū vel monasteriū3 vbi alios non istituit verbo vel
exemplo nec curā quā posset et deberet circa proximos
gerit q̄sita abscōdit tal. et ē seruus piger de infirmis eni
non loquimur q̄ de facili scādalizātur quia eis est tutum [Hiero.]
fugere ꝯsortiū3 prauoꝝ et laqueos dya. Sed ecōtra vi-
detur q̄ ꝑualet actiē ꝯtēpplatiua dominus ei dicit mar
the maria opti. par ele que non au ab ra. Et hier. i plu-
ribus locis epl'aꝝ suaꝝ vsq3 adeo pfert actiē ꝯtemplati
uā vt viros religiosos ⁊ mltis vtiles voc3 ad heremū q̄si
nihil boni i mundo agerēt habito respectu ad vitam mo
nachorum ⁊ anachoritaꝝ in his ergo videt necessarium
vt q̄sq3 vires suas ꝯsideret ⁊ ad quod opus ipe sit aptior
penset si em̄ ad ꝯtemplatiuam abilior ⁊ ad orādū deuoci
or tute se trāsferat ad heremum oraturus p se ⁊ aliis et

ita plus pderit eis in heremo p ipsis orãdo q̃ in mũdo
eis predicando nec absens pec dñi sui ĩn terra sed ĩ dño
licet non predicet quia talẽta oronis et deuotionis in quo
ampli⁹ valet et meliorẽ se sentit oibus erogat nec piger
dici debet q̃ totus in scã deuo et orone iesu vigil et fle
tu est. verũtñ si q̃s videret gregis sibi cõmissi periculũ im
minere z nullũ idoneũ in curã gregis sibi successurũ peri
culum esset gregẽ deserere et ad here se trãsferre licz abi
lior ad orandũ sit dũ mõ de suo scandalo nõ p̃sumat pla
tus q̃dẽ qui idone⁹ est ad p̃dicandũ z plures istruere po
test ac sibi z alijs in tali officio vtilis est. talis fraternam
caritatẽ nõ obseruat si pplm sibi cõmissũz relinq̃re z se ad
here trãsfer cuz vtilior in agro p̃dicationis q̃ in here esse
possit in his vero queq̃z in caritate manẽte spũs sct̃ int⁹ do
cebit q̃d ei meli⁹ faciendũ sit z sollicitũ circa hec inq̃sito
ris questioni satisfaciet. Oratio

Domine iesu xp̃e q̃ nobis tua dona misericordi
tradidisti monẽs vt vigilãtes z sollicite agẽtes
ex eis fructũ afferam⁹ da michi indigno seruo tuo de do
nis a te receptis vigilãter negociari et ea per fruct⁹ bo
norũ operũ multiplicare eisq̃z ad tuã gloriã: primi edifi
catione: et mei p̃fectionẽ sic btũ vti vt cum seruis tuis bo
nis z fidelibus merear remunerari ac te iubente intrare
gaudiũ felicitatis eterne et suscipere que preparasti dili
gentibus te bone iesu. Amen.

De ventilatione aree in extremo iudicio. Capi I.

Extremo ponitur

tiam parabolã q̃ ptinet ad actiuos q̃uz est se ex
ercere in actib⁹ mie p quoꝝ exercitio vigilãtes
in talib⁹ remunerabunt. desistẽtes aũt a talib⁹ condẽna
bunt. z describit ventilationẽ aree q̃ fiet in extremo iudi
cio ac modũ ipsi⁹ diuini iudicij. De hoc euãg. dic augu.
Augusti

si q̃s eẽt q̃ de tota sacra scriptura nihil aliud sciret nisi so
lummõ lectionẽ istã p̃rẽ h solũ sibi sufficeret ad salutez
q: ɔtinent hic merita z demerita p̃mia z supplicia bono
rum z malorũ cõditiões aũt iudicis in hoc aduẽtu scdo
ponit p oppositũ cõditionũ eius in aduẽtu p̃mo. Venit
eñ p̃mo in humilitate aploꝝ paupeꝝ societate ꝯpassa in
firmitate. scdo veniet in maiestate angloꝝ societate z iu
dicis dignitate (venit ergo fili⁹ hois) s. virgis ad iudici
um (in maiestate sua) q: tũc iudicaturus apparebit in for
hois gl'iosa q̃ in p̃mo aduẽtu iudicãd⁹ apparuit ĩ forma pas
Remigi

sibili z ĩfirma vñ remi. i maiestate deitatis iudicatur⁹ ad
ueniet q̃ ĩ humilitate sui iudicãdus apparuit itaq̃z traded⁹
ĩ pro cruci. pmittit gl'iam triũphãtis vt securiꝰ a scãda
la hac pmissiõe ɔpesaret. z vt meli⁹ illa paterent discipli
z libẽti⁹ sub tãte gl'ie expectatiõe vñ z cris. de⁹ manifeste
Crisost.

veit manifeste inq̃t nõ iã celat⁹ in corpe sicut ãtea. vt vi
eũ etiã boni cognoscerẽt s̃z manifest⁹ in gl'ia. vt etiã ma
li eũ ɔfiteant̃ indici vt q̃ ɔtẽpserũt eũ ĩ humilitate cognos
scãt eũ in p̃tate z q̃ scire noluerũt q̃ dulcis est mia ei⁹ sen
tiãt q̃ grauis est ira ipius. hec cris. In forma ĝ hũana veiet
vt ab oib⁹ videri possit si eñ in forma diuina veiret nõ pos
set videri a malis. q: talis visio nõ est sine delectatõe ma
xima q̃ tunc nõ cõpetit eis. z ĩõ dicit (cũ ve. fi. ho.) i famu
latu aũt ei⁹ veniẽt oẽs angeli ei⁹ cũ eo. ppter iudicis bo
Crisost.

norẽ z tanq̃ testes actuũ hũanoꝝ z executores sentẽtie
ferende p ipm vñ cris. oẽs eñ angeli cum ipso aderũt te
stãtes z ipi q̃tum ĩm ministrauerũt missi a dñatore ad salu
tem hoim. (Tũc sedebit sup sedẽ maiest sue) i. in eccla ĩ
qua apparebit cũ oĩpotẽtia sua. p q̃õ significat p̃tatez iu
diciariã que xp̃o hoĩ est data (z tũc cõgregabunt añ eũ)
tanq̃ ante iudicẽ suũ (oẽs gẽtes) ois tpis: ois cõditõis
Crisost.

ois etatis. q: nullus poterit tũc latere vel se abscondere
vñ cris. vbi illumiatio euãg. ad oẽs gentes p̃dicata per-
uenit tũc oẽs gẽtes iexcusabiles facte sunt. z ideo tũc iu
ste ad iudiciũ cõgregabunt oẽs. (Et separabit eos abin
uicem) s. bonos a malis (sicut pastor segregat oues ab he

dis) de die sunt simul in pascuis oues z hedi. sed in vespe
pastor eos segregat. sic in vita p̃nti sunt in ecclesia simul
boni z mali sed ĩ vespe mortis seu mũdi sepabit xp̃s bo-
nos a malis sic oues ab hedis. Sepabit inq̃z merita oĩa
merita discernenda loco loca varia assignãdo vocabulo
diuersis noibus appellando hos hedos illos oues. In
ouibus itelligitur innocentia bonoꝝ ppter simplicitatẽ
mititatẽ fecunditatem in hedis itelligitur puersitas ma
loꝝ ppter feditatẽ impetuositatẽ sterilitatẽ. vñ criso.
Crisostom⁹.

deinde a noib⁹ vniu scuiusq̃z modũ ondit. hos q̃dem he
dos vocãs hos aũt oues vt hoꝝ q̃dem ifructificatiõem
ondat nullus. n. ab hedis fruct⁹ fit hoꝝ aũt multũ q̃stuz
et eni mult⁹ ouium est q̃stus: z a lana lacteq̃z z ab his q̃ p
turiunt a q̃bus vniuersa desert⁹ est hedus. Et iterꝝ oues
hoĩes iusti ppter mãsuetudinẽ: q: ipi neminẽ ledũt z p-
pter patiẽtiã. q: q̃ cũ ab alijs lesi fuerit sustinẽt. hedos aũt
hoĩes pctõres dic. q: in capris hec naturalr̃ sunt vicia li
bido p̃ ceteris aĩalib⁹. supbia ira liuidia ɔcupiscẽtia gule
et clamorib⁹ supfl'a garrule. in oibus his vicijs pctõres
abundãt. z iõ hedis sunt assimilati hec criso. (Et statuet
oues) seu bonos (a dextris) suis. (hedos aũt) seu malos
(a sinistris). in ipa positiõe dextre z sinistre iã ex tũc vtrus-
q̃z pa cognoscere poterit cui mia et cui miseria immineat.
vñ criso iustos quidẽ ad dexterã ɔstituet pctõres ad sini
Crisostom⁹.

strã vt vnusq̃sq̃z meritoꝝ suoꝝ cõditionẽ ex ipsi⁹ loci q̃li
tate cognoscat. merito iustos ad dexteraz collocabit. q:
nunq̃ cognouerũt sinistrã merito ipios ad sinistrã q: nũ-
q̃ cognoscere voluerũt dex partẽ vias n q̃ a dextris sũt
nouit dñs puerse aũt sunt q̃ ad sinis sunt. z iterꝝ a sinistris
Remigius

sunt qui q̃rũt tpalia a dex q̃ q̃runt eterna. vñ z remig. in
dextris eterne btitudinis ɔfirmabunt q̃ amauerũt eter-
na in sinistris etne miserie q̃ cupierũt p̃ntia nã z ĩpa trã-
sitoria dei dona respectu eternoꝝ dicunt eẽ sinistra. eter
na vero ĩ dex. q: sũt potiora hic est illud. cor sapientis in
dextra ei⁹ z cor stulti ĩ sinistris illi⁹. (Tũc dicz rex his q̃ a
dex. ei⁹ erũt) .i. bonis. hic nõ dicit fili⁹ hois sic s̃. sed rex
ad cui⁹ apicẽ ptinet subditos regere leges cõdere. trans
gressores legis punire z obseruatores p̃miare quod tũc
apparebit manifeste. Tunc non q̃rit pilatus ergo rex es
tu. sic nõ dicẽt iudei nõ hãre ni cesarẽ Dicet inq̃z rex ve
nite bñ pa mei .i. a p̃re meo qui a patre bñdictoz gr̃e ac-
cepistis q: nõ nisi bñdicti p̃mo per gr̃am z mei iñ vocã
Rabanus

tur ad beatitudinẽ eternã z primũ non dat eñ dñs pacẽ
eternitatis nisi supra pacez pectoris vel ĩm rab dicũtur
bñdicti quibus p bonis meritis debet eterna benedictio
(possidete) et eternaliter tenete paratũ vobis re. ce. locũ
Crisostom⁹.

sanctoꝝ (a ɔstõe mundi) vbi cris anteqũ enĩz vos nascere
mini ait hec vobis pata sũt et p̃parata q: vidi vos tales
Remigius

futuros ĩm remig. rex regũz sine strepitu verboꝝ loquit
id est manifestabit ɔsclas z merita dicetq̃z p collationem
glorie venite bñficio p̃ris mei pmoti ad optinẽdum re-
gnũ vite p̃destinatuz vobis a ɔstõe mũdi hec remig ante
mõi ɔstõz paruz fuit per p̃destinationẽ a ɔstõe mundi p
creationez ab ascensione p aperitõz attende hic dulcissi-
mã inuitationez dñi cũ dicit venite bñ pa me o q̃ felices
z bti qui hoc dulce inuitatoriũ ad se directũ meruerint au
dire a domino inuitati regnũ eius pcipite frequẽtem⁹
ergo nũc z cãtem⁹ deuote inuitatoriuz eccl'ie di. Venite
exulte. domino vt tũc cũ electis mereamur audire iusta
toriũ domini z regnare sine fine cuz eo. Et ɔmemorabit
dñs sex opera misericordie in se capite z ĩ mẽbris suis p
pter eũ facta q̃ sũt pascere esuriẽtẽ potare sit. col. hos. ves-
tire nu: visi. ĩfir. ɔsol. vinculatũ z per hec itelligit septimũ
q̃õ est in thobia s. sepeli. mortu. vñ vers⁹ Visito poto ci-
bo redimo tego colligo cõdo Et ĩm q̃sdã nõ erit aliud
hec cõmemoratio nisi q: omnes scient merita sua. p q̃uib⁹
Crisostom⁹.

saluabunt vel etiã dãnabunt. vbi criso. putas quãto gau
dio extollunt sancti q̃ñ in conspectu oĩm angelorum q̃õ
fecerũt hoib⁹ fatet se accepisse. nã nle videt op⁹ eorum
non quale datum est sed q̃lis psona illi⁹ est q̃ accipit. hec

etiā. Sʒ iusti quasi laudē fugientes interrogabūt qñ hec sibi fecerīt. *Remigius.* Fm remig in cōcijs suis ita rñdebunt nō dubitātes vel diffidētes de verbis dñi sed vel stupētes pro magnitudīe maiestatis regis vel qr pusi videt eis oē bonum qđ fecerūt ꝯparatōe pmij. vñ apls nō sunt cōdigne *Crisostomꝰ.* passiōes huiꝰ tpis ꝛc. vñ cris. o humilitas q̄ nec post mortē deficies. Illō eñ malus etiā falsis honoribꝰ delectat. vir autem bonꝰ etiam sibi debitā laudē fugit sic et sci debitā sibi laudē repellentes dicēt. qñ te vidimꝰ esuri. hec criso. (Et rñdens rex dicit illis. Amē dico vo. q̄diu) s. eo ꝛ q̄to the (fecistis) i. opa mie exhibuistis (vni de his fratribꝰ meis mi michi fecistis) fratres sūt qr fecerūt volūtatē patris mimi vero q̄ fuerūt humiles ꝛ abiecti vbi criso. *Crisostomꝰ.* o bonitas xpi q̄diu in corpe ꝯtemptibili erat i mūdo. fuerat verisilis rō. vt ꝑpter similitudinē visionis fr̄es suos homines appellaret. qd autē dicamꝰ q̄ in illa gloria cōstitutꝰ adhuc contenꝰ est in eos dicere fr̄es q̄bus sufficeret ad laudē si vel bonos servos illos vocaret. Et iterū ꝑpter hoc eñ sunt fr̄es qr humiles qr abiecti ꝛ cōtemptibiles. *Augustinus.* hos eñ tales marie in fraternitatē vocat. vñ ꝛ aug. minimi ergo q̄ sunt xpi hi illi sunt q̄ oīa sua dimiserūt ꝛ secuti sunt eū. ꝛ q̄cquid habuerint pauperibꝰ distribuerunt vt deo sine seculari cōpede expediti servirēt ꝛ ab oneribus mūdi liberos velut pēnatos sursum humeros tollerent. hi sunt mimi q̄re mimi. qr humiles. qr non elati non superbi. Apphende mimos istos et grave pondus invenies. hec aug. xps itaqʒ in esurientibꝰ esurit in sitiētibꝰ sitit in infirmis egrotat. ꝛ i aliis similit patit. magna ergo reverentia suscipiēdi sunt mimi ꝛ paupes xpi cuʒ magna veneratione serviendū est eis. Siqdem xps in eis suscipit et *Gregorius.* honorat. vñ greg. ad tribuendū ergo pigri cur estis qñ h qđ iacēti in terra porrigitis. sedēti in celo datis hec ipsa sunt opa mie ad corporis miserias ptinentia. Ad alias vero spectat vt esurientē ꝛ sitientē iusticiā pane verbi reficias ꝛ potu sapiētie refrigeres. errantē ꝑ heresim vel per pctm in viam revoces. inocētes a malis ꝑ nudū a bono opere virtu. omnes infirmū i fide corrobores tribulatiōe seu carcere tristicie oppssō subuenias patiēdo vel ꝯsolādo. q̄ eñ hec facit verā dilectiōem caritatē adīplet. ꝛ hec maiora sunt q̄ alia pmissa qr v *Gregorius.* greg. plus est verbi pabulo victurā īperpetuū mētē refi *Crisostomꝰ.* cere q̄ vētrē moriture carnis terreno pane satiare vñ si hec oīa corpalit corporibꝰ xpi ministrare magne btitudinis est q̄ oīno post modicū sunt peritura putas quāte btitudinis est hec oīa spiritalit aīabus periclitātibꝰ ministrare q̄bus vivificate possint vivere in eternū q̄to meliore est aīa q̄ corpꝰ tāto meliora sunt q̄ ad salutē aīaꝶ q̄ ad sustētationē corpoꝶ ministrant. (Tunc dicet ꝛ his q̄ a sinistris erꝰ erunt) s. reprobis q̄ sinistra. s. tpalia dilexerūt ardēter amauerūt (Discedite a me) o in discessio o dura separatio o miserabilis cōditio qr a me fonte vite indeficiētis a me lux glorie btificātis. a torrēte voluptatis inundātis. a me plenitudīe vbertatis abundantis (maledicti) pmo maledictione culpe sed modo maledictione pene erer (in ig. eternū) sine fine vos arsurum (q̄ paratꝰ est diabolo ꝛ ang. eiꝰ) vt q̄bus collegatis fuistis i culpa socienī in pena o ꝯsortiū mali horribile q̄d ad imaginādū horribile amplꝰ ad videndū horribili' ad cohabitādū nō portastis inqt iclam crucis iō in regnū monitis abitis nō navigastis in nave crucis iō ad portū non pvenietis sed penā dānis seruietis habetis. Dum mali permixti sunt bonis videntur esse cum deo sed tādē discedēt ab eo ꝛ mittentur in ig. eter. nec videbunt hic spēs glorie dei (discedite) inqt q̄ adhuc cōmixti fuistis bonis in mūdo a mea facie. ab oī mea mia. ab oi gloria (maledicti) sed non addit p̄ris mei. qr ex patre *Crisostomꝰ.* bñdictio. ex nobis vero maledictio. vbi cris. q̄si q̄d nō sufferat pñtiā illoꝶ vel aspicere sic dic. (discedite a me) nas deus q̄ in sctitate delectat aīaꝶ peccatrices aīas aspicere quasi gravatus non suffert. tanq̄ si dicat eis. q̄ putredo et spurcitia estis nec tandiu vos sustineo q̄diu statis in iudicio meo. Et iterū (ite maledicti) nō a patre meo neqʒ ipse eos maledixit sed ꝑpria opera (in ig. eter. q̄ paratꝰ est) nō vobis sed (diabolo ꝛ angelis eiꝰ) qr vero vos ipos in ignē misistis: vobisipsis reputate. sed ne vnq̄ hec patiamur o vnigenite fili dei i faciē illā masuetā videre aversā a nobis ꝛ trāquillū illū oculū nō serenē videre nos. neqʒ accipiamꝰ aliquā experientiā illiꝰ pene incurabilis s. excidere a regni gloria et cōburi in gehenna. De hac etiā exclusione ꝛ sepatione sic dicit idē criso. *Crisostomꝰ.* ponamꝰ illud añ oculos q̄ti dolorꝰ est excludi ꝛ pelli a regno celoꝶ. qñ vt in videt ipsa gravꝰ est gehēna. nam et si ille ignis nō arderet ꝛ i mortalis illa pena nō eēt parata hoc solū q̄ alieni efficimur a xpo et excludimur a bonis eternis nōne oī pena cruciabiliꝰ diceret hec cris. Et cōmemorabit iudex opa mie pdicta ab ipsis reprobis sibi non facta sed reprobi q̄si se excusātes rñdebūt ꝛ interrogabūt qñ hec sibi non fecerūt. Verū vt ait *Rabanꝰ.* Raba. et si se excusare satagunt tñ deuʒ fallere non pñt. vñ (rñdit illis dicens. q̄diu non fe. vni ex mi. his nec mi fe. *Augustinus.* aug. xps caput est ecclie. corpus eiꝰ ecclia. in nostro corpore caput sursum est pedes in terra. In aliqua constipatione hominum qñ aliqs tibi pedē calcat. nonne dicit caput calcas me. quomodo ergo ligua quaʒ nemo tangit dicit calcas me sic xps caput quē nemo calcat di. Esurivi et non dedisti mi māducare ꝛc. vbi criso. *Crisostomꝰ.* ꝛ vide qualiter levia iniungit non eñ dicit in carcere erā et non eripu. me infir et non cura me sed non visi ꝛ nō venisti ad me in esuriēdo. etiā non petit mēsam preciosam sed necēm sibi. Oia ergo sufficientia ad penā p̄io quidē facilitus petitōis panis eīt erat. scdo mīa eiꝰ pauper eñ erat q̄ petebat tertio ꝯpatō nature hō n. erat. quarto desideriū pmissiōis regnū cī ꝑmisit ꝑ dignitas eius q̄ accipiebat deꝰ eñ i erat q̄ ꝑ paupe res accipiebat vi supabundantia honoris eñ dignatꝰ ē ab hoībus accipe vi iusticia dationis ex suis eñʒ a nobis accipit sed contra vniversa hec hoīes ꝑ avariciā excecant hec criso. Et revera per avariciā hoīes ad opa mie excecant et ad ea duri ꝛ quasi insensibiles reddunt sicut eñ caritas q̄ directe opponit avaricie vult oībꝰ subuenire et bñfacere. sic avaricia suadet a talibꝰ abstinere et nō opibꝰ misericordie intendere: suggerit n q̄si ꝯcludēdo ipi misero quē possidet vt de talibꝰ nō curet qr tñ ꝯstaret et tñ dāpnum īñ reciperet hic siste tu miser avare qui aliis in necessitate positis non curas succurrere et maxie tu crudelis pñdens seu plate et spēalr religiose qui infirmis tibi ꝯmissis de ministris et custodibus vel quibuscūqʒ aliis necessariis nō studes ꝑvidere attēde et vide qr hoc terribile iudiciū i quo de opibꝰ mie disceptatio fit tibi spēalr iminet qr pcipue misericordes arguet iudex et pñset tūc audies coceptōes durissimas quibꝰ nō poteris ꝯdicere qui mō abiicis monitiōes mollissimas quibꝰ non vereris repugnare. tunc erit hora tua q̄ tibi instabit horrēda miseria vt cū maledictis eas in ignē eternū dīa et ange e. paratuʒ. Illuc pges derelictus a cura ꝛ custodia divina q̄ tuos infirmos dereliquisti sine cura et custodia hūana. et tūc nullꝰ eorū q̄ ꝯtra caritatē fuasti et necessitatibꝰ indigētiū crudeliter subtraxisti te a miseria liberabit sʒ tua crudelitas te sine fine imaiter cruciabit tūc boni poterūt ꝯtra te sumere pabolā et dicere ad exaggerandū tuā miseriaʒ Quō cessavit exactor quievit tributū cessavit exactor qui aliis necessaria subtrahendo q̄si exactionare eos videbat quievit tributuʒ qđ alii defectum patiendo quasi solvere cogebant. quid tibi miser tunc proderit tua crudelitas et avaricia. ꝑ qua hēbis pati tanta et talia sine fine māsura. tūc ꝑ penā sʒ nimis tarde aperient oculi tui qui mō ꝑ avariciam ꝯtra opa mie sunt excecati et tūc sola vexatio dabit intellectum. q̄ mō circa vexatos hēs cor induratū. hec pauca o avare ipie crudelis et dire tyrāne diligenter attende. ꝛ dū adhuc vales te emendare stude vt mala perpetua possis deo auxiliante evadere amen. Sufficientia

autem predictorũ operum miſericordie hoc modo accipit·hõ·n ĩ vita pñti primo idiget ex pte corpis alimento q̃ nõ põt eẽ ſcꝫ cibo ꝛ potu ꝛ ſic ẽ duplex op⁹ mĩe ſ paſcere eſuriẽtẽ ꝛ potare ſitiẽtẽ. Scðo idiget alimẽto ſine q̃ nõ põt bñ eẽ ſ· adumẽto ꝛ domicilio ꝛ ſic itex ẽ duplex op⁹ mĩe·ſ veſtire nudum ꝛ colligere vel recipe hoſpitem Tercio indiget p⁹ vitã illã ſepultura ꝛ ſic ẽ q̃ntũ op⁹ mĩe ſ·ſepelire mortuos·iſta aũt q̃nqꝫ ꝑdcã ſunt omnibus comunia Alia ſunt duo opa mĩe que īpẽdunt alicui ex aliquo accidente ſuperueniẽte·vt ſi aliquis incurrat īfirmitatẽ vel captiuitatẽ ab hoſtib⁹ et ſic accipiũt duo opera mĩe q̃ ſũt viſitare infirmos ꝛ redimere capti. Et nomine redemptionis intelligitur omne bñficiũ eis impẽſum. Iſta autem ſeptẽ īpẽſa fidelibus ꝑpter xp̃m reputat ipſe xp̃s a ſibi facta ꝛ ecõtra ſi fidelib⁹ denegata qꝛ ſibi reputat denegata fideles ſ eius membra ꝑpter quod facientibus opera mĩe reddit vitã eter·denegantib⁹ autẽ ea reddit penã. Aduertẽdũ tamen q cũ dr̃ (dñe quãdo te vidim⁹ eſurientem) ꝛc̃ nõ eſt q̃ſtio ꝓcedens ex ignorãtia qꝛ iuſti cognoſcent q opa mĩe facta membris xp̃i ipſe ſibi reputat fieri ꝛ ꝓ talibus ſe ſaluari ꝛ ſilr mali ſciẽt ſe ꝓ cõtrario dãnari ſꝫ ẽ q̃ſ admirationis ꝓ magnitudine gr̃e q̃ fiet electis et ꝓ magnitudine miſerie q̃ infliget reprobis Sic itaqꝫ iudiciũ ſine mĩa fit ei q̃ non fecit miſericordiã quid ergo merent q̃ aliena rapiunt ſi eternalr dãnant·q de ſuo nõ dederint ſi illa ſuſtinebũt ſimilr·cðes q̃lia paſſuros putam⁹ crudeles

Criſoſt. vnde. Criſ. ex hoc loco ſciendũ ẽ q nõ tñ ꝓ eo q peccauerunt homines cõdemnãdi ſũt ſꝫ etiã ꝓ eo q bene non fecerũt ſi alij ꝓ eo q bene non faciũt ſic ꝯdemnant puras q̃ſ penas exoluẽt ꝓ eo q peccãt. Et digne deus·n·homines iõ fecit vt bñ faciat et ad gloriã dei ꝑtineat nõ ideo tñ vt non peccet nã ſi non faciat bonũ nec ẽ cauſa q̃ creatus eſt ſine dubio·n·ſi creat⁹ non fuiſſet peccatũ non fieret ſuper terram nã q̃ intelligit miſterium diuine diſpenſationis q̃re factus eſt homo cognoſcit qꝛ merito q̃ſi peccans ꝯdẽnetur q̃ iuſticiã non facit. hec Criſ ſicut autẽ melius ẽ opa mĩe circa animã q̃ circa corp⁹ facere ſic peius eſt ea circa animam q̃ circa corp⁹ negligere. vñ Criſ

Criſoſt. ſi hec corpalr corporib⁹ non ꝑſtare in pietatis eſt q̃ ſi accipiunt ea non ꝑñt viuere ſemper putas quãta impietatis ẽ hec omnia ſpũalr aĩabus periclitãtibus non miniſtrare q̃ poterãt viuere in eter·ſi hec eis miniſtrata fuiſſent q̃ntũ n. melior ẽ aĩa q̃ corp⁹ tãto grauius ẽ peccatũ animab⁹ laborãtibus ſpiritales elyas nõ ꝑſtare q̃ corporib⁹ corporales. In eccĩa ergo nõ ſolũ ſunt paupes corpalr eſurientes aut debiles corporalr aut peregrini ſm corp⁹ ſꝫ etiã ſpũalr pauperes ſine cibo iuſticie ſine potu agnitiõis dei ſine veſtimẽto xp̃i maxĩe taliter pauperes ſunt q̃ corporaliter videt̃ diuites eſſe quoniã pleriqꝫ i abũdãtia rer inopia iuſticie inueni. Sunt peregrini in hoc mundo ſiñ debiles aĩo ſunt mẽte eccl in obediẽtia ſurdi et ceteris paſſionibus ſpiritalibus egrotãtes quoꝝ anime omnẽ eſcã ſpiritalẽ abhoiãtes appropiquauerũt vſqꝫ ad protas mortis. Qui ergo nõ hꝫ vñ faciat elemoſinas corpales faciat ſpũales ex gratia verbi quã accepit a deo ꝛ inuenit retributionẽ dignã a xp̃o qui oĩa tã corporalia q̃ ſpiritalia data quaſi in ſe facta cõmemorat q̃ cum hoib⁹ ſunt hec diximus. vt ſciant doctores ꝛ q̃ntum beatitudinis ſibi acq̃rant ſi diligẽtes fuerint circa verbũ. et q̃ntum damnationis ſi fuerint negligentes. hec Criſ. (Et ibunt

Criſoſt. hi) ſ reprobi (in ſuppliciũ eter·iuſ aũt in vi eter) vñ Criſo. ꝓpter hoc vtiqꝫ et hi iuſte puniunt ꝛ illi coronant ꝛ ſi·x. milia bona fecerit gr̃e em̃ hec eſt munificẽtia ꝓ tam paruis et viſib⁹ celũ tm̃ et regnum et tam magnum eis dari honorẽ. hec criſo. Eternum eſt ergo ſuppliciũ maloꝝ ꝛ ſimiliter ꝑmiũ bonoꝝ ſicut n·pctã actualia trãſeunt actu et remanẽt reatu ita bona opa tranſeũt actu ꝛ remanent

Hiero. merito. vñ hiero Prudens lector intende q et ſupplicia eter ſint ꝛ vita ꝑpetua·metũ deinceps nõ habeat ruinã et notandum q potius fit diſceptatio de operib⁹ mĩe q̃ de operib⁹ iuſticie·cum tñ magis teneamur ad opera iuſticie·qꝛ opera mĩe faciliora ſunt·qꝛ natura ad hec īclinat etiõ magis arguẽda vbi deficiunt·et min⁹ remunerãda vbi aſſunt·ꝛ ergo ſi iſta remunerant ꝛ alia·ſtẽ poti⁹ arguit de obmiſſione q̃ de cõmiſſione cũ tñ maioris criminis ſint cõmiſſa·ꝛ iõ magis arguẽda qꝛ puniendo qδ minus eſt inuit amplius faciendũ de maiorib⁹. Si em̃ obmiſſa arguit multo plus ꝯmiſſa·ſtẽ magis arguit de peccatis in ꝓximũ q̃ in deum·qꝛ ſi peccata in ꝓximum condẽnantur multo magis ꝑctã in deũ·vt blaſphemia ꝛ ydolatria item cum ſeptẽ ſint opera mĩe·vnum ſcꝫ ſepulturã mortuorũ de qua in tantũ Thobias cõmendat omittit·qꝛ minus eſt neceſſaria inter cetera opera mĩe·item cũ ſit mĩa corporalis ꝛ ſpũalis poti⁹ defectũ arguit operũ corporaliũ q̃ ſpũalium qꝛ opera corporalia ſunt euidentiora. vel per hoc etiã ſignificant illa. Poteſt autẽ queri vtrũ illa diſceptatio et ſententia erit vocalis vel mentalis tñ et videt q vocalis·qꝛ vt dicit augu·per q̃t dies hoc iudicium tendat incertũ eſt ſed ſi mentaliter fieret tñ ſtatim expediretur. Econtra quidã dicunt q iudicium erit mẽtale et nõ vocale aliter multo tempore protenderet. vñ ſapi. Diſrũpet illos inflatos ſine voce alij dicunt quia et mentale erit interi⁹ et vocale exteri⁹ qꝛ iudicabit xp̃s nõ tñ vt deus ſed vt homo iõ ei⁹ iudiciũ erit nõ diuino mõ tñ ſed humano ex hoc aũt mai⁹ gaudiũ ſenſibile bonoꝝ ꝛ maior dolor ſenſibilis reproboꝝ erit. vñ nõ fruſtra erit hoc ſꝫ vtiliter ſicut ꝛ corpalis apparitio hoĩm huic opioni adherẽdo dicendũ ad obiectũ q diſrũpet illos ſine voce excuſationis ſufficiẽtis vel appellationis ſꝫ nõ ſine voce diſceptationis generalis. Vñ aug q̃re cauſas vel tãte mercedis vel tãti ſupplicij ꝑcipiture·ꝛ ite i ig·eter·quare illi ꝑcepturi reg eſuriui cũ ꝛ nõ de·m̃ man·q̃d eſt hoc rogo. video de his q ꝑcepturi ſũt reg qꝛ dederũt tãq̃ boni et fideles xp̃iani·q verba dñi nõ ꝯtemnẽtes et cũ fiducia ꝓmiſſa ſperãtes fecerunt hoc·qꝛ ſi nõ feciſſent vite ipſoꝝ bone ſterilitas illa nõ vtiqꝫ ꝯueniſſet. forte em̃ caſti erãt non fraudatores non ebrioſi abſtinentes ſe ab operibus malis·ſi hoc nõ adderẽt ſteriles remanerẽt. feciſſent enim declina a malo: nõ feciſſent ꝛ fac bonum Scriptũ eſt ſicut aqua extin ig ſic ele·pec. Itẽ ſcri·eſt īclude elemoſinã in corde pau·et ipſa ꝓ te deꝑcabit dñm·ꝛ alia multa ſunt diuini eloq̃j dogmata qb⁹ oſtẽdit mul·valere elemoſinam ad extĩguẽda ꝛ delẽda pec·ꝓinde illis q̃ dãnatur⁹·imo pl⁹ illis q̃o coronatur⁹ ẽ ſolas elemoſinas īputabit di. Difficile eſt vt ſi examinẽ vos ꝛ appẽhendã ꝛ ſcruter diligentiſ·fctã vr̃a nõ inueniã vnde vos dãnẽ. ſꝫ ite ī reg eſuri·n·ꝛ de mi mã·nõ ergo ſtis in reg·qꝛ non peccaſtis ſꝫ qꝛ pcc·vr̃a elis redemiſtis turſus ꝛ illis ite in ig·etẽ ſine dubio videbunt ſe iuſte damnari ꝓ ſceleribus ſuis et quaſi eis di nõ inde vnde putatis ſed qꝛ eſur·ꝛ nõ de m·man·ſi eĩ ab illꝰ omnibus veſtris ſcis auerſi ꝛ ad me cõuerſi illa oĩa criã atqꝫ pctã elis redeĩſſetis iſꝫ elie mõ liberarent vos ꝛ reatu tãtoꝝ criminũ abſolnerẽt. bt̃i n miſcðes cũ ipſis mi ꝑſta iudiciũ ſine mĩa ei q̃ nõ ſe m iaꝫ Sicut ergo boni quibus paratũ ẽ reg·a ꝯſtõe mði anteq̃ꝫ fierent ad vitã et erant ꝑdeſtinati ſic mali qui mirtẽt ī ig·patũ dia. ꝛ iuis a cõſti mũdi ãteq̃ꝫ fierẽt ad morẽ erant ꝑſciti Eſt dñã inter ꝑdeſtinatõem ꝛ ꝑſciam qꝛ ꝑdeſtinatio eſt ꝑcognitio bonoꝝ cũ caritate ꝛ fide ꝫ ſed ꝑſcientia dicit precognitionem reſpectu maloꝝ ſine caritate que poti⁹ reſidet penes lib arbi· fit aũt cõditionaliter ꝑdeſtinatio dei nichilqꝫ ſine ali q̃ ꝯditõe ꝑdeſtinatũ eſt ꝑdeſtinatũ ẽ n·vt ſaluaret mũd⁹ ſed ꝑ aquam baꝑtiſmatis ꝛ mortem filij dei Prediſtinati ſunt oẽs boni ad gloriã ea tamẽ cõditione ſi fidẽ tenuerĩt ſi caritatẽ ſi humilitatem ſi patiẽtiam ſi miam et pietatẽ ꝛ his ſimilia habuerĩt·tales n eos futuros ꝑuidit q̃s deus ad vitã ꝑdeſtinauit et q̃ſi ꝑdeſtinando eis diceret. Ego q̃dem ad vitã vos ꝑdeſti·ſi tñ tales et tales fueritis: ſi mãdata mea cuſtodieritis: ſi fidem et miſericordiã habueritis et ſi in bono tandeꝫ inuenti fue

Auguſtinus.

Auguſtinus.

ritis. qui ergo talis ē nō vult qui mādata dei custodire nō nitit. lō nō venit ad pdesti. q̄ non fuat pditionē. noli igit attendere ad pdesti. dei quā ignoras. attende adverba q̄ audis ⁊ intelligis. sicut. n. pdestinatione sua ver⁹ est deus ⁊ mutari nō pt. ita verba ei⁹ vera sunt ⁊ mutari nō psit. s; audiam⁹ q̄ sunt hec verba. Pctōr inqt q̄cunq; hora p̄uersus fuerit ⁊ ingemuerit vita viuet ⁊ nō morie. ⁊ iterū. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. q̄ si nolueritis: gladius deuorabit vos. sicut in euāg. inquit. Qui crediderit e bapti. fue. ē. et iterū. Si dimiseritis hoībus pctā cox di. v. o. p̄r vester ce. ⁊ ē. Nec queras aliā pdestinationē. in his em̄ verbis oīs ⁊ vite ⁊ mortis pdesti. ⁊ p̄sciētis p̄sistit. si hec feceris esto secur⁹ et crede indubitanter q̄ ad vitā eter. predesti. es. Q̄ si indurato corde hec facere nolueris ⁊ in hac malicia perseuerāueris: p certo scias te ad mortē prescitū. Quis eniz nullus hō ad pctm̄ sit pdestinat⁹ olo tn̄ hō aut ad gl̄iam aut ad supplicium sit p̄uisus. nullus ergo dicat frustra se orare deū ⁊ alia bona facere. q̄ pdesti. diuina q̄ est p̄paratio gr̄e in p̄sti ⁊ glorie in futuro cū sit eterna sicut ab eterno pdestinauit aliquē ad btitudinē ita p̄ordiauit modū per quē daret sibi illā btitudinē. s. per merita sua ⁊ oronez p̄destinatio em̄ taliter est istituta vt precib⁹ ⁊ laborib⁹ obtineat. et lō non frustra orat deū q̄ oro rūz illud p q̄d ex ordinatione diuina d; p̄sequi grām ⁊ gloriaz. et eadē rō est de oīb⁹ alijs bonis. q̄ cadunt sub ordine diui. pdesti. Unū sicut de⁹ aliquē saluandū p̄uidet sic ⁊ modū quo saluari debeat. pp̄ter hoc stultus est q̄ dicit volo facere q̄d michi placuerit: q̄ si saluari debeo saluabor. vel si dānari debeo dā. sicut stult⁹ eēt infirm⁹ qui di. volo cumedere ⁊ bibere q̄d michi pla. q̄ si curari debeo curabor. et si mori debeo moriar sic em̄ inutiles eēnt medicine sane si de⁹ dimittit li. ar. q̄d se h; ad vtrūlib; ī malū cadere hoc non p̄mittit nisi iuste. rursus si p̄ueniat p grāz nulli facit iniuriā. vn̄ f̄m aug. Libe. arbi. est libertas eligēdi bonuz vel malū. ⁊ hoc in padiso hō habuit liberū. nunc vero captiuū. q̄ bonum nō vult nisi gr̄a dei p̄ueniat. nec p̄t nisi eā seq̄tur. cū ergo malos dānat et reprobat operat f̄m iusticiā. q̄s vero pdestinat ⁊ saluat agit f̄m grām ⁊ m̄iaz q̄ non excludit iusticiā. nullam aūt necessitatē infert puidentia dei rex euentib⁹. sed sicut se h̄it res ad vtrūlibet. s. fieri ⁊ nō fieri. sic se puidet habere. q̄ puidentia seu q̄d idē est p̄sciētia dei. ex sua sapiētia p̄scientis oīa antēq̄ sint oīno īmutabilis est ⁊ nullo mō p̄t falli. et ideo oīa puisa a deo necesse ē fieri. q̄ nō p̄t nisi esse q̄ puisa sint et nō siāt s; non seq̄t q̄ nec̄io fiāt. Sic quoq; dicim⁹ me vidēte te currere nc̄ce est vt curras. hoc est nō p̄t sil' fieri vt videam te currere ⁊ non curras. ⁊ ex hoc neq̄q̄ p̄uenit q̄ necessario curras. vn̄ boe. Due sūt etenim necessitates siplex vna veluti q̄ necesse est oēs hoīes eē mortales altera vero pditiōis. vt si aliquē ambulare scias eū ambulare necesse est hāc etiā necessitatē nō facit p̄pria natura s; pditionis adiectio. Nulla. n. nc̄citas cogit incedere volūtate gradiētē q̄uis eū tunc cū gradit nec̄riū sit q̄ igit cum fiunt carēt ex̄di necessitate eadē p̄usq̄ fiant sine nc̄citate futura sūt nā sine scia p̄ntiuz rex nichil his q̄ fiunt ita p̄scia futurox nichil his que futura nc̄citatis importat. Eodē mō si q̄d puidentia p̄us videt id eē necesse ē tñ̄ et si nullaz nature hēat nc̄citatez. hec boe. Et iō hec duplex est. Si de⁹ puidet h̄ necesse euenire oz. q̄ p̄iunctiva vera di. uisim est falsa. ⁊ est ibi nc̄citas p̄ntie ⁊ nō p̄tis. Exēplū hēm⁹ Boetij. Si aliq̄s videat aliquē facientē rotaz necesse est q̄ ille faciat rotā nec tñ̄ visus ei⁹ causa est illi⁹ factōis. Sic de⁹ puidet mala isti⁹ opa. nec tñ̄ cā est quare iste male operet. verūtñ̄ fiet si p̄uisum est. Q̄n aūt de⁹ facit aliquā rē nō fit in ipo deo imitatio s; in re certa quaz opat. Unū q̄ fecit p̄dicari subuersionē niniue p̄dici mortem ezechie q̄rū neutrum accidit in talib⁹ non mutanit de⁹ p̄siliū q̄d ab eterno secū fuit s; sniaz q̄ respectu ad ipa negocia h̄uit q̄ ni subuertenda erat f̄m merita. ⁊ eze. moritur⁹ erat f̄m cās inferiores vel ēt f̄m merita. s; hec nō ipo sucrunt nec̄itatē diuie potētie. Predestinatio igit licet certa sit libertatē tñ̄ arbitrij nō tollit. vn̄ bonox saluatio ē nec̄ia necessitate p̄ntie vel p̄ditionata. nō necessitate p̄ntis vel absoluta. Ista. n. p̄pō. pdestinat⁹ p̄t dampnari falsa est i sensu cōposito ē tñ̄ vera in sensu diuiso. Sic ergo exclusum est sophisma q̄d multos ī errorē duxit vt oīa ex necessitate fieri putarēt. si ergo dicis q̄d adhuc sciendum est. Rn̄. q̄ hoc solū supest cōsilium vt curram⁹ et contendam⁹ placere ei qui nos vocauit. dicit em̄ aug. sic preordinata est diuina predestinatio vt ad eam p bonorum operū perseuerātiā perueniamus. hic bern. ipa celestis regni pdestinatio ita ab oīpotenti deo preordinata ē. vt ad hoc electi ex labore p̄ueniāt q̄ten⁹ mereant p̄cibus obtinere q̄d ip se oīpotēs de⁹ ante t̄ps disposuit donare. Ubi nota exēpluz vtile et aptum ad propositū. Fuit in quodā monasterio frat q̄dā religiosus ⁊ deuotus cui sepe reuelatōes fiebāt diuinit⁹ q̄d q̄dez alter eiusdem monasterii frater sciens istitit apd eundē vt deum oraret quatenus sibi dignaret ostēderet si ipe de numero saluandorū eēt et cum ille vir p̄cib⁹ victus orationi insiādo hoc a deo postularet onsuz ē sibi q̄ ille frat de nūero dānādorū esset vn̄ timēs frēz aliū turbare p aliq̄t dies hoc sibi celauit s; tandē eidē req̄rēti (licz inuit⁹) apuit ille autez hoc audiēs et scpturas itelligēs statim rn̄t. benedictus deus nec tñ̄ sic desperabo sed p̄niaz quā p ingressum religiōis assūpsi decetero duplicabo ⁊ triplicabo donec gratiam ⁊ miaz apud deū altissimū q̄ pius est inueniā et post multos dies iterū frī p̄dicto diuinit⁹ reuelatū q̄ ille fr̄ de numero saluandox ē ēt q̄d cum eidez frī retulisset ille letus effectus de reuelatōe fortior factus in opere ac viriliter agens ⁊ de virtute ī virtutē quotidie p̄ficiēs p̄seuerauit ī bono sine cessatōe vtnā mlti aīati hoc exēplo manū suā ad fortia mitterēt ⁊ nō desparent vt vel deficerēt q̄ sic agēdo ⁊ in hoc p̄seuerando deū sibi p̄piciū vtiq; inuenirent

Omine ihesu christe iudex viuox et mortuox ī extremo iudicio me a dextris collocare digneris et tunc auditam fac michi illā dulcissimaz vocem tuam. quā p̄misisti electis tuis di. bn̄ pa. m. pci. reg. et fac vt non timeā ab auditione mala quā p̄minat⁹ es reprobis di. ite ma. in ig. e. o vnigenite fili dei miserere nostri ne vnq̄ illam penam ieurabilem explamur. s. excidere a regni gloria ⁊ cōtribui in gehenna. de⁹ me⁹ m̄ia mea. Am̄

De pasca et diuers huius nominis acceptionibus. li

vnc secūdū hiero.

aspergamus de sanguine librū nr̄m et limina domox ⁊ sunē circūdem⁹ coccineum domus orōnis nostre ⁊ coccū ī manu nr̄a vt zara ligem⁹ vt vacā ruffā ī valle occisā enarrare possum⁹ iā eniz instat vt ad pas. domini veniam⁹ quā ⁊ ex affectu aspicere ⁊ ī effectu imitari debem⁹ iuxta illud exo. Inspice ⁊ fac secūduz exēplar quod tibi ī mōte mōstratū ē xp̄s ētāq̄ liber exēplaris ad cuius exemplar totā vitam nostram ducere ⁊ corrigere debemus ⁊ si xp̄s sepius in scripturis dicatur mons ratione sumitatis sue excellentissime p̄fectionis maxie tā exaltatus in crucemons dicit rōne sublimitatis meriti sue sacratissime pas. hoc ergo mōte xp̄o. s. crucifixo mōstratū ē nobis exēplar diligenter īspiciēdū ⁊ efficacit imitandū nō eni sufficit xp̄iano xp̄m pas. īspicere nā et hoc fecerūt iudei ⁊ gētiles sui crucifixores sed exigitur ēt f̄m exēplar mōstratū opari et facere. Et hoc est q̄d indr̄ cuilibet fideli ī verbis p̄positis īspice ⁊ fac. q. d. inspice exēplar dnice pas. ipsū tibi p intimā p̄passi. visceralr incorporādo ⁊ fac f̄m illud exēplar ipsū efficaciter imitando Et vtrūq; horū docet b. pe. xp̄s inquiens p̄ nobis passus est ecce p̄mū q̄d aūt diligenter cordis oculo īspiciendū vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius ecce secūdū q̄ est efficaciter in f̄cō imitādū. Circa p̄mū

minora iudicanda iudeis dimiserant sed causam sangui
nis et altam iusticiam sibi retinuerāt. Uñ (dixerūt iudei
Nobis nō licet interficere quēq̄) s. ppter ptātez ad ali-
os translatam Tū contra seipsos dicebant quia īterficie
bant quem iniuste interficiendum offerebant et sangui-
nem innocentem fundebant quē fundendum alteri tra-
debant. Argumentū cōtra sentientes vel procurantes aut
simulantes fraudem inferendam primo cum possint ob
uiare malo quia tales similes sunt iudeis hec dicētibus
et sub pretextu iusticie vel cuiuscunq̄ cause suam nequi
tiam defendentibus. Multi etiam mali clerici sic dicunt
scilicet nobis nō licet interficere quēq̄ intelligentes de
morte corporali qui tū pro modico hn̄t multos interficere
suo malo exemplo morte spirituali que peior est inter-
fectione corporali. Uel dixerunt iudei sibi non licere il-
lis diebus propter festi solēnitatem et sanctitatē qđ cele
brare iam ceperant propter qđ de ingressu etiam preto

Augusti.

rii cōtaminari meruebant. Unde augustin⁹. Si malefa
ctor est cur non licet interficere. Si propter festum non
licuit interficere cur crucifige crucifige cum clamastis
Uel quia crucifigi eum vt etiam modo mortis infama-
retur cupiebant et hoc eis secūdum legem non licebat
licet alio modo possent blasphemos interficere qualem
christuz reputabant vt patuit in stephano ab eis lapida
to. Hoc autem factum est (vt sermo iesu impleretur quē
dixit significans qua morte esset moriturus) s. a quibus
nō em̄ mortē crucis hic significat sed q̄ a gentibus esset
moriturus et q̄ iudei eum fuissent gentibus tradituri ad
illudendum et flagellandum ⁊ crucifigendū hec em̄ tria
dñs a gētibus est passus. Quia em̄ propriis manib⁹ no
luerūt eum interficere vt sic qui magis peccabant quasi
alieni essēt a scelere impletus est sermo iesu quem de sua
morte predixit vt a iudeis traditus occideretur a gen-
tibus. Et (ceperunt accusare) eū false in multis de q̄bus
solum tria exprimuntur q̄ lucas ponit dicens. (Hunc in
uenimus subuertentem gentem nostram) scilicet iudeo
rum a cultu legis falsam doctrinam seminando (et phi
bentem dari tributum cesari) ⁊ sic quasi contra ipsū sedi
tionem faciendo (et dicentem se xpm regez esse) q̄si vo-
lēs sibi regnū iudeoꝝ vsurpare. Noīe xpi reges iudeoꝝ
appellabantur ppter vnctionē s̄; addebāt regē dicendo
xpm regem gratia explanationis quia pylatus gentilis
erat gentiles vero reges suos non vngebant sicut iudei
faciebant et ideo si ei qđ est xpm i. vnctum non addidis
sent regem pylatus nō intellexisset. Sed false erāt accu
sationes. Uñ non bñ dicebant inuenim⁹ q̄ qđ ei impo-
nebant non erat rei veritas sed humana fictio et adin-
uentio. Non em̄ subuertit gentem a lege q̄ nō venit sol

uere legem sed adimplere nec subuertit sed conuertit qꝫ docuit in veritate Nec prohibuit tributa cesari dari. Sꝫ dixit reddite que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo ꝛ liber a tributo ne scandalizaret soluit tributum pro se et petro. Dicēs quoqꝫ se xp̄m regē esse verus dixit lꝫ regnū in hoc mundo habere nollet qꝛ cū ipsi vellent eum regē facere fugit et regnū respuit. Igitur vt ait beda arguuntur impietatis iudei q̄ accusante salvatorem et falso qꝫdem nec aliquid verisimile qđ ei obiicere possint inueniunt. ¶ De prima igitur accusatione tanq̄ friuola et ad eum non spectante pylatus parum curabat quia eñ erat homo gentilis nō curabat de obseruatione seu violatiōe mosayce legis et secundam tanq̄ falsam et mendosam paruipēdens nullā reputabat q̄a forte per reuelationē audierat iesum dixisse aliq̄n reddite q̄ sunt cesaris cesari et q̄ sunt dei deo. Unde transit ad tertiam q̄ magis tāgebat eum et romanum imperiū et videbatur ꝯ imperatoris honorem. s. qđ dicebat se eē xp̄m i. unctum siue regē naꝫ directe ꝯ imperatorē erat q̄ aliquis se eē regē iudeorū diceret qui imperatori romano sub tributo in signum subiectionis seruiebat. Propter qđ romani nomē regium ab eis abstulerent vt eoꝝ superbiā frangerent et rebelliōi occasionem tollerēt ꝛ intrās pilatus in pretoriū vt ibi xp̄m magis pacifice et exquisite examinaret extra tumultum et strepitum iudeorū qui nō audebāt intrare p̄toriū (interrogauit eū dicens. Tu es rex iudeorum) q. d. Est hoc verū qđ tibi imponitur s. q̄ velis tibi vsurpare regnū vel q̄ tu sis rex iudeorum scđm q̄ accusant te Querebat vtruꝫ eēt rex de iure qꝛ de facto constabat ipsū regē non esse. Et scđm theophil. hoc interrogauit pylatus cōtemptum obiecti criminis et accusationē iudeorum subsannando q. d. Tu pauper humilis nudus cui nullus adiutor accusaris de regni ambitione ad quod opus est multorū adiutoꝝ et sumptuū Et (rn̄dit iesus. A temetipso hoc dicis) hoc ē qđ tu estimes qui nūq̄ me vidisti talib⁹ intendere (an alii tibi dixerunt de me) Et tunc cognosce radicem dicti ex quo nullum signū talis accusationis in me vnq̄ vidisti (rn̄dit pylatus. Nunquid ego iudeus sum) Quasi diceret non sum iudeus ꝛ ideo de istis q̄ōnibus a meipso non loquor ꝛ per meipsū hec scire non valeo sed (gens tua et pontifices) qui te ab alienigenis deberēt defēdere (tradiderūt te michi) p malefactore. Tu ergo dic (Quid fecisti) Interrogatus itaqꝫ iesus de regno rn̄dit pylato eum erudiens et ad altiora reducens (Regnum inquit meū nō est de hoc mundo) i. s̄m crisostō. mea ꝛ auctoritas mea q̄ sum rex nō habet originē ꝛ principiū ex causis mundanis et hoīm electione sed aliunde scꝫ a patre. q. d. Rex sum non quidem talis qualem suspicaris sed multo maior et clarior. Temporale q̄ppe regnū fugi ꝛ nullū de hoc signū ostēdi. Unde cris. Nichil deniqꝫ monstrauit tale. Neqꝫ enim mitres neqꝫ principes neqꝫ equos neqꝫ mulorū iugum neqꝫ aliud qđ tale habebat circa se metipsum sed humilē hanc ꝛ inopē vitā pertrāsibat duodecim viles hoīes secū circumferens hec cris. Secūdum diuinitatem oīa sunt subiecta xp̄o tn̄ q̄tum ad humanitatem in primo aduentu suo non venit ad dominandū temporaliter et regnādum sed magis ad seruiendū ꝛ patiendum Unde nō negat se esse regem sed magis concedit qꝛ s̄m veritatem ipse erat rex regum veruntamen ad tollendum occasionem euadendi tempat suam rn̄sionē dicens q̄ non querit huius mundi temporalem dominationem quia regnū suum nō est de hoc mundo q̄tum ad temporalia ista querenda et habenda Et ergo regnū ei⁹ neqꝫ iudeis neqꝫ romanis aduersum erat nec dn̄ationē eorum impediebat qꝛ ipsi tantū de regno terreno qđ de hoc mundo est curabant. q. d. eis decepti estis nō ipedio dn̄ationē vestram in hoc mundo ne vane timeatis seu iaris sed ad regnū celeste qđ non est de hoc mūdo venite credendo ad qđ vos inuito p̄dicādo Xp̄s dixit (regnū meū nō est de hoc mundo) sed tn̄ multi prelati q̄ sūt ei⁹ vicarii

Beda

Theo.

Criso.

Criso.

cōtrarium videntur dicere facto in pompis se principib⁹ terrenis equantes vel etiam eos excedentes. Et subiungit (Si ex hoc mundo esset regnū meū) tunc (ministri) regni (mei) terreni vī post regem etiam regnū t̄pale habet firmitatem (vtiqꝫ decertarent) cōtra aduersarios (vt nō traderer iudeis) p qđ patet q̄ non est mūdanū regnū meum vnde sequitur (Nunc autem regnū meum nō est hic) i. de hoc mūdo est tn̄ hic qꝛ vbiqꝫ attingit a fine vsqꝫ ad finem Unde aug. Nō dicit nō est hic h̄ est enim regnū eius vsqꝫ in finem seculi habens in se cōmixta zizania vsqꝫ ad messem sed tamen non est hinc quia peregrinatur in hoc mundo vnde ꝛ theophilus. Non dicit non est hic sed nō est hinc nam regnat in mundo et vtitur illius prouisione et iuxta votum cuncta disposuit. Non est autem ad infimis constitutum regnum eius sed celitus et ante secula Unde etiam cris. Sed cum dicit regnum meum non est hinc non priuat mundum de sua prouidentia et prelatione sed ostendit regum suum non esse humanū neqꝫ corruptibile quoniā desuper habet principatum quia nō est humanus sed multo maior et clarior (Dixit itaqꝫ pilatus Ergo rex es tu) ex quo alibi est regnum tuum (Respondit iesus. Tu dicis quia rex sum ego) Quasi diceret Ego nec nego nec affirmo sꝫ tu dicis non tn̄ asserēdo sed interrogando. Eodem verbo presidi quo et principibus sacerdotum respondit vt propria sententia cōdemnentur. Noluit dicere non sum ne falsum diceret noluit etiam dicere ego sum ne calumnie occasionem daret. Unde sic temperauit responsionem vt et verum diceret et sermo ei⁹ calumnie non pateret penitus nulla culpa in eo cognosceretur ¶ Deinde determinat sui regni conditionem dicens (ego in hoc natus sum) temporaliter (et ad hoc veni in mundum) per carnis assumptionem (vt testimoniū perhibeam veritati) dicendo et radicando veritatem de diuinis in cordibus fidelium. Et ideo (omnis qui est ex veritate) prima q̄ deus est non solum per creationē sed etiam per imitationem ꝛ subiectionē (audit verba mea) credendo et opere adimplēdo ꝛ per q̄ñs in talibus spūaliter regno (Dixit ei pilatus Quid est veritas) Et huius questionis responsum non expectauit quia iudeorū maliciam et christi innocentiam percipiens ad eius liberationem festinauit vel questionem de veritate tantum facere potuit sed responsum finale audire non meruit quia iudicium suum a veritate inchoauit ꝛ non in veritate sed in peruersitate finiuit Legitur tamen in euangelio nazareorum ꝛ etiam videtur dicere augustinus q̄ xp̄s respondit q̄ veritas est de celo et non erat in terra. sed pylatus non audiuit vel quia exiuit ad iudeos vel propter tumultum clamantium ¶ Pylatus questionem de veritate fecit sed de responsione non curauit Ueritas enim est sicut aqua benedicta ad quam omnes currunt tamen manus faciei apponunt ne super faciem aqua cadat. Sic multi querunt de veritate tamen nolunt q̄ eis veritas de suis defectibus dicatur etiam pro eorum salute (Et cum hec dixisset) querendo quid est veritas (iterum exiuit) ad iudeos (vt pro innocentia domini loqueretur) et dixit ad eos (Ego nullam in eo inuenio causam) s. morte dignaꝫ Quia enim pilatus et imperator dominus suus non curabant nisi de regno terreno ideo pylatus habuit iesum excusatum dicens se nihil criminis inuenire in eo Ergo iudei inuidia stimulati sunt qui iustum mendaciter damnare laborauerunt. Sed sic est modus malorū q̄ per mēdacia querunt condemnationem iustorum. Ex hoc etiaꝫ patet q̄ aliquando iustius agitur in curia laicali q̄ clericali principes enim sacerdotū christum condemnauerūt tanq̄ mortis reum quem pilatus pronunciat innocentē et iustum. Sic et hodie fit in pluribus locis q̄ malefactores qui per seculares iudices punirentur per ecclesiasticos viros in magnum scandalum populi tuentur. Iudei vero cū nihil aliud facerent calumnie eoꝝ recurrebant ad subsidia clamorū. Unde qꝛ deficiebāt rōibus (sua-

Augustinus.

Theophil⁹.

Crisostom⁹.

lescebant) vocibus (di. Cōmouit ppl'm docens p vniuersam iudeā et incipiens a galilea vsqz huc) Quasi diceret Peruertit populum et turbauit pacem cōmunem: nec in vna parte tm̄ sed a galilea incepit et hucusqz peruenit. Scd̄m bedā. Hic accusantiū sermo magis et eū qui accusatur docet innoxiū ē. eos q̄ accusant docet esse peruersos. docuisse eū ppl'm nō criminis s; virtutis constat esse indiciū nec cōmouit ppl'm qui pacis condidit testamentum. ¶ Mystice cōmouit ppl'm salubri cōmotione: viam veritatis docēdo de qua motiōe d'r in psalmo. Cōmouisti terrā et cōturbasti eā sana cōtritiones eius q: cōmota est. Clamoribus igit' inualescebant qui in rei veritate deficiebāt vt sit clamorosa non iusta accusatio q: per clamorem voluerunt obtinere q̄d nō poterāt per rōnē habere. Sic faciunt maligni q̄rentes obtinere p verba et contentionē q̄d nō p̄nt per iusticiā et veritatē. Nunc considera in q̄tum se humiliauit iudex totius creature constitus a patre vt acquiesceret stare añ iudicē terre iudex. Et sicut xp̄o cū ante presidem statueretur et iniquis accusatorib⁹ false vrgeret oēm mansuetudinē et patiam ostēdit sic verus xp̄i imitator non murmuret aut reclamet nec contradicat cum indebite ab emulis leditur aut impugnat' Ex isto articulo accusationis xp̄i de falsis datur documentum q̄ caueamus ne et nos de falso vel false accusemus xp̄m. Isti ei accusant christum de falso qui sibi falsum imponunt sicut iudei pagani et heretici ac cōsiles q̄ de ipso christo aliter q̄z debent sentiunt. Sūt et alij qui accusant eū de vero s; false sicut mali xp̄iani qui retorquent peccata sua in deum dicentes deus hoc voluit vel stelle fecerunt me peccare deus autem fecit stellas et sic deus fecit me peccare. False imponis peccatum tuum deo. Verū quidē est q̄ deus fecit et te et stellas et hec oīa bona: s; q̄d deus creauit non te cogit ad peccandum. sed malicia voluntatis tue ergo imputando deo pctm̄ tuum tu accusas deum false. Item alio mō quidam accusāt deum false mali. s. xp̄iani habentes quidem fidē verā s; informē qui cognoscunt xp̄m per fidē sed nō glorificāt eū per vitā. Ad conformandū se huic articulo recogitet hō quomodo ille q̄ est ipsa veritas ppter nos falsitatibus calūniari dignatus est vt nos i veritate fundaret et sic oret Jesu qui coram pylato de multis falsis accusari voluisti doce me iniquorum fallacias euitare et fidē xp̄ianam bonis operibus veraciter profiteri. (Cum autē pylat⁹ audisset q̄ ies⁹ homo galileus et de herodis) tetrarche (potestate esset) q: in galilea nutritus et multum cōuersatus fuit hīs occasionē dimittendi eum (misit eū ad herodē prepositū galilee (qui et ipse etiā erat hierosolimis) ppt' solennitatē paschalem q: iudeus natus erat. Pater eīm suus amore vxoris sue q̄ iudea erat trāsiēs ad ritum iudaismi se circumcidi fecerat. Misit ingr̄ eum volens herodi honorem deferre vt ipse dominus galilee hominē galileum vel absolueret vel dānaret dans exemplum ne q̄s falcem in messem et prātem alterius etiam inimici immittat et quia credebat q̄ libenter hominē de terra sua et maxime innocentem liberaret et ne contra eum quem insontem et per inuidiā traditū cognouerat sententiā dare coactus esset. Et dū mittitur fit concursus magn⁹ populorū eū sequentiū. O dña qualiter ibas vel quis te iuuabat vt ires in tanta pressura. Certe exemplum doloris eras omnibus xp̄m amantibus Tu autē carissime cogita q̄z libenter iuuares eam et associares sic tristem et mestam (Et viso iesu gauisus est herodes) ex multo eīm tempore. s; ex tempore decollationis iohannis baptiste (iesum videre cupiebat. quia multa de) miraculis et doctrina eius (audierat et sperabat aliquid) de suis miraculis (videre) et ab eo quedam insolita audire (Interrogabat autē illum multis sermonibus) nō sicut studiosus s; sicut curiosus non sicut veritatis amator sed sicut tēptator. nō tanq̄z lucraturus aliquam vtilitatem s; patiēs nouorum cupidinē (et) propter hoc (nichil respōdit) nec etiā signum aliquod coram eo fecit. Stans quidem iesus sicut agnus mansuetissimus ligatus corā eo inquisitus tacuit et expectatus miracula adhibere contempsit quia et herodis incredulitas et curiositas diuina non merebatur audire vel videre et dñs suam iactantiam et ostentationem declinabat suāq̄z nolebat passionem impedire. Unde f'm glo. quia herodes non reputauit xp̄m saluatorem sed incantatorē ideo non erat dignus nec verbis nec miraculis xp̄i Et scd̄m ambro. Herodes ex quadā curiositate miracula fieri petiit q̄d xp̄s renuit docens nos per hoc iactantiam declinare. Per hoc q̄ xp̄s coram herode incestuoso et homicida noluit miracula facere nec suis interrogationibus respondere significauit q̄ tales et omnes impij non sunt digni opera diuina videre nec ei⁹ responsa habere. Ex hoc articulo derisionis habetur documentum f'm gregorium. vt quotiens auditores nostri nostra volunt quasi laudanda cognoscere non autē sua peruersa mutare omnino taceamus ne si ostentationis studio verbum dei loquimur et eorū que erat culpa esse non desinat et nostra que non erat fiat. Multa autē sunt que audientis animum prodit maxime si auditores nostri et semper laudant quod audiunt et nunq̄z quod laudant sequitur. Ad conformandū se huic articulo rememoretur homo factum articuli et oret dicendo. Jesu qui ab herode derisorie multis interrogare sermonibus voluisti nec ei ad vllum verbum respondere curasti da michi amore tuo quando oportet sermones derisorios patienter audire meāq̄z iactantiam cum silentio declinare. (Stabant autem et principes sacerdotum et scribe constanter accusantes eum) coram herode. De quibus vero ibi eum accusauerunt euangeliste nō exprimunt sed forte de eisdem tribus de quibus coram pylato eum accusauerant maxime hoc coram herode aggrauantes quō cōmouisset vniuersum ppl'm incipiens a galilea sc; dominio herodis vt ex hoc magis sibi animo assumeret quia i suo dominio cōmotionē suscitasset vnde ad istas accusationes xp̄s nichil respondit nec herodi nec accusatoribus sed tacuit nō concedendo eorū accusationes tacitur nitate s; despiciēdo tanq̄z indignos respōsione. ad cōmendandā q̄ppe patiētiā tacuit et nichil r'ndit f'm illud ysa. quasi agn⁹ corā tondēte se obmutescet. Ex hoc articulo accusationis trahit' documentū q̄ nō omni loco et tēpore et corā quibuslibet veritas est manifestāda s; plerūq̄z silentium diuinum est. Ad cōformandū se isti articulo memoretur homo grauitatē articuli et oret dicens iesu qui corā herode cōstitut⁹ falsas incriminatiōes nec verbo refellere voluisti da michi iniquorū nō frangi iniuriis nec sacra mysteria propalare indignis. Uidens autem (herodes) q̄ xp̄s nullum signum faceret nec verbum aliquod ad interrogata responderet nec contra accusatores suos aliquibus responsionibus se defenderet reputauit eum ydiotā ac fatuū et nō sane mentis. ac per hoc (spreuit eū) ipse (et) similiter (exercit⁹) eius vt oēs in eadē culpa mōstrarentur esse pares. Sic hodie sectatores xp̄i a malis hodie spernuntur et ab eis fatui reputantur iesum hodie multi cū herode spernunt q̄ signa fieri querunt conq̄rentes q̄ modo miracula ab eo non fiunt cum mō nō sit tēpus signorū sed operū. vn̄ dñs. Habent moysen et prophetas audiant ipsos mō aūt preter hec habem⁹ et euāgeliū et apostolū et adhuc signa querimus non euangelium implemus sed spernimus. Ex hoc articulo despectionis trahitur documentum q̄ nos potius velle debemus a malis despici q̄z ab adulatoribus laudari sicut dominus noster vt ait greg. magis eligebat aperte a supbientibus despici q̄z a non credentibus vacua voce laudari. Iesu q̄ ab herode et exercitu suo sperni nō spreuisti da michi mundanū fastum despicere et iniquorū despect⁹ pro iusticia nō curare nō solum autē herodes eū spreuit sed etiā illusit induendo veste alba. et hoc in derisionem et signū illusiōis sicut fatui solent aliqua veste ludicra indui

Beda

Ambro.

Grego.

Grego.

qua cognoscantur ab aliis et forte tunc temporis derisorum fuit portare desuper vestem albã eo q sic illuderetur tunc fatu⁹ hec autẽ vestis erat vt dr ad modũ scapularis religiosorũ sine capucio depẽdens a collo añr retro. Forte subito peciã panni albi accipiẽtes foramen in medio eius fecerunt et sic collo suo imposuerunt. Sed quantum cũq3 herodes hoc in illusiõibus fecerit nõ tamẽ a myste rio vacat sicut et omĩa alia circa xpi passionẽ gesta. In veste enim alba innocentia et castitas assumpte humanitatis et gloria immortalis quam per passionem accepit designatur et q pro peccatis totius mundi in carne casta et innocente immaculatus agnus est passus. Tu quoq3 nõ nisi in veste alba et sine macula et causa illudaris et sperna ris alioquin illusio erit tibi pena peccati et magis dolendum de causa et materia irrisionis q̃ de irrisione ipsa. Designauit ergo herodes suo facto. Nesciens forte quid agebat q christus albedine puritatis et innocentie indutus erat. Unde ambro. Non ociosum q veste alba indu itur ab herode immaculate tribuens iudicia passionis q agnus dei sine macula cum gloria peccata mundi susciperet. Hanc autem vestem albam representat hodie alba sacerdotalis. Unde mystice notanduz q pontifex noster in sua passione habuit omnia pontificalia. Amictum suscepit cum velatus est coram caypha a iudeis. Albam habuit cuz veste alba indutus est ab herode casulam accepit cum milites circundederunt ei purpureum vestimentum coraz pilato. ¶ Et ne quid sibi desit cingulum habuit cum ad columnam ligatus est stolam habuit quãdo ad collum ligatur. Manipulum habuit quando cum fune manus eius ligauerunt sed hunc soluerunt quãdo ei arundinem in dextera dederunt et funis mansit pendens in sinistra ad qd designandum manipulus ponitur in brachio sinistro. Coronã spineaz super capute habuit pro mitra pontificali et arundinẽ in manu pro baculo pastorali. Cirotecas autem habuit et sandalia cum manus eius et pedes tot fuerunt sanguine rubricati ad quod designandum sandalia debent habere aperturam cũ aliquo rubro serico panno cirotece etiam habent desuper aliquod monile rotundum quod debet similiter habere aliquid de rubro ad designandum stigmata christi. Hec omnia sunt insignia pontificalia que in memoriam passionis christi gestat pontifex in cõsecratione ecclesie vel altaris in cuius etiam memoriale conficitur sacramẽtũ altaris. Patet ergo ex dictis q illusus fuit dominus in omni veste et ornamẽto tam sacerdotali q̃ pontificali et quod peius est hodie illuditur enim in omnibus vestib⁹ predictis non minus q̃ tunc quia et a maiori multitudine et longiori tempore et modo fraudulẽtiori quia isti vere illi quasi figurate. Illa enim multiplex illusio que facta fuit ex tunc figura erat et signum illusionis future que a multis impletur nunc. Notandum etiam q ille qui sic se vtitur debz eabẽre in itellectu p meditatõez in memoria per recordationẽ in affectu per compassionẽ et se dño p posse in apparatu cõformare cum eni aliquid talium accipit nichil aliud protestatur facto suo q̃ si verbo diceret ita credo dñm nostrum fuisse indutum et in talibus illusum in cuius signum et memoriã sic induo meipsum et vt in me sentiam qd et in xpo iesu. Qui ergo talia ferunt exterius nichil sentientes vel compatientes interius profecto xpo illudunt faciunt enim ac si dicerent signo tibi compatimur et tuas illusiones in nobis ostendimus sed in nullo tibi compatimur.

Moralit. Moraliter amictus capitis significat spem quam apostolus vocat galeam salutis spes autem eternorum facit cõtẽptũ terrenorũ. Cuz ergo sacerdos se velat amictu ostendit se terrena contẽnere et si ita non est xpo illudit. Alba autem longa et lata mentis et corporis significat castitatez cingulus vero et stola et manipulus et hmõi ligamenta p̃cepta et concilia et religionem cui se obligat qui tales ordines assumit obligati se ostendunt qui talia induũt.

Casula desuper tegens per totum et ceteris supereminens ornamentis caritatem significat quam ap̃ls supereminentiorẽ viam vocat et ideo qui non diligit deũ plus q̃ sua vel suos vel se nõ est dignus tali officio. Mitra vero episcopi significat ipsum habere scientiam duorũ testamentorũ propter duo cornua quam in q̃ sciam debet habere non tm̃ in corde per habitũ sed etiam in ore et manu per vsum vñ due lingue dependentes a mitra sup humeros significant ipsum epm debere hr̃e duplex documentum s. verbi et exempli. ¶ Baculus vero pastoralis in manu significat executionẽ officii pastoralis qd consistit in tribus q̃ significantur per triplicem partem baculi. p̃mũ est vacatio petõrũ secundũ directio vocatorũ. tertium est exortatio directoruz vñ est versus. Attrahe per p̃mum medio rege punge per ymum. Sic itaq3 vides q̃liter dñs non soluz malefactor sed etiam stultus ẽ reputatus. Ipse autẽ omĩa patientissime tolerabat. Patientiaz ergo habeas et tu si malefactor vel stultus iniuste fueris reputatus. Nam sicut diuina sapientia tanq̃ fatuus spernitur et irridetur sic omẽs irrisiones que solent a vanis mũdi huius hominibus deũ p̃e oculis non habentibus hoĩ sp̃ali irrogari debẽt patienter sufferre. Ex hoc articulo illusionis sumunt tria documenta p̃mum est q omẽs qui pie et innocenter volunt viuere fm nouum hominẽ ab his qui viuunt fm hominẽ veterẽ illuduntur et ab eis pro fatuis habentur. Sed propter hoc non debẽt turbari viri spirituales immo potius gaudere quia nou⁹ homo saluator noster xps indutus alba veste que innocentiam significat illusus et derisus est a filiis huius seculi apud quos alba vestis exprobrabilis est. Et sicut crux ante passionem xpi exprobrabilis fuerat que postea facta est honorabilis ita vt etiam portetur in frontibus regum sic alba vestis post cristi passionem facta est valde honorabilis et innocentie signum. Unde quilibet post baptismum renouatus induitur veste alba in signum innocentie quam confert baptismus in cuius etiam signũ christo passo angeli in vestimentis albis apparuerunt ĩ eius resurrectione et similiter in eius ascensione. Secundum documentum est q pro tempore et loco expedit stulticiam simulare. Unde q dominus ipse fons sapientie coram herode pro stulto haberi dignatus est ex incomprehensibili sapientia sua processit qui si sapientem verbis vel factis se ostendisset herodes vtiq3 passionem ei⁹ impediuisset. Tertium est q homo nichil querat in vestibus non ornatum non preciositatem sed solũ necessitatẽ quia saluator noster in veste velut fatuus est illusus. Ad conformandũ huic articulo regratietur homo deo q ipse nobis cum sua illusione vestem innocentie conferre dignatus est. Item recogitet qualiter ipse candidã vestẽ innocentie baptismalis quã christus nobis p̃tulit sepe peccatorum malis denigrauit et oret dicens. Iesu qui veste alba indui et vt stultus ab herode illudi voluisti da michi mundi huius prudentiã que stulticia est apud te cautius declinare et ad te qui vera es sapiẽtia puenire. ¶ Herodes autẽ cũ non inueniret in xpo causã mortis illusum (et indutũ veste alba remisit ad pilatum) vt eum honoraret sicut pilatus sibi detulerat. In quo ipse p̃batur ĩ necem dñi consensisse quia eũ fuit sibi p̃missus tanq̃ homo sue dictionis cũ non inuenit in eo causaz debuisset eũ absoluere et non alieno iudicio remittere. Remisit ergo eum herodes pylato q d fac de eo quicq̃d volueris. Et forte similia verba sibi remandauit. Et sic dñs cum notabili illusionis portando vestez albã rediit et herodis consensum de sua nece secum detulit. Hic autem consensus apparuit signo et facto signo quidem in vestis albe illusione facto in amicicie confederatione nam et ipsa die facti sunt amici herodes et pylatus propter mutuam reuerentiã sibi inuicem factaz. Antea quippe inimici erãt ad inuicem propter necem galyleorũ qui de herodis p̃positura et dominio erãt quos pylatus occiderat miscens sanguinem

guinē eorum cum sacrificijs q̄ offerebāt sed nūc sup hoc re-
conciliatus est pilatus herodi qz pro bono habuit hero-
des q̄ pylatus sibi detulerat mittendo sibi hoīem sue iu-
risdictiōis et p̄sertim talē hoīem quē ip̄e videre diu desi-
derauerat. Sic multi frequenter amici et cōcordes in cō-
demnatiōe vel nocumēto innocentū fiunt q̄ anteā sibi
inuicē cōtrarij fuerunt. Hec autē amicitia pylati z hero-
dis fuit signū q̄ iudei et gentiles cōuenirent in p̄secutiōe
Beda
xp̄ianoꝝ. Un̄ beda. Hoc nephandissimū herodis z pyla-
ti fedus qđ in occidendo xp̄o pepigerunt hactenus eoꝝ
velut hereditario iure successores custodiunt q̄n gētiles
et iudei sicut genere et religione ita etiā mente dissiden-
tes in xp̄ianis tn̄ p̄sequendis xp̄iqz in eis fide perimen-
da consentiunt hec beda. Potest etiā hec amicitia in bo-
no accipi et per concordiam herodis et pylati cōcordia
populi iudaici et gentilis significari. Sicut enī pylatus
primo misit iesum ad herodem et herodes postea ei re-
misit sic verbum salutis primo recepit populus gentilis
et annunciauit iudeis in fine autem mundi iterum iude-
us remittet ad gentilem q̄n per Helyam et enoch multi
cōuertentur. Isti duo populi ante mortē xp̄i erant ini-
mici sibiinuicem et discordes sed post mortem xp̄i facti
sunt amici et concordes in fide eius quia ipse est pax no-
Ambrosius.
stra qui fecit vtraqz vnū. Un̄ ambro. In typo etiam he-
rodis atqz pylati qui amici ex inimicis per iesum xp̄m fa-
cti sunt plebis israel et populi gentilis figura seruatur q̄
per domini passionem vtriusqz sit futura concordia: ita
tamen vt prius populus nationum capiat dei verbum z
ad populum iudeorum fidei sue deuotionem transmit-
tat hec ambro. O quanta humilitas et patientia domini
iesu qui de se quasi de fatuo p̄mittebat malos ludere mit-
tere se et remittere et quod volebant facere. Hanc autē
missionem et remissionem ipse dominus fieri voluit ad
maiorem et euidentiorem sue innocentie ostensionem.
Intuere eum nunc bene dum ducitur et reducitur demis-
so vultu et verecunde incedentem et omnium clamores
conuicia et subsannationes audientem et forte lapidum
percussiones et immundiciarū suscipientem. Et cogita
quomodo habebat illos pedes sanctissimos confractos
quia cum magna festinatione duxerunt et reduxerūt euz
nudis pedibus incedentem. Intuere etiam matrē et su-
os cum indicibili merore a longe sequentes et illa viden-
tes et cogita q̄ libēter tu iuuares et associares sic tristes
et dolentes. ¶ Ex hoc articulo habetur documentum q̄
tantam vim habet natura boni q̄ respectu sui confede-
rat etiam malos. Inimicitia enim respectu boni parit
amicitiam inter malos. non timeat ergo iustus si viderit
malos contra se colligari quia hoc testatur in eo aliquid
esse boni et per hoc ipse conformatur christo contra quē
omnes conuenerunt in vnum etiam inimici. Ad confor-
mandum se huic articulo recogitet homo si habeat ini-
micitiam cum aliquo et dimittet eam de corde amore
christi qui pro nobis in sua passione etiā malos aduersuz
se cōcordauit. Iesu qui cōtrate inter herodē z pylatū ami-
citiā fieri voluisti da michi iniquoꝝ aduersum me colli-
gantiā nō timere sed eoꝝ potius exercitatione me profi-
cere quatenus tibi merear conformari. Considera nunc
quanta fatigatio fuerit xp̄o sic duci et reduci de iudice ad
iudicem quia magna pena est cuilibet homini mitti de
vno iudice ad alium. Fuit enim primo presentatus an-
ne secundo cayphe tertio ductus ad pylatū. quarto mis-
sus ad herodem quinto remissus ad pilatuz q̄ omnia ad
vnum possunt reduci articulum ex quo plura sumuntur
documenta. Primum est q̄ non debemus formidare p̄-
sentari p̄tāti temporali vel ad malos iudices trahi p̄pter
christuz quia quanto p̄tās iniquior et iudices nequiores
tanto faciunt martires gloriosiores. Secundum est q̄
nos omnes actus voluntates et desideria nostra ante q̄
perficiamus debemus ad examen recte rationis que p̄
iudicem intelligitur presentare z nichil precipitāter agē-
re omnia quoqz mala que fecimus debemus conspectui
conscientie nostre presentare et sic eam corā christo iudi-
ce examinandam statuere. Tertium est q̄ religiosi qui
specialiter debent esse imitatores christi nō debēt turba-
ri si interdum sub obedientia mittantur de loco ad locū
de prelato ad prelatū quia christus propter nos sub obe-
dientia patris dignatus est mitti de iudice ad iudicem
Item sicut christus stabat ante iudices et nullum irreue-
rentie verbum est locutus sic et nos cuz reuerentia stare
debemus coram prelatis nostris z iudicibus etiā malis
Ad conformandū se isti articulo formet sibi hō imaginē
christi in mente sua. Statuēs coram eo conscientiam su-
am misericorditer examinandam pro eo quod christus
coram iudicibus malitiose fuit examinatus Recogitet
etiā homo quomodo oportet nos omnes exhiberi ante
tribunal christi et idcirco ipse pius pro nobis impijs ex-
hiberi voluit ante tribunal iniqui iudicis vt nos iniusti
ante tribunal iusti iudicis fiducialiter cōparere possim⁹
Iesu qui de iudice ad iudicem mitti et coram eis exami-
nari voluisti da michi amore tui nominis malorum iu-
dicum versutias non metuere et in cōspectu tuo me tu-
ta conscientia compārere ac bono animo maioruz impe-
rijs me subdere et alacri corde ad obedientiam sine mo-
ra concurrere

Oratio.

Domine iesu christe qui hora diei prima per-
misisti te ligatum adduci in consilium iude-
orum ac post multas iniurias et conuicia de
cayphe duci ad pilatum vbi a iudeis reus mortis z ma-
lefactor fuisti iudicatus et in multis falso accusatus ac
deinde a pylato ad herodem te mitti et ibidem ac-
cusari et fatuus reputari ac sperni et in veste alba illudi
pertulisti. tandemqz sic illusus et in veste alba indutus
ad pylatum es remissus fac me queso iniurias et cōuicia
patienter et gaudenter pro tui nominis gloria tolerare z
in conspectu tuo cū gaudio apparere ac vultū tuū desi-
derabilē semper respicere. Amen.

De tertia. Caplm. lxij.

Hora tertia cogita-

ma. xxvij
mar. xv.
luce. xxiij
Jo. xviij
et xix

bis mestus et tristis qualiter reducto domino
ad pylatum illi canes letantes de federe hero-
dis et pylati cum audatia magna prosequuntur accusa-
tiones suas. Quis neqz pylatus neqz herodes diligēter
eum interrogando et examinando inuenirent in eo cau-
sam mortis. Unde ad exprobrandā duritiam iudeorum
et gentilium pylatus fatetur nec se nec herodem neqz in
occidendo neqz in illudendo in christo causam seu aliqđ
Beda
dignum morte inuenisse. ¶ Ubi beda. Hoc dicendo py-
latus absoluit quidem iesum quem probauit insontem:
sed quem absoluit iudicio crucifigit ministerio. Audi ce-
ce iudee audi crudelis pagane. Pylatus ipse fatetur ne-
qz se neqz herodem dignum quid morte in christo repe-
risse sed tantum in occidendo vel illudendo innoxio alie-
ne crudelitatis obtemperasse clamoribus. Hec beda.
¶ Magnum dimittendi iesum studium gerebat pyla-
tus. Sed quanto curiosius dimittere querit tanto cri-
minosiores ad mortem eius inuenit (Et cum accusare-
tur) dominus mendaciter (a principibus sacerdotū z se-
niorib⁹ nichil rn̄dit) nec ad sui excusationē nec ad victo-
rum refractionē nec ad dicentiū improperationē sed ma-
gis accusationes viriliter sustinuit et tacuit. Et (tunc) cū
sic accusaretur ab eis (dixit illi pylatus. Non audis quā-
Crisosto.
ta aduersum te dicunt testimonia) Secūdum cris. ideo
hoc dicebat quia volebat liberare eum dū se excusando
responderet (Sed dn̄s non rn̄dit ei ad vllum verbū ita
vt miraretur preses vehementer) de eius patientia et
constantia q̄ ille quez in lege peritum et ad oīa rn̄dere po-
tentem audierat nichil respōderet et q̄ exhibitus ad cri-

minale iudicium & stans ante mortem que apud oms ho
mines estimatur terribilis ipse imperturbabilis remane
ret. In hoc autem docet accusatiões & crimiatiões pati-
enter esse sustinendas hoc eni magis mirabilem facit san
ctorum patientiã q defensio vt ambro. Accusatur dns
et tacet qr defensione nõ indiget nec accusationem tacẽ
do cõfirmat sed despicit nõ refellendo. Ambiunt defen-
di qui timent vinci. Melior est causa que non defendit &
Ambrosi. probatur. Susanna tacuit et vicit hec amb. Iudex ergo
oim ante tribunal iudicis vilis et indigni. mansuetus &
tacitus stetit et accusatus nichil respondit. Sunt autem
quatuor rationes huius silentii et taciturnitatis xpi. Ta
cuit eni xps primo iuste qr propter falsitatẽ accusationũ
& corruptum iudiciũ indigni erant audire. Scdo miseri-
corditer ne ex respõsione sua peiores fierẽt si sibi nõ cre
derent vel non obedirent. Tercio dispensatiue ne si se ex
cusaret dimitteretur & crucis vtilitas & nostra salus et re
demptio differentur. Quarto exemplariter vt daret no
bis patientie exemplũ & impleret illud de se scriptum si-
cut agnus coraz tondente se obmutescet & nõ aperiet os
Anselm⁹. suum. Igitur vt dicit ansel. vide attende quomõ stat añ p
sidez inclinato capite demissis oculis vultu placido fmo
ne raro paratus ad obprobria promptus ad verbera. qñ
qz dns respõdet qñqz nõ rñdet. Ubi rñdet qsi pastor bo-
nus docet & pcreditis sibi ouibus contra luporum latro
nũqz insidias pugnat vbi vero non respondet qsi agnus
pro toto grege immolandus licet et patientiã prestat. et
vtinã modo innotesceret qsi quasi agnus et quasi pastor
quis eẽ deberet vt. s. qñ tacere & rñdere haberet. Quãuis
g qbusdã iterrogatõib⁹ sepe rñderit qñ tñ respõdere no
luit nõ sicut reus et male sibi conscius q de peccatis con
uincebatur suis sed sicut innocens et mansuetus q p pec
catis imolabatur alienis. Et iõ similitudo de agno data ẽ
vt in suo silentio non reus sz innocens haberetur. (Per
diẽ autẽ festuz) pasce (cõsueuerat pses vnũ vinctũ dimit
tere ppl'o) i. ad petitionẽ populi (quẽ volebant) sine me
ritorum discretione in memoria liberationis filiorz isrl'
de egyptiaca seruitute cuius bñficiis memoria in solen-
nitate pascali fiebat q ea die de fuitute pharaonis egres
si erant in aliis autem festis non sic fiebat. Quia eni in
nocte pasce angelus domini saluauit hebreos et percus
sit primogenita egiptiorum ideo ad hoc repñtandũ et
in memoriã huius beneficii in hac solẽnitate saluabant
vnũ morti ppinquum & aliquos interficiebant de vinctis
qui custodiebantur ad occidendũ. Uel hoc faciebant in
memoriam transitus maris rubri in quo filij isrl' fuerunt
liberati et egyptij submersi. Et istam consuetudinez eis
conseruari impetrauerant ab ipatore romanorũ sicut
fuerat obseruata anteq iudea esset romanis subiecta
Si adhuc singulis annis aliquem occidunt deus scit et
ipsi sciunt. Pylatus ergo sciens eos cupidos de ob-
seruanda illa consuetudine et ex altera pte q barrabas
erat pessimus et populo odiosus proposuit eis sub disiũ
ctione optionem dicẽs q ad honorem festi liberaret eis
barraban vel iesum et nullum alium per hoc subtiliter
credens liberare iesum de consensu eorum qr non crede
bat aliquo modo q peterent liberationem barrabe qui
erat homicida et seditiosus ac pessimus et insignis non
nobilitate generis sed ex famositate sui criminis quia
erat latro publicus et in malicia vulgatus et famosus e
ideo credebat merito iesum esse eligendum sciens euz
innocentez et per inuidiam traditũ qr publice arguebat
vicia eorũ. Magnaz vt dictum est diligentiam pylatus
ondit vt xpm liberaret primo per inocẽtiã quia manus
herodis euaserat secundo per consuetudinẽ qr eum pre
ligendum credebat in quo datum est exemplũ laboran
Crisosto. dĩ ad liberationem innocẽtum. Unde cris. Et intuere sa
pienter non eni dixit quia peccauit et dignus est morte
donari eum ex festo sed primuz eum excusans et eruens
a causa omni tũ rogat ex superabundanti vt si nollent in

noxium dimittere saltem vt obnoxiũ donarent festo vel
tempori. ¶ Tunc (misit ac pylatum pro tribunali seden-
tem vxor sua) nomine procula dicens (nihil tibi & iusto il
li) sit cause vel contra iustũ illũ. q.d. nihil habeas cãe nec
intromittas te ad interficiendũ hõiem illum qr iust⁹ est
(multa eni passa sum hodie per visum) & in somniis (pro
pter eũ) Uxor itaqz gentilis viri ħ in visionibus et som-
niis intellexit q iudei vigilantes nec credere nec intelli-
gere voluerunt. Dyabolus quippe apparuerat ei monẽs
eam terroribus ad liberationẽ christi nunc enim demuz
dyabolus intelligens per christum sua spolia siue in mũ-
do siue in tartaro se amissurũ penituit q fecerat compre
hendi eum & ideo immisit visiones huic mulieri vt per eã
impediretur mors christi et sicut prius per mulierem in-
tulerat mundo mortem ita modo satagit christuz de ma
nibus iudeorum liberare per mulierẽ s e per christi mor
tem mortis amittat imperium. Iam quidem dei nutu et
virtute poterat mysterium crucis cognoscere et ideo la-
borabat ne christus moreretur. Forte iam sancti in infer Augustinus
no gaudebant vnde hoc notauerat. Nam vt ait augusti.
anima lazari reuocata ad superos ante in inferno cogno
uerunt dnm de proximo descensurũ ad inferos vnde ex
tunc letabantur & maxime dyabolus hoc cognouit cum
dominus clamore valido animã exaltauit. Uel etiam p
scripturarũ impletionẽ hoc perpẽdit qr in dño eas iple-
ri vidit. q ergo vxor pylati et ipse pilatus tantum fece-
runt pro liberatione xpi totum putatur fuisse ex instin-
ctu diaboli qui per pilatum & eius vxorẽ nitebatur impe
dire nostram redẽptionẽ sicut olim per adam et euaz fe-
cit nostrã dãnationez. ¶ Pylatus ergo qrebat ab eis quẽ
vellẽt propter honorẽ festi sibi dimitti de duobus predi-
ctis et quasi exhortatiue expressit xpm querens si vellẽt
dimitti regem iudeorũ. Ipsi vero nimio odio contra chri
stum moti et obstinato corde in malicia perdurantes. ne
christus liberaretur preelegerunt et petierunt barraban
hominem pestiferum dimitti et liberari christum vero in
nocentẽ tolli de medio et crucifigi. Putabant n. vt dicit
cris. hoc se posse astruere q iesus deterior esset latrone & a Crisostom⁹.
deo nequam vt neqz pro festi pogatiua deberet liberari
In quo facto eorum ostendit future infidelitatis archa-
num. s. anchristum xpo preferendum. Latrones latronez
petierunt et homicidam autori vite pretulerunt. Qd im-
properans eis beatus petrus postea dicebat Uos san
ctum et iustum negastis et petistis virũ homicidã dona-
ri vobis autorem vero vite interfecistis. O quanta infeli
cium iudeorum iniquitas et malicia qui ad procurandũ
christi mortem petiuerunt latronis publici liberationez
contra bonum publicũ & iusticiã mortem vite tenebras
luci filium diaboli filio dei tam stulte q impie pferentes
vt aug. O cecitas iudeorũ o furia freneticorum (noli di Augustinus
mittere hunc sz barrabã) quid fuit aliud dicere q occida
tur ille qui suscitauit mortuos et dimittatur latro vt ite-
rum occidat viuos vt ansel. Adhuc autẽ et animã tuã in Anselmus
circumciso cani glutiendam tradiderunt vinctum siqui-
dem añ faciem pilati presidis te perduxerunt postulãtes
supplicio crucis interimere q peccatũ nõ fecerat & viruz
homicidam donari sibi agnũ lupo aurũ luto postponen
tes. O indignum & infelix cõcambium. Unde etiã beda. Beda.
Heret autem iudeis vsqz hodie suã petitio quam tanto
labore impetrauerunt. Quia enim data sibi optione pro
iesu latronem pro saluatore interemptorem pro dato-
re vite elegerunt peremptorem merito salutem vitãqz
perdiderunt et latrociniis se ac seditionibus intantũ sub
merserunt vt et patriam regnũqz suũ q plus xpo ama
uere perdiderunt et hactenus eam quã vendidere vl' aĩe
vel corporis libertatez recipere non meruerint atqz iõ iu
dei pacem habere nõ pñt quia sediciosum príncipẽ i. dia
bolum qui vsqz hodie regnat in eis magis q dñm elige-
re maluerũt hec beda. Similiter adhuc hodie aliqui ma
gis nituntur saluare & etiam promouere malos hoïes q

bonos et in multis electionibus ac ꝑuisionibus iesus id
est vir bonus ac dignus et dei amicus qui se et alios sal-
uare vellet reprobatur et barrabas latro isignis ⁊ malus
ac indignus et xpi hostis quisse et alios in aīa perimit eli
gitur. Eīn qui in talibus ꝓmotionibus faciendo vel ꝯsen-
tiendo culpabiles sunt ipso suo facto vel consensu condi
cunt iudeis (non hunc sed barrabam) Jesus vero ad oīa
tacet patienter canes oblatrantes tolerans et sua patiē-
tia nos armans. Considera hic quantū xpi animum sau
ciare potuit ꝙ tam sceleratus et vilis homo preferebaē
sibi homini deo intantū vt peterent illius vitam ⁊ istius
mortem: peccauerunt autē in duobus scꝫ quia reum pe-
tebant liberari et innocentē damnari. vnde in puer. Qui
iustificat impium et condemnat iustum vterqꝫ abhomi-
nabilis est apud deum. Ex isto articulo trahūtur duo do
cumenta. Primum est ꝙ nos equanimiter toleremus si
aliqñ preferantur nobis persone infimiores ⁊ humilio-
ris conditionis qr latro xpo fuit prelatus. Scdm est ꝙ
caueamus ne et nos barrabā xpo preferamus. Multi eī
adhuc hodie desiderant barrabā sibi solui et xpm vinctū

Origenes.

esse. quia vt dicit Orige omnes qui iudeis sunt similes si
ue in dogmate siue in vita barrabā sibi solui desiderant.
quicunqꝫ enim male agit solutus est in corpore eius bar
rabas xpus autē vinctus qui autē bonum agit xpm habꝫ
solutum barrabā vinctum et ideo sicut iudei postqꝫ pro
xpo elegerunt barrabā latronem latrociniis ⁊ seditioni-
bus sunt submersi sicut et nunc quecunqꝫ anima preele-
git barrabā illa semper latrociniis dyabolicis extermina
tur vbi enim non est iesus ibi lites et prelia sunt vbi aūt
est iesus ibi sunt omnia bona et pax hec orige. Spūaliter
homo vinctus est per peccatū positus in carcere scdm cor
pus et animaꝫ ita ꝙ sint duo vincti: corpus et aīa sed de
his vnus scꝫ anima poterit liberari si tā corpus peniten
tie et flagellis exponaē. qr sicut aīam a culpa ⁊ a pena li-
berabit si vero corpus liberetur adhuc manebit vincta
anima et suppliciis ac flagellis exponeē eternis et ideo
melius est ꝙ aīa liberetur ꝙꝫ corpus qr si corp9 suspēdiē i

Gregorius

cruce pñte tunc aīam liberabit a morte vñ gre. Si ma
gne mercedis est eripe a morte carnē morituram quan
ti meriti est liberare animam in celo sine fine victuram.
Ad cōformandum se huic articulo recogitet homo si ip-
se vnqꝫ barrabam xpo preelegit et doleat ac oret dicens
Jesu qui non dedignatus es a iudeis reprobari peten-
tibus sibi barrabam latronē dimitti te vero autorē vite
crucifigi da michi creatorem meū sp eligere pre omnib9
et ꝓ nulla re creata te vnqꝫ reprobare. Pylatus autem
volens dimittere ihesum iterū locutus est ad illos que-
rens quid facerent de ihu rege iudeoꝝ ⁊ quid male fecis
set et asserens ꝙ nullā causam mortis in eo inueniret sed
qꝫ populus videbant ꝙ xpm liberare vellet tanto magis
iterum et iterum clamabant vocibus magnis instabant
postulantes vt crucifigeretur et inualescebant voces
eorum. Mala fuit barrabe preelectio sed peior hec sen-
tentiatio. (Uidens autem pylatus quia nichil ꝓficeret)
ad liberationem xpi saluo fauore populi (sed magis tu
multus) ⁊ strepidus (fieret) populi clamātis ad cōtrariū
per seductionē sacerdotū volētiū per clamorē et tumul
tum populi obtinere qđ nō poterant p rationem habere
et volens populo placere et satisfacere (dimisit illis bar
rabā) queꝫ petebant qꝫuis xpm preferendum non dubi-
taret. Ecce ꝙ xps innocens damnatur et barrabas la-
tro liberatur. Ita contingit hodie in curiis principū et ꝓ
latorum qr innocētes damnātur ⁊ peruersi peccatores li
berantur minora puniuntur sꝫ maiora dissimulātur pu-
niuntur transgressores decretalium et statutoꝝ et dimit
tuntur impuniti transgressores diuinoruꝫ mandatorum
(Et) vt iudei de morte iesu totum peccatum super se acci
perent et ipse immunis esset a peccato (accepta aqua la
uit manus suas coram populo dicens. Innocens ego
sum a sanguine) id est sanguinis effusione (iusti huius) ꝫ

sicut lauo manus sic et cōscientiā qr ego volui liberare in
nocentem et solum minister legis sum (vos videritis) qđ
continget vobis qꝫtum ad suppliciū pro culpa quā com
mittitis qr vox vestra sanguinē iusti fundit vnde penam
sentietis. Mos eīn erat apud antiquos vt cum quis vel-
let se ostēdere immunem a crimine aliquo accepta aqua
lauaret manus suas coram populo. Lauit ergo manus
coram populo vt quos nō poterat mouere suasione mo
ueret significatione qua significabat iniquam mortē xpo
inferre et se innocentem a tanto scelere. Lauit manus su
as imponens peccatum de morte xpi iudeis ipsis hoc re
cipientibus qꝫuis non esset per hoc scdm veritatem excu
satus quia non lotus fuit aqua suus reatus mentiebatur
ergo dicendo se innocentem quia (sciebat ꝙ per inuidiaꝫ
eum tradidissent) et ꝙ iustus ac innocens erat et vt met
confitebatur eum liberare poterat. Particeps ergo erat

Leo pa.

criminis sed innocentior illis. vnde Leo papa. Excessit
ergo pilati culpam facinus iudeorum sed nec ipse euasit
reatum qui reliquit ꝓpium iudicium et in crimen trans-
sit alienū. Huic pylato similes sunt excusantes se a crimi
nis consensu cum possint reclamare cum effectu (Et re-
sponderunt oēs. Sanguis eius) i. culpa et pena seu vl-
tio et vindicta effusionis sanguinis eius (sup nos ⁊ super
filios nr̄os) Optimā hereditateꝫ reliquerunt iudei filiis
suis. perseuerat eīn vsqꝫ hodie sup iudeos hec impreca-
tio pene ⁊ criminis ⁊ sanguis xpi nō auferē ab eis. vnde i
singulis lunationibus vt dr̄ fluxum patiunē sanguinis ꝓ
cussit enim eos dñs in posteriora et obprobrium sempi-
ternum dedit illis suntqꝫ fugi et profugi sub seruitute et
nisi lauerint manus suas per baptismum ab isto sangui-
ne penā criminis sustinebūt cōtinue. vt aūt dicit Hiero.

Hieroni.

verbū optimū et salutiferū respōderūt iudei sꝫ intētione
pessima. Optandū est ergo vt sanguis ille veniat sup nos
sed in ablutionē scdm illud apoc. lauit nos a petōibus in
sanguine suo. Pylat9 itaqꝫ cām mortis i eo nō inueniēs
nitebaē eū dimittere. nō eīn in eo sed in nobis cā mortis
eius fuit passus est pro nobis nō pro se nō hñs culpā ꝫ su

Bernar.

stinēs penā vt et culpā nr̄am solueret et penā. vñ Bern.
O piissime iesu qđ tibi et morti nos peccauim9 et tu luis
nos debuim9 et tu soluis. Nullā itaqꝫ cām mortis in eo
inueniēs dixit illis (Corripiā ergo eū) .i. flagellādo vt si
qua in vris ceremonialib9 cōmisit vel in aliquo deliqt ꝓ
ipsis correptus emendeē et sic emendatū ⁊ disciplinatūꝫ
dimittam a morte liberum. Flagris ⁊ ludibriis eum affi-
ciā quantū ipsi iubetis dūmodo innoxiū sanguinem nō
sitiatis vel fundatis. Uidens eīn ex clamore eorū ꝙ nul
lo modo poterat dimittere iesum oīno liberum cuꝫ pace
ipsoꝝ et ex altera parte durum sibi erat interficere inno-
centē. ideo ad satisfaciendū eis fecit xpm flagellari et il-
ludi vt videntes eum sic punitum et illusum vltra cōdi-
gnum penis eius et obprobriis crudelitas eorum satia-
retur ac mitigareē et sic sufficere sibi estimantes vltra se-
uire desisterent et mortem eius non sitirent. vnde augu.
Non persequēdo dñm flagellauit sed illoꝝ furori satisfa
cere volens vt vel sic iam mitescerent et silerent ⁊ desine
rent velle occidere eum quem flagellatum viderent. hec

Augusti.

aug. Tūc etiam propter hoc cohortem suā eī illudere per
misit aut forte iussit vt eorum iram molliret ⁊ a morte ei9
desisterent. Naturale enim est vt ira quiescat si eum con-
tra quē irascitur humiliatū et punitū videat. Qđ quideꝫ
verū est in ira que cū mensura querit proximi nocumen
tum sed nō in odio qđ totaliter querit eius q odio habet
exitiū. Isti aūt ex odio mouebātur cōtra xpm ⁊ ideo fla
gellatio eius non sufficiebat nisi viderent et eius interi-
tum. O pylate pylate tu vis dominum castigare. Nescis
quid agis qr nec flagella meretur sicut nec penaꝫ mortis
Rectius ageres si te ad suum nutū corrigeres. vñ inten-
tio non excusat pylatū in toto qr nullū p se maluꝫ potest
propter bonam intentionē effici totaliter bonum nec fa
cienda sunt mala vt veniant bona. affligere autem inno-

tem et precipue dei filiuz est maxime maluz ꝛ ideo nulla intentione est excusabile ꝛ cum iudex eēt non debebat ei quē innocentē sciebat etiam minimā inferre penam. Ob hoc etiam ſm hiero. eū flagellari voluit vt romanis legibus seruiret quibus sancitum erat vt crucifigendus flagellaretur prius forte ad extorquendū ab eo socios sceleris ꝛ sic christus si crucifigi deberet iam flagellatus eēt. Ipse quoqꝫ dn̄s flagellari voluit vt quia scriptum est mlta flagella pctōris nob̄ pcereturꝛ nos suo flagello a perpetuis flagellis liberaremur sicut pia mater quando videt patrem velle flagellare aliquem de filijs suis extensis occurrit brachijs ꝛ eum protegit exponens se pro eo flagellis homo enim deum offenderat et ideo disciplinari debebat christus ergo disciplinari voluit et sic deū placauit et ideo dicitur disciplina pacis nostre super eum.

hiero

Et si tam grauiter flagellatus est innocēs pro peccatis alienis q̄ grauiter putas noxios nisi se correxerint flagellandos pro peccatis proprijs cum ergo dn̄s flagellari iubetur spoliatur per milites apparitores presidis et vestibus q̄b⁹ indutus erat exuitur et coram oībus denudatur. Est autem intelligendum q̄ sicut remissus fuerat ab herode cum alba veste sic remansit in eadem veste vsqꝫ ad horam flagellationis et tunc exuerunt eum hac veste et suis. Ex hoc articulo exuitionis vestium habemus duo documenta. Primuz est vt caueamus nos a nuditate tam corporali q̄ spirituali ne forte vnq̄ nudi appareamus coram deo et angelis et hominibus nam et si homo interdum non videatur ab hominibus erubescat tamen nuditatem suam coram deo et angelis vnde primi parentes erubuerunt a facie dei qui vbiqꝫ apud nos est cum angelis suis. De nuditate vero spirituali est illud apostoli si tamen vestiti et non nudi inueniamur. Item ē illud apoc. vestimentis albis induaris ne appareat confusio nuditatis tue vbi per vestimenta alba intelligit candor sancte conuersationis que instar vestimenti multis debet esse contexta villis his vestimentis semper induta debet esse anima fidelis ne confusio nuditatis eius a virtutibus appareat coram deo et angelis et hominibus.

Secundum documentuz est q̄ sicut exutus fuit vestimētis suis sic et nos exuamus veterem tunicam et nudem⁹ conscientias nostras coram deo per nudam et puram cōfessionem peccatorum deponentes omne pallium excusationis quia nuda et aperta sunt oīa oculis eius. ¶ Ad conformandū se huic articulo recogitet homo q̄ miserabiliter et cum quanta iniuria et verecundia christus fuit exutus vestibus suis et denudatus pro nobis vt nos vestiret virtutibus et oret hoc modo. Jesu qui vestimentis tuis exui et ad flagella nudari voluisti. Da michi nuda peccatorum meoruz confessione veterem hominem cum actibus suis exuere et in cōspectu tuo nudum a virtutibus me nequaq̄ apparere. Deinde dominus ad columnam durissime ligatus ille qui soluere compeditos solet et plena deo membra verberibus subdens immanissime flagellatur et vndiqꝫ flagellis atteritur verberibus cruciatur. Stat nudus coram omnibus amantissimus iuuenis elegans ꝛ verecundus et silet ad omnia quasi agnus Speciosus forma pre filijs hominū suscipit dura aspera dolorosa flagella spurcissimorum. Caro illa innocentissima ꝛ tenerrima mundissima ꝛ pulcerrima flos omis carnis et totius humane nature repletur plagis liuoribus ꝛ fracturis vulneratur p totum corpus illud sanctissimū a planta pedis vsqꝫ ad verticem eius non remanet sane partis vestigium et totum fit rubruz vestimentum suum Fluit vndiqꝫ regi⁹ et preciosissimus sanguis de omnib⁹ partibus corporis et eius corpus candidissimum cruore eius roseo rubricatur per totum. Superadditur reiteratur et spissatur plaga super plagam liuor super liuorem fractura super fracturam sanguis super sanguinez quousqꝫ tam tortoribus q̄ inspectoribus fatigatis solui iubetur a columna cui fuit alligatus. Cuius columne aliqua pars ostenditur. Rome in ecclesia sancte praxedis maior autem pars fertur esse in ecclesia montis syon in loco vbi pronunciatur euangelium que secundum bedam dominici cruoris vsqꝫ hodie cernentibus vestigia certa demonstrat. Quot autem et quāte plage vel vulnera in hac flagellatione sibi inflagebantur pro certo sciri non pōt nisi per reuelationem vt supra dictū est sed oportuit ea eē quasi innumerabilia. Sicut enī vt dr̄ in deutro. pro mensura peccati erit plagarum modus xp̄s aūt flagellabatur pro peccatis nostris q̄ vtiqꝫ sunt innumerabilia quare ꝛ plage innumerabiles. Et hoc est qđ dr̄ in ysa. A plāta pedis vsqꝫ ad verticem nō est in eo sanitas. Tunc impletum est qđ ibidē dicitur nō est ei species neqꝫ decor ꝛ vidimus eum et nō erat aspectus ꝛ q̄si abscōditus vultus eius et despectus et reputauim⁹ eū q̄si leprosum pcussum a deo et humiliatum. vnde aug. De vultu illius pulcritudo effluxerat omis ꝛ q̄ erat pre filijs hominum speciosus videbatur oīm indecorus quia iniquorū liuor sacrum illius vultū fedauerat verberibus. Considera euz hic diligenter per longā moram ꝛ spaciose et si hic ei nō cōpateris cor lapideum reputa te habere. Et tunc exclamabis. O bone domine iesu quō tu denudaris q̄ nudos vestis quomodo tu ligaris q̄ cōpeditos soluis ꝛ ligatos a demonibus ꝛ ab infirmitatibus detentos liberas quō tu flagellaris qui nos a flagellis eruis quis fuit ille tam audax qui te spoliauit quis tam temerarius qui ad collū nam te ligauit quis tam sacrilegus qui te flagellauit. Sz tu soluisti ei tuos radios subtraxisti ꝛ ideo sunt tenebre ac tenebrarum potestas omnes sunt te potentiores nobis debebantur flagella eterne afflictionis tu flagellari voluisti pro nobis vt nos misericorditer erueres ab illis. Unde anselmus. Et quidem non ignorabat impius ille per inuidiam omnia in te fieri nec tñ abstinuit temerarias a te manus sed amaritudine repleuit animaz tuā sine causa. Illudendum te misit herodi illusum recepit nudum in conspectu irrisorum stare te iussit nec pepercit amarissimis verberibus virgineam carnem tuam diuellere plagas plagis liuores liuoribus infligens. Electe puer domini dei mei quid tanta amaritudine quid tanta confussione dignum commiseras. Prorsus nichil ego hō pditus totius perditionis totius cōfussionis tue causa extiti ego dn̄e vuā acerbam comedi et dentes tui obstupuerunt q̄a q̄ non rapuissi tunc exoluebas. Amor tuus et iniquitas nostra sic te fecit imbecillem. Male dicta sit tanta iniquitas pro qua sic affligeris. In omnibus his non est satiata perfidoruz iudeoꝝ impietas hec Anſel⁹. Vide nunc attende quanta et q̄lia ab impio pylato et suis sine causa dn̄s passus est pro te et exēplo eius ad paciētiam in laboribus et aduersitatibus confortare. Sicut enī xp̄s verberatur et flagellis nodosis caro illa sanctissima et membra delicatissima acerrime dilacerantur ac corpus eius formosum plagis liuet ꝛ sanguine vndiqꝫ rubet sic miles christi strennuus debet corpus suuz per asperitates et duritias debitas castigare ne inobedienter incipiat recalcitrare. Flagellatio domini prefigurata fuit per achior principem ligatum ad arborem. Achior ligatus fuit ad arborē p holofernis satellites christus ad columnam per pylati milites. Achior propter veritatem quā dixerat fuit ligatus xp̄s propt̄ veritatem quā predicauerat fuit flagellatus achior ligabatur quia noluit holoferni loqui placentia xp̄s quia reprehendit iudeos cum eorum displicentia achior ligatus est quia gloriā dei magnificabat xp̄s flagellatus est quia nomen patris sui manifestabat. Flagellatio enim xp̄i in flagellatione hieremie prefigurata fuit quem phassur flagellauit. Soluto autem dn̄o a columna ducunt eum sic nudum sic flagellatum per domū pro pannis suis colligendis qui sparsim p domū ab expoliatoribus proiecti fuerant. Intuere bene eum sic afflictum sic trementem ppt̄ frigus quia hyems erat. Attende diligenter et cōsidera

Beda.

Augustinus

Anselmus

itatum eius in actibus singulis et intime cōpatiaris ac simul pascaris auerte autem paruper oculos a diuinitate et eum purum hominem considera et videbis iuuenē elegantem nobilissimū innocentissimum et amantissimum eorum autem flagellatū et sanguine liuoribusqʒ respersum pannos suos vndiqʒ sparsim proiectos de terra recolligere et cum quadam verecundia et rubore se nudū coram illis semper ipsum deridentibus sic reuestire ac si foret omnium infimus a deo derelictus et omni auxilio destitutus. Intuere ergo eum diligenter ac pietate et cōpassione mouearis. Redeas postea ad diuinitatem et cōsidera illam immensam eternam et incomprehensibilem et imperatoriam maiestatem incarnatam se flectentem et humiliter ad terram inclinantem pannos recolligentem et se cū reuerentia rubore similiter reuestientem ac si esset homo vilissimus imo quidā seruus empticius sub illorum dominio constitutus et ab eis pro aliquo excessu correptus et castigatus. Intuere et nunc eum diligenter ac humilitatem suam ammirare et pro posse imitare. Scdm eandem etiam consideratione intueri potes eundem cum post coronationē purpura spoliatus se vult reuestire ¶ Et hoc articulo flagellationis habētur duo documenta. Primum est q nos flagella dei libenter debemus sufferre vt vnusquisqʒ nostrū possit cum psalmista dicere. Quoniā ego in flagella paratus sum. Et merito quia si vnicus dei filius paratus fuit suscipere in se nostra flagella ex obediencia patris cur et nos adoptiui nō essemus parati sufferre flagella eiusdem patris que ipse per se vel per ministros seu instrumenta sua media nobis misericorditer infligere dignatur ad emendationem nostram. nam scdm sapientem quem diligit deus castigat. flagellat autem omnem filium quem recipit ¶ Scdm est q diligenter caueamus ne et nos iterato christū flagellemus quod fit quotienscunqʒ mortaliter peccamus. Cū enim christus flagellatus sit pro peccatis nostris quandocunqʒ peccamus tunc christo vnū ictum flagelli quantum in nobis est incutimus sicut apostolus de quibusdā dicit rursum crucifigentes in semetipsis filium dei. Ad conformandum se huic articulo poterit homo flagello vel virga seipsum cedere si gratiam habet vel saltem cōpatiendo flagellato christum mētaliter se flagellet et sic oret. Jesu qui pro nobis flagellari vndiqʒ voluisti da michi flagella tue paterne correptionis libenter suscipere et de peccatis meis nunqͣ denuo flagellare. Cum igitur post flagellationē iesus reuestire se vellet cōtendunt impijssimi quidam pylato dicentes. Domine hic se regem fecit vestiamus et coronemus eum more regio. Nisi enim ad plenū sibi illudere volebant anteqͣ eū morti traderēt. Unde anselmus. Nouissime autem dñe iesu in manus incircūcisorum militum deuolutus ea morte turpissima consummādus parum erat sacrilegis manibus suis crucifigere te nisi prius repleuissent illusionibus animā tuā (Et) consentiente pylato (congregauerunt ad hoc vniuersam cohortem in pretorium) vbi sedebat preses et senatus vt omnes interessent tali spectaculo et vt magis eilluderent in loco patenti et coram multitudine (et) eū vix reuestitum (exuentes vestimentis suis induerunt eum veste) seu tunica (purpurea et circundederunt ei clamidem coccineam) id est pallium siue mantellum nō cōsutum sed fibula infrenatum coccinei coloris qui est inter rubeum et purpureum in obprobrium regij nominis qd ipse vt iudei asserebant indebite vsurpabat et ad deridendum eum sicut regem falsum acceperunt purpurā et clamidem non nouam sed veterem in confusionis augmentum quia enim rex dicebatur induunt eum vestibus quibus reges veteres vtebantur christus sīr die fuit indutus triplici veste scilicet alba rubea et coccinea ad designandum q qui vult esse de christi familia debet portare vestem albam innocentie rubeam caritatis et obediencie et coccineā penitentie et sic ergo nūc purpura et clamide induerunt eū. et vnus euangelista exprimit vnū alius aliud quia si tm̄ clamidē ei circundedissent non eum nudassent sicut non legitur nudatus ante herodem vbi imposuerunt sibi albā vestē. Et bene conueniebat vestis alba et rubea tali corpori vtpote toti sanguine rubricato ex flagellatione vt impleretur illud ysai. Quare rubrum est indumentū tuum et vestimentū sicut calcantiū in torculari. et hec questio scdm glosam fuit angelorū videntium et mirantiū q xpi corpus quod de vtero virginali tantū candorē habuit qͣntum fullo non potest facere super terrā in tantū fuit sanguine rubricatū ad quā questionē ipsemet ibidē respondit dicens. Torcular calcaui solus q.d. scdm glo ego solus sustinui pressuram crucis. flagellorū et oīm tormentorū passiones in quibus quasi prelo pressus sum sanguine proprio per totū corpus meum pro salute mundi aspersus. In purpureo ergo vestimento caro eius passionibus obiecta significatur. per hoc etiā significatur passio martyrū qua totū corpus xpi id est ecclesia rubricatur et sic etiam purpura vestitur cuʒ de triūphis sanctorū martyrum gloriatur. ¶ Ex hoc articulo trahuntur duo documenta. Primum est q nos peccata nostra operire debemus operibus caritatis. vt sicut xps nostrorum peccatorū flagellis cruētatus purpura cooperire voluit. sic et nos opera nostra cruenta i. peccata cooperiamus purpura vermantis caritatis. quia vt ait petrus caritas operit multitudinē peccatorū. Uel etiā per purpuraʒ significatur memoria dñice passionis. Unde in canticis. come capitis sponse i. aīe fidelis dicuntur esse sicut purpura regis quia cogitationes mentis nr̄e que p comas capitis intelliguntur versari debent assidue circa passionē redēptoris vel etiā circa opera caritatis. Scdm documentum est q per hoc q dñs noster veste regali indui voluit fm Theophi. docemur q et nos habitu mentis veste regia induamur et simus vere reges calcantes super serpētes et scorpiones i. oīa vicia suppeditātes. Unde dicimur xpiani i. vncti quasi reges. Ad conformandū se isti articulo et septē sequentibus illusionum articulis recogitet homo factū cuiuslibet articuli cū aggrauātibus suis et oret sicut in quolibet articulo deuotio ministrabit. Jesu qui veste purpurea illusorie indui voluisti da michi iugē tue passionis memoriā induere et peccata mea caritatis purpura operire. Pro dyademate autem seu corona regali (plectentes) cōplicando seu plicantes id est cōponentes connectendo (coronā) i. sertū ad modū corone capitis (de spinis) hoc est de iuncis spinosis et aculeatis valde acutos angulos habentibus (imposuerunt capiti eius) reuerendissimo et tenerrimo aculeis ad caput versis vt pena punctionis cumularetur probro irrisionis qui aerentius considerasse se dicunt spinas illos iuncos fuisse marinos asserunt quorum acies non minus dura et acuta aspera et pungitiua ac penetratiua spinis esse dicitur in tantū vt etiam homines calciati desup calcantes inde vulnerentur vnde poeta. Et acuta cuspide iunci. Suauissimum michi ceruical sit illa spinea corona dñe capitis tui super quā dulciter caput meū requiescat. ¶ Ex hoc articulo tria habentur documenta. Unum q nos peccata nostra per recordationem semper in mente portemus sicut xps spinas peccatorum nostrorū in suo capite portauit quia scdm bedam. In corona spinea quā portabat nostrorum susceptio peccatorū ostendit quorū spinas remouit per spinas quas portauit. De his spinis dictum erat primo homini terra spinas et tribulos germinabit tibi q.d. terra nr̄i corporis pctā germinat q suis aculeis cōsciētiā nostrā sicut spine pungunt. Has ergo spinas xps suscepit portandas pro corona victorie. Solent eñ victores arma deuictorum hostiū pro signo victoriali gestare et de his gloriari. Arma dyaboli sunt peccata nr̄a qbus armatur contra nos q dñs in passione sua abstulit ipse eñ est agnus qui abstulit peccata mūdi. Idcirco spineam coronam vtpote victorialeʒ in suo capite

Anselmus

Theoph

Beda

gestare dignatus est. In ista corona videre regem nostrū
desiderabile est omni anime amāti. Unde ad hoc spōsa in cā
ticis omēs fideles animas euocat dicens. Egredimini fi
lie syon et videte regem salomonē in dyademate q̄ coro-
nauit eum mater sua scz synagoga ad litteram vel m̄r sua
id est caritas q̄tum ad tropum pūrem. Aliud documen
Theop.
tum est sm Theophi vt et nos sumamus coronā spineā
id est festinemus coronari vita arta abstinentijs et puri-
tate conscientie he enī sunt quedā spine ppter austerita-
tem quam habent. Tertiū documentū est vt et nos cone
mur coronari spinis temptationum. Quelibet enī tēpta
tio nos impugnans est quasi quedam spina caput mētis
nostre pungens quaz dū hō supat spina ista cedit sibi ad
coronam. Unde quot spinas tēptationū hō in hac vita su-
stinet et superat tot gemmas preciosas ad coronam su-
am comparat. Jesu qui spinas coronari voluisti fac me
penitentie spinis sic digne compungi vt a te merear in
celestibus coronari. Pro sceptro quoqz regali (dederūt
arundinē in dextera eius) dehonestantes arundine dex
teram que celum tegit et terrā et p hoc signantes regnum
quod sibi vsurpauit dicendo se regem ad modum arun-
dinis esse vacuum et infirmum ac ipsum regnum vacuū
nō attēdentes q ipse dixerat regnū suum nō esse de hoc
mundo sed in alio mundo s eternitatis vbi regnū est fir-
missimum. Ex hoc articulo trahitur documentū q nos
attendere debemus nos ex nobis esse infirmos et fragi-
les ac omni bono vacuos nisi dextera dei nos manuteat
sicut arundo in se habet vacuitatem et imbecillitatem sz
Hylari°
manu christi apprehensam firmatur vt dicit Hylarius.
Idcirco ergo dūs noster arundinē in dextera tenere vo-
luit vt per hoc ostenderet se nos fragiles vacuos et infir
mos manutere et omnibus bonis implere. Itez arundo
siue calamus est instrumentum scribendi et iecit eo secun
Hieroni
dum hiero. Christus calamum in manu tenere voluit vt
sacrilegium iudeorū scriberet et ōnderet se illū esse q eles-
ctos suos scriberet in libro vite. Jesu qui arundinem pro
sceptro in dextera tibi dari voluisti imbecillitatez queso
meam dextera tue potentie sic sustentare digneris quate
nus in me regnum tuum iugiter conformetur. Sic ergo
tria instrumenta illusionis introducuntur scz vestis pur
purea et coccinea corona spinea arundo vacua vestis cor
pori corona capiti arūdo pro sceptro manui imponitur
Ad litteram hec sunt tria regalia insignia contumeliose
et in derisionem sibi impensa vt reus ostendatur lese ma
iestatis eo q regnum vellet sibi vsurpare nec posset obti
Moralit.
nere. Moraliter sicut christus illusus fuit tripliciter sic
tripliciter anima frequenter illuditur et per peccatuz ca
pitur. Primo in ostentatione humane potētie que signi
ficatur per vestem purpuream et coccineā que est vestis
regum et potentum. Secundo in cupiditate affluentis
opulentie que notatur per coronam spineam diuicie enī
spinis et curis sunt plene. Tertio in vanitate mundane
sapientie que significatur per arundinem que pulcra sed
vento pleno et vacua est mundana enim sapiētia in qua
confidunt homines et qua quis nō ad dei laudem sed ad
suam gloriam vtitur est quasi baculus arundineus et cō-
fractus. Uide hic quomodo christus in omnibus nō tan
tum patri sed suis etiam illusoribus obedit. Purpuram
suscipit caput corone parat arundinem manu tollit. Si
cut ergo christ° rex glorie spinea corona coronatur pur-
pura ac sceptro subsannatorie deluditur sic etiam cum
seruus christi in hoc mundo vilipenditur et velut omni
honore indignus abiicitur et a presumptuosis despicit
et illusionibus molestatur cogitet q seruus non est ma-
ior domino suo nec pro malo habeat si patiatur similia re
gi summo. Deinde cum signa regalia ei adhibuissent fle
ctebant genua coram eo ac derisorie eum vt deum ado-
rantes (et) vt regē salutantes (illudebant ei) tanq̄ regna
te volenti et non valenti ac irridentes (dicebant ei Aue
rex iudeorum) quasi dicerent. Uoluisti regnare sed non

potuisti. Regem iudeorum eum vocantes verum dicūt
Beda
etiam nolentes et irridentes et sic secundū Bedā. Ado
rabant eum quasi qui deum seipsum falso dixisset et salu-
tabant eum tanq̄ qui seipsum falso regez fecisset Quod
fecerunt vt eorum illusio responderet iudeorum accusa
tioni qr de vtroqz accusabatur a iudeis detestabilis mē-
tis affectum hec faciunt qr compungentes coronant ac-
illudentes adorant et salutant. Et licet gentiles hoc fa-
cerent tñ iudei luunt qui tanti criminis autores erant et
ideo in parasceue cum pro perfidis iudeis oratur genua
non flectimus cum forte iudei hoc agebant cum gentili
Crisostom°.
bus vbi crisosto dicit q milites pecunia corrupti hoc ad
Augustinus.
gratiam iudaicam faciebāt Aug. aūt dicit hoc esse factū
mandato vel permissione presidis vt scz magis iudeoꝝ
odia saturarentur et facilius eum eriperet. Ex hoc arti-
culo habetur documentum q nos caueamus ne christuz
falso adoremus vel salutemus. Mystice falso christum a
dorant et salutant qui in eum credunt sz peruersis actib°
despiciunt ore eum confitentur sed factis negant. Item
falso adorant vel salutant qui inter orandum aliquid qđ
est contra diuinuz honorem mente pertractant. Item q
in ecclesia signa deuotionis ostendūt et postea iniurias
christo graues in membris suis faciunt. Item falso chri
stum adorant et salutant omnes pseudo christiani. Ihe-
su qui irrisorie adorari et salutari voluisti da michi te de-
um me semper adorare in spiritu et veritate et te solū ve-
rum regem venerabiliter salutare (Et) vt illuderent fa-
ctis sicut illuserant signis et verbis (dabant ei alapas) in
augmentum illusionis et hoc ideo vt ipso opere ostende
rent illusorium esse q ei talem honorem exhibebāt. In
hoc enim illusionem suam magis despectiuam fecerunt
q velut adorantes deum et salutantes regem eū alapisa
uerunt. Et differt illa alapisatio ab illa que in domo an
ne erat facta qr ibi vna alapa ab vno ministrorum hic au
tem plures alape a diuersis dabātur et illa dabatur cau
sa vltionis iste causa illusionis. Documēta autem possūt
hic accipi ibi. Jhesu qui alapis cedi voluisti fac me ore et
vita tibi sp plaudere et alioꝝ opera licz mala michi in bo
num cooperari concede (Et expuebant in faciē eius) sicut
persone viles et contemptibiles. O q̄ vilis actus militū
Ex hoc apparet q isti dicuntur milites nō scđm nomen
militie pñtis tp̄is quo generosi et nobiles qui equites no
minantur de calcaribus deauratis tales enī nobiles pso
ne non illuderent nō conspuerent nec crucifigerent nec
vestes crucifixi sibi diuiderent quod ad carnifices potis-
us ptinet. Sed dicuntur milites scđm antiquā consuetu
dinem stipendiarij et seruientes pedites. Sicut patet in
gestis iulij cesaris Ubi milites ab equitibus distinguun
tur. Et in actibus apostolorum. Ubi dicitur Qr paulus
cum militibus ducentis et equitibus septuaginta de hie
rusalem missus est cesaream Ergo milites in hoc loco in
telligimus viles stipendiarios carnifices. Quales nullā
perhorrescunt insolentiam qui dicti sunt milites nō a no
bilitate sed a fortitudine erāt enim robusti corpore et ad
omne maluz expositi vt dicit cris. De quibus dicit The
Crisostom°.
Theophil°.
ophilus q in istis illusionibus militaris vana gloria sem
per inordinatis gaudens obprobrijs sibi propria osten-
debat documēta hic possunt sumi sicut supra de conspu
itione in domo cayphe facta. Jhesu qui in deliciosissimā
faciem tuam conspui voluisti da michi faciem tuam in sa
cramenti eucharistie sumptione indigna non polluere et
conscientiam meam immundis cogitationibus non fe-
dare. Et accipiebant arundinem de manu eius (et percu
tiebāt) sacrum (caput ipsius) et ratione doloris infligen-
di vt aculei spinarum fortius infigerentur capiti et tōe cō
temporis in signum vacuitatis et nichili non enim cantū
cā ledendi eū p punctiuras spinarū et p ictus baculi q̄tum
causa illudendi et vilificandi hoc fecerūt nā viles perso-
ne baculis sicut bestie peuti cōsueuerūt quasi dicerēt ad
eum. O tu hō vilis vt qđ te regē facis. In hoc fiebat ei ft

eut furi qui fune capiti circumposito torquetur vt recognoscat mala que fecerit vt sicut funis constringitur vt se amplius profundet vel grauius torqueat sic et ihesum coronatum arundine percutiebant. Percutiebant arundine caput pauendum demonibus tremendum ac reuerendum cunctis celorum virtutibus et venerandum sanctis omnibus caput benedictum in secula a quo omnis benedictio non solum in barbam verumetiam in oram vestimenti totius ecclesie manat. O miseri quomodo vobis adhuc tremendum apparebit caput illud quod nunc sic percutere nõ formidatis et tunc sanguis per aculeos corone de capite extractus et largiter fluens tinxit caput et genas eius ita vt appareret quasi leprosus quia sanguis et sputa apposita faciebant eum leproso similem. Tinxit g sanguis totum caput eius sicut cruor flagellis extractus et sudor sanguineus tinxit omnes alias partes corporis vt nõ tantum manus et pedes et latus dicamus sanguine respersa sed tota veste tincta christum ascendisse de bozra. Cerne igitur eum cum cordis amaritudine in singulis suis afflictionibus quia omnia sustinet que ipsi volūt quasi eorum seruus et ad omnia tacet quasi mutus. Et maxime cerne eum cum caput eius spinis plenum arundine grauiter et sepe percutitur quomodo depresso collo patienter cum dolore tamen magno acerbos ictus suscipit et patitur perforabant namque caput sacratissimum acerbissime ille spine ac totum madefaciebant sanguine. Ex isto articulo trahitur documentum quod caueamus ne et nos caput christi cum arundine percutiamus. Caput quidem christi percutiunt qui diuinitatē eius impugnāt et eum deum esse verum denegant nam secundum apostolum caput christi est deus id est diuitas creans est caput creature assumpte. Arundo autem vel calamus significat scripturam diuinam calamo spiritussancti scriptā de qua in psalmo dicitur lingua mea calamus scribe. Calamo igitur vt dicit beda caput christi percutiunt qui diuinitati eius contradicētes errorem suum auctoritate sacre scripture que calamo scribitur cōfirmare conantur. Quales sunt qui eum purum hominem fuisse dicunt. Item arūdine caput christi percutiunt qui propter aurā mūdani fauoris que per arūdinem significat deus offendit. Item caput christi calamo percutiunt qui ex scriptura diuinitatē plusquam oportet inuestigare satagunt vnde et interdum sanguinē erroris eliciunt. Item cum arundine christum in capite percutiunt qui per vacuam id est ociosam vitam christum offendunt qui est caput nostrum a quo in omnes sensus nostros vitales operatiōes defluunt qui et operum nostrorum exempla nobis prebuit. Unde in quolibet ocio cum adest nobis oportunitas bonum faciendi homo ociosus christum quasi in capite percutit ita vt ex tali percussione et spinarum punctione sanguis de capite christi emigatur hoc est quia christus volens et pungitur vsque ad sanguinem de ocio nostro quia videt quod exempla sua non fructificant in nobis. Ihesu qui nobile caput tuum arundine percuti voluisti da michi te caput nostrum per inanem vitam non offendere sed tibi placitis moribus deseruire. ¶ Coronatio et illusio christi ac eius passio prefigurata fuit in rege dauid qui ab inimico semey tanta mala patienter tolerauit. Semey proiecit super dauid lapides ligna et lutum sic synagoga in fecit in christum palmas spinas et sputus. Semey dauid virum sanguinum et virū belial vocauit synagoga christum seductorem et maleficum appellauit. Sed abysai cū voluisset semei occidere dauid prohibuit et angeli occidissent derisores christi sed ipse non permisit. Christum etiam prefigurauerunt nuncij regis dauid quos amon rex amonitarum tam turpiter dehonestauit. Dauid misit amon nuncios ad pacem instaurandam quorum vestes ipse precidit vsque ad nates et radi fecit mediam barbam sic deus filium suum ad pacem faciendam in mundū misit quem synagoga nudans vestibus barbam ipsius sputis maculauit de premissis domini contumelijs dicit augu. Sic enim implebantur que de se dixerat christus sic martires informabantur ad oīa que persecutores libuisset facere perferenda sic paulisper occultata tremēda potentia cōmendabatur prius imitanda patientia sic regnum quod de hoc mūdo non erat superbum mundum non atrocitate pugnando sed patiendi in humilitate vincebat sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia vt mirabili pullularet in gloria hec augustinus. Ve igitur semel ve ve bis et ve iterum his qui post tam preclarum humilitatis speculum superbia tolluntur in altū obprobria refugiūt et ad honores aspirāt rursus contēptui habentes dei filium quem tanto ab hominibus amplius omni constat honorificentia dignū quanto pro hominibus indigniora sustinuit. Unde crisostomus. Tot autem et talibus factis ipse instabat silens tu vero audiens hec in mente habe continue et regem orbis terrarū et angelorum dominum videns contumeliam patientē et omnia ferentem silentio imitare. Et iterum. Que igitur erit nobis cura de cetero si contumelias ab aliquo patiamur postquam hec christus passus est. Etenim quod fiebat in christo vltimus cōtumelie terminus erat nec vna particula tantum sed vniuersum corpus patiebatur iniurias caput per coronam et arundinem et colaphos facies quia conspuebatur gene quia alapis cedebātur corpus totum per flagella. Et quia denudatum est. Et per circundationem clamidis. Et per fictam adorationem manus per arundinem quam dederunt ei pro sceptro ac si timerent ne pretermitterēt aliquid grauissime presumptionis. Unde ansel. Regali purpura induitur sed plus in ea despicitur quam honoretur. Sceptrum in manu gestat sed eo ipso reuerendum caput eius feritur. Adorant coram ipso positis genubus in terra et regem conclamant et continuo ad conspuendum amabiles eius genas subsiliunt. maxillas palmis concutiunt et honorabile collum exhonorant hec ansel. Omnes vero iste illusiones militum et contumelie iudeorum christo illate nobis tribuunt mysteria licet alia intentiōe ab eis sunt facta prout sepius tactum est supra. hec autem secundum iohannem ante sententiam pylati facta sunt sed matheus et marcus post sententiam ea que obmiserant recordando ponunt sic ergo vt dictum est martires informabantur ad perferenda oīa que a persecutoribus inferebantur. Nos enim in veste duplici scilicet alba et rubea christus illusus esse perhibet in vno puritas sue humanitatis in altero veritas passionis exprimitur hoc etiam significat duplex martirij genus quo in passionibus ecclesia adornatur vt sit candida virginitate et rubicunda sanguine. Et ipsa ecclesia varijs mēbrorum suorum flosculis vernans in pace lilia gignit in bello rosas. Unde dicit admirando. Dilectus meus candidus et rubicūdus candidus scilicet actione et in pace lilia virginum ac rubicundus sanguine et in bello rosa martirum. In vtroque ergo habitu dūi pōt omis multitudo electorum intelligi in alba enim veste induuntur virgines et cōfessores et rubea martires. Unde et dūs alba veste induitur cum multis iustorum cōfessiōe circundatur rubea vestitur cum in triumphis victoriosorū martirū gloriat. Si autem te nudum absque his vestibus inueneris veste christi rubea induere et totis christi passionibus adornare sed nec illis sufficiebat quod ad maiorem illusionem totam cohortem militum congregauerant sed et pilato iubente coram ipso toto populo iudeorum foris expectante qui propter festū non introibāt in pretorium adduxerunt foras ihesum sic illusum et ad derisionem et confusionem paratum omnibus demonstrandum (Exiuit ergo iterum pilatus) de pretorio (foras) ad iudeos (et dixit eis Ecce adduco vobis eum foras) postquam diligenter examinaui et puniui ad vobis satisfaciendum (vt cognoscatis quia nullam in eo cām) similiter mortis (inuenio) licet afflictus et illusus sit et hoc ad voluntatem vestram innocenti fecisse sufficiat. In eo habitu illum ostendit in quo illusus est a ministris vt saltem sic

Beda

August.

Crisost.

Ansel.

quiescant videntes eum plenum obprobrijs (Exiuit ergo ihs) ex precepto pylati (portans spineã coronã ⁊ purpuream tunicã) ⁊ clamidẽ coccineã turpem ⁊ veterez ac sceptrum arundineum. Ecce ꝗ̃ lamentabile spectaculũ Incedebat quasi in habitu regali sed patebat vndiqz despectui. Ecce quõ rex et dux tuus confusione repletur et humiliter sustinet vt te ab eterna confusione eriperet et a superbie peste sanaret hic ergo ĩstruimur vt obprobria omnia pro nomine ihesu christi sustinere parati simus et in omnibus humiliari studeamus Unde ans. *Anselm⁹* Attende anima mea quis est iste qui ingreditur habens imaginez quasi regis et nichilominus serui despectissimi confusione repletus est coronatus incedit sz ipsa eius corona cruciatus est illi et mille puncturis speciosum eius verticẽ diuulnerat hec ansel. (Et) tunc quasi despectiue loquendo ⁊ eos ad misericordiam prouocando (dixit eis pylatus ecce homo) ecce de quali homine creditis ꝙ vellet sibi regnum vsurpare et quasi diceret et si in aliquo male egisset tñ vltra condignum punitus et ideo sufficere vobis deberet videre caput eius perforatum totuz corpus laceratum faciem conspuitam et pro deo compatiamini sibi qz frater vester est volebat enim pylatus vt sensibiliter viderent qualiter fuisset punitus et illusus vt sic mouerentur ad compassionem qz animo liberandi euz fecit hanc ostensionem. Unde criso. *Crisosto* Propterea coronatum ihm eduxit ad eos vt conuitium qđ a militibus factum erat in eum videntes paruum respirent a passione et vomant venenum vsi et Aug hinc apparet non ignorante *Augusti.* pylato hec a militib⁹ facta siue iusserit ea siue ꝑmiserit illa sez causa vt hec eius ludibria inimici libentissime viderent ⁊ vlterius eius sanguinem non sitirent. Egreditur ad eos ihesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum non clarus imperio sed plenus obprobrio spinis punctus sputis illusus flagellis afflictus. Et dicitur eis ecce homo quasi dicat. Si regi inuidetis iam parcite quia deiectum videtis flagellatus est spinis coronatus est ludibriosa veste amictus est amaris cõuicijs illusus est alapis cesus est feruet ignominia frigescat inuidia. Sed non frigescit inardescit potius et increscit. Hec augustinus. Ex hoc articulo sumitur documentum ꝙ nos christum illusum ante mentis nostre oculos habeamus: et in vestitu et in exteriori apparatu nõ vane gloriemur quoniam dominus noster in vestitum illusus est. Et maxime in hoc sequi christum debent religiosi ⁊ monachi q̃ christum illusum representant in habitu tonsura et fetulis habitus ei monachalis despectibilis est et quasi illusorius hominibus mundanis corona autẽ capitis monachalis representat coronam spineam baculi seu ferule quos antiquitus monachi portare consueuerũt representant arundinem. Et sicut christus non dedignabatur habitu illusorio populo iudeorum ostendi sic non erubescant monachi ⁊ alij mundi contemptores qui scđm apostolum spectaculum facti sunt mundo in habitu contemptibili et insignijs regalibus illusorijs predictis christuz regem imitari. Item est hic documentum ꝙ istam ostentationem christi representat sacerdos in eleuatiõe hostie quasi diceret ipse (Ecce homo) Quia enim sacramentuz altaris est memoriale dominice passionis et christus est passus secundum humanitatem secundum diuinitatem vero est impassibilis ideo sacerdos ostendẽs ibi christuz congruentius dixit ecce homo ꝗ̃ ecce deus licet ipse sit et homo et deus sed homo potens fuit in illa ostensione et deus latens Item est documentum ꝙ nos debeamus cum eisdem insignijs mystice acceptis prout dictum est suis locis ante conspectum christi regis nostri in iudicio apparere cum quibus ipse dignatus fuit iudeis ostentari. Iesu qui cum illo illusionis insignijs iudeis ostentari voluisti. Da michi ostentationem vane glorie deuitare. Et cum eisdem insignijs mysticis ante conspectum tuũ in extremo iudicio comparere. Sed licet pylatus hec agat tamen insatiabilis sacrilegorum furor non cessat sed magis instat. Ecce magna pertinacia iudeorum in procurando mortem christi nã obstinata nequicia non emollitur misericordia. Tunc enim illi iudei filij dyaboli cum vidissent eum sic punitum et illusum ⁊ cognoscerent ꝙ pylatus sic volebat dimittere eum in nullo compatientes ei ac punitionis correptione et illusionum obprobrio nõ contenti nec pylati excusatione placati (clamabant) tumultuose et alios ad clamandum excitabant (dicentes crucifige crucifige euz) quasi dicerent hec pena nullo modo nobis sufficit sed petimus ꝙ moriatur. Uidentes euz magis commouebantur q̃ ex aspectu eius qui odio habetur magis contra eum cor odientis inflammatur. Ingeminant autem crucifige propter desiderij vehementiã et quia voluntate et opere crucifixerunt eum. ¶ Magna crudelitas qz non sufficit eis alterum sez vl' flagellare vel occidere sed vtrumqz nec contenti sunt quacunqz morte sed turpissima et durissima scz crucis desiderant occidere Clauis affigi ad lignum querunt ne dolor citius finiatur sz morte producta moriatur et vt in cruce diutius videatur ⁊ modo mortis diffametur ⁊ secundum cris. formidantes ne aliqua eius post ipsum fiat memoria studẽt *Crisostom⁹.* et ad supplicium ducere maledictum. Uerum vt dicit Rabanus iudei de morte pessima cogitabãt sed a domino non intelligentibus eis electa erat. Ipsam enim crucem dyabolo superato erat tanq̃ tropheum in frontib⁹ *Rabanus.* fidelium positurus Cerne etiamnunc quomodo sic contumeliose vestitus et coronatus ⁊ cum sceptro incedit et quõ facie dimissa stat coram tanta multitudine vociferãter clamante crucifige crucifige ac semper eum deridente ⁊ sibi insultante quasi sapientiores eo fuerunt ⁊ sic non solum dolores et penas sz etiam contumelias ⁊ terrores recipiebat ab eis. Ex hoc articulo qui in clamore consistit trahitur documentum ꝙ non refert ad culpe intentionem occidere hominẽ lĩgua vel gladio. Unđ ps. Lingua eorum gladius acutus et loquitur ad litteram de iudeis clamantib⁹ crucifige super quo aug. Noli attẽdere inermes manus sz os armatũ inde gladius ꝓcessit quo xp̄s *Augustinus* occideret cauéant ergo sibi detractores ⁊ ꝓximorũ infamatores ne exacuant vt gladiũ linguas suas qz sicut gladio corpus sic lingua fama hoĩs perimitur Unđ dicitur in puerb. Mors et vita in manibus lingue Item est documentum ꝙ non est respondendum. Ad conformandum se huic articulo recogitet homo ꝗ̃ terribiles fuerunt illi clamores iudeorum ⁊ rememoretur an ipse vnꝗ̃ iniquis hominum iudicijs aut obsculationib⁹ seu detractionib⁹ contra ꝓximũ ꝑ ꝯsensum conclamauerit vl' alis ꝓut deus dederit et sic oret ihesu q̃ terribiles iudeo᷑ voces crucifige crucifige clamantium audire minime expauisti da michi inimicorum tuorum verbis execrabilib⁹ non terreri ⁊ lingua mea nocumentum ꝓximo non inferre. Sz pylat⁹ videns xp̄i innocentiam et iudeorum malitiam impellentium ad rem illicitam et recusans crucifigere ihesum dixit eis Accipite eum vos et crucifigite q̃ sine causa consueuistis innocentes condemnare ego enim nõ inuenio in eo causam .s. crucifigendi et dandi talem sententiã vez dicit pylatus qz christus peccatum non fecit nec inuent⁹ est dolus in ore eius. vñ bene dicit in eo qz causa mortis christi non fuit in eo sed in nobis ⁊ ideo dicit bern. O piissime iesu qui tibi et morti nos peccauimus ⁊ tu luis nos *Bernardus* debuimus et soluis ac si diceret pylatus Michi non licet crucifigere innocentem vos crucifigite si vultis. Derisorie et indignanter hoc dicit qz non habebant potestatem iudicandi aliquem ad mortem. Unde secũdũ cris. *Crisostom⁹.* ꝙ dixit crucifigite execrantis fuit hoc verbum et ad rem non concessam illis impellentis videntes autem iudei ꝙ pilatus clamoribus eorum non acquiescer et inceperunt allegare rationes alias q̃ supra allegauerant et accusabant eum qz contra legem dei filium dei se fecit ⁊ ideo vt blasphemus ẜm legem quã habebant mori deberet Er-

ras o iudee qr se deum non fecit sed pater eu3 genuit de
us deū ⁊ ꝗ filiū dei se dicendo nō blasphemauit s3 verita
Augustinus tem dixit. Uñ aug. Ecce altera maior est inuidia Par
ua quippe illis videbat velut affectare illicito ausu regie
ptatis et tñ neutrū sibi iesus mēdacit vsurpauit s3 vtrūq3
ꝗ qr erat rex ⁊ filiꝰ dei verū est et vnigenitus est dei filius
et rex a deo ꝯstitutꝰ sup syō montē sctū eius vtrūq3 nūc
demonstrar3 nisi quanto erat potentior tanto mallet es
se patientior hec aug. (Cū ergo pylatꝰ magis timuit)
ne forte verū esset ꝙ esset dei filius ⁊ sic factū enorme fe
cisset ipm puniendo et illudēdo et ne videretur iniq̄ age
re occidēdo Illi vero hoc dicentes non horruerunt sed i
terficiunt eū ꝑ qbꝰ oportuerat adorare secūdū aug. Py
Augustinus latus non timuit legē eorum vt occideret qr alienigena
erat et legē non obseruabat sed magis timuit filium dei
ne occideret Paius timuit occidere innocentem nūc ma
gis timet occidere dei virtutem. Et ideo volens de hoc
secretius inquirere non amplius interrogauit quid fecis
sti (sed ingressus est iterum pretorium) cum iesu vt veri
tatem magis posset cognoscere extra tumultum iudeo⁊
(et dixit ad eum vnde es tu) id est vnde duxisti origine3
per hoc querebat vtrum esset deus originem hñs diuinā
vel homo hñs originem terrenā (iesus aūt non dedit ei
responsum) implēs illud ꝓpheticū sicut ouis non ape
ruit os suum vt nobis daret penitentie exemplar Quia
ei pylatus altam quesiuit questionem non audiuit respō
sionem nam diuina generatio infideli et incredulo expli
canda non erat et quia suā passione3 īpedire nolebat cu3
ad hoc venisset ꝙ pro nobis pati vellet (Dixit ergo ei py
latus) ꝓuocans eum ad responsum aliquod per quod il
la excusatio excludi posset (Michi nō loqueris) Mira ba
tur de eius taciturnitate cum esset in puncto liberationis
vel cōdēnationis sue. Ideo sequit (. Nescis qr potestatē
hēo crucifigere te et potestatem habeo dimittere te) qua
si diceret michi saltem deberes respondere. Tua pylate
voce constringeris tua sententia damnaris. Si eni in te
totū ē positū quare innocentem in quo nullam causam
inuenis non absoluis pro potestate ergo non ꝓ equitate
crucifigendum dim tradis per ptātem latronem absol
uis auctorē vero vite interficis et qr gl'iatur de sua ptāte
iō respondit iesus ad reprimēdam eius iactantiam et tu
morem dicens (nō haberes potestatem aduersum me vl
lam) quātulācunq3 habes (nisi) hoc ipsum quicqd ē (tibi
esset datum) et concessum (desuper) s. a cesare et vlteriꝰ
permissum a deo qui est ptās superior et a quo est omnis
ptās et ex hoc arguit eius pctm̄ qr non acceperat ptāte3
a cesare et a deo condemnandi innoxios s3 magis libe
randi eos et qr pylatus gentilis erat ⁊ superioris ptātis
timore angebat Dicitur eīm minus peccare ꝙ̄ iudeos q
Augustinus legem nouerant et inuidia mouebantur Uñ aug. qr plus
peccat q ptāti innocente3 occidendū liuore tradit ꝙ̄ po
testas ipa si eū timore alteriꝰ maioris ptātis occidit nec
timendo qdem praesertim inocēte3 hominē hō debet oc
cidere sed tñ id zelando facere multo magis malum ē ꝙ̄
timēdo hec Aug. Et similiter traditor plus peccauit qui
pro questu eū iudeis tradidit Maius ergo erat peccatū
iude et iudeo⁊ ꝙ̄ pylati qr ad occisionem xp̄i iudas fuit
motus cupiditate iudei autem rancore sed pylatus hu
mano timore. (Et exinde) i. ex hac causa ⁊ ꝓpter hoc s.
ne peccaret et peccatum haberet occidendo innocente3
et dei filium (querebat pylatus dimittere eū) absolutum
ꝙ̄uis minus esset peccans ꝙ̄ alii q tradiderunt illum nō
ꝙ tunc primū conciperet s3 ꝙ̄ prius volebat modo quere
bat. Supra eni temptabat eū dimittere s3 ex tunc oīno ⁊
con sancti sīo querebat hoc facere Judei autē non volē
tes per falsas accusatōes circūuenire iudicem nitunt
ei de iniuria cesaris ingerere timorem ⁊ ideo de hoc ma
gis ꝙ̄ de omnibus superius dictis eu3 terrere putantes
(clamabant dicentes Si hunc dimittis) qui se regem fa
cit (non es amicus) et fidelis minister (cesaris) i. non ze

las pro honore et statuto dñi tui custodiēdo et iō amicī
ciam eiꝰ amittes (Oīs ei q se regē facit) vsurpādo ptātē
sibi (contradicit cesari) Imperatores eīm romani abstule
rant a iudeis regiam dignitatē et iō q inter iudeos dice
bat se regē videbatur facere cōtra impatoris ordinationē
sine cuiꝰ cōsensu nō solebat dare titulo vti regio hec ei po
test ab ē terrena natura ꝙ vna est impatēs ꝯsortii aliarū
vñ et iō cesar nō patiebatur alium dñari. vbi criso. Et vñ
habetis demonstrare hoc a purpura a dyademate a cu
ria a militibus nonne solꝰ sēper cū discipulis īcedebat
per oīa viliter transiens ⁊ cibū et scolā ⁊ habitationē hec
Crisost. Crisost (Cum aūt pylatus audisset) minas sibi inferri a
Augusti. populo de indignatōe cesaris adhuc plus timuit. Nam
scdm aug. non sic potuit pylatus contemnere cesarē au
torem ptātis sue quē admodū legē gentis alienē. Timēs
ergo cesarem et non audens etiam scdm minimā appen
tiam facere contra eius honorem (adduxit ihesu3 foras)
extra pretorium (et sedit pro tribunali) i. an tribunal vel
in tribunali nā apud grecos hec prepositio pro idem est
ꝙ ante vel i hoc est sedit in loco sedis iudicare seu ad iu
dicandum quod est officium sedentis in tribunali. Est eī
tribunal sedes iudicum sicut thronus vel solium regum
et cathedra doctorū Et dicitur tribunal qr apud roma
nos tribuni causas particulares decernebant dictis tri
bubus quibus ꝑponebātur Sedit vero (in loco q dr gre
ce lychostratos) i. lapidum stratura siue pauimētum va
rietate lapidum stratum dictum a lycos quod est lapis
et stratos qđ est stratura seu pauimētum ꝙ ille locus di
uersis lapidibus erat pauimētatꝰ et erat ante domum py
lati et idem locus dicitur (hebraice galbata) i. collis siue
sublimitas ex coaceruatione lapidū quia locus fuit subli
mis vario lapide stratus i quo tribunal erat (Erat autē
parasceue) i. preparatio pasce (hora quasi sexta) Grecis
admixti iudei grecis crebro vtebantur vocabulis. Para
sceue aūt grece dicitur preparatio latine sic dicebatur fe
ria sexta quia in ea preparabant necessaria pro sabbato i
quo aliquid decoqui vel opari non liceat ⁊ sicut i deserto
duplex manna feria sexta propter sabbatum colligebāt
dicitur etiam feria sexta preparatio quia iudei prepara
bant se mundando Ex cōgrue sexta die crucifigitur dñs
quia per crucem reparauit hominem qui sexta die a deo
est factus Sexta etiam hora dominus pro homine ē cru
cifixus quia sexta hora homo in peccatum est lapsus nā
Hiero. vt dicit hieronimus qua hora primus adam mortem pec
cando induxit eadem hora secundus adam mortem mo
riēdo destruxit. Sexta quoq3 hora qua maior feruor dī
ei est crucifigi voluit ad ostendendum ꝙ ex magno fer
uore caritatis passus sit Tunc pylatus iussit iesu3 sisti in
dicio (⁊) allegans pro eius liberatione (dixit iudeis) qua
si eos subsannando (ecce rex vester) priꝰ dixerat ecce ho
mo ignominiam suam demonstrans vt eos ad miseren
dum moueret nunc vero vt eos magis moueat yronice
eis insultat dicens (ecce rex vester) Primo cogitabatur
eum liberare per christi ludibrium Secūdo per iudeorū
obprobriū quasi dicat eis Mirum ē ꝙ hunc hominē fla
gellatū illusum ⁊ abiectū dicitis vsurpare sibi regnum.
Talis homo est ꝙ regnum inuadere vel captare nō pos
sit. Uñ erubescere debetis ꝙ eū esse formidatis Compa
tiamini ergo illi quia de eo timere non oportet vel tale
quid suspicari Et tamen pylatus super hoc timet ab eis
aput cesarem accusari et sua potestate priuari Ubi criso
Crisost. stomus. Et nimirum que dicta sunt erant sufficientia vt
facerent eos de cetero ab ira cessare sed trepidabant ne
dimissus rursus turbam ducat et omnis pro hoc agebāt
Amor enim principatus versutum quid est et animam
sufficiēs perdere propterea magis īsistunt hec Crisosto
mus Unde iudei sicut furibundi (clamabant) et ex abū
dantia militie ingeminando dicebant (. Tolle tolle) sci
licet ad mortem et non quacunq3 sed turpissima. Et

explicantes genus mortis addiderunt et (crucifige eum) Interficere enim eum conabantur et morte exprobratissima formidantes ne aliqua eius post ipsum fiat memoria quasi dicerent tolle eum a nobis et conspectu nostro grauis est nobis ad videndum nec possumus eum videre sufferque eum de medio et interfice. Quanto plus audiebant quod pylatus vellet liberare eum tanto magis clamabant in contrarium Ubi beda. quia totam accusationem

Beda

quam aduersus dominum detulerant crebra et sollicita pylati interrogatione videbant euacuatam tandem ipudici ad solas se preces conuertunt vt quod criminando et quasi ratiocinando nequiuerant iam postulando et vociferando perficiant Quem exinde ordinem seuiendi etiam beatorum martirum persecutores tenuisse satis ecclesiastica demonstrat hystoria hec beda. Dulcissime iesu quam tam durus et impius erit vt clamores illos horribiles (tolle tolle crucifige eum) sine gemitu et clamore spiritus aure corporis valeat audire seu mente tractare Pylatus vero terrorem quem de cesare ingerunt adhuc superare conatur et volens de ipsorum ignominia eos frangere quos de christi ignominia non potuit mitigare allegansque in christi crucifixione eorum verecundiam dixit eis quasi subsannando (regem vestrum crucifigam) quod redundat in vestram ignominiam quasi diceret. Ex quo eum regnare formidatis et iam de hoc fama magna fuit non est honor quod rex vester condemnetur et erit vobis verecundia si morte sic abiecta moriatur. ¶ Et ideo si non mouemini ab eius humilitate debet vos mouere vestrum obprobrium quod esset si crucifigerem eum. Sed illi se a libertate regni dei et christi excludentes iugum dyaboli susceperunt a perpetue seruituti et tyrannidi se subiecerunt dicentes (non habemus regem nisi cesarem) Ex quo patet quod extunc perpetue romanorum se obligauerunt subiectioni renunciantes omni alteri regie dignitati patrum etiam eorum obstinatio ad procurandum mortem christi. cum pro eius procuratione confessi sunt imperpetuum

Crisost.

seipsos subiectos seruituti. Unde crisostomus. Abiuerunt dei regnum et traditi sunt regno romanorum quia quod habebant non intellexerunt et ideo quod petierunt acceperunt hoc idem etiam facto clamant nostri pontifices et prelati seu curati qui suas ecclesias dimittentes ingerunt se negociis temporalibus principatus vel regni. Per hoc autem iterum iudei timorem pylato ingerebant Ut enim

Augusti

dicit augustinus apertissime contra cesarem venire videretur si regem se non habere nisi cesarem profitentibus alium regem vellet ingerere dimittendo impunitum quem propter hoc ausus ei tradiderant occidendum. Ex quo articulo adductionis christi ad tribunal habentur duo documenta. Primum quod nos debemus tribunal in mente nostra constituere et ibi iudicio astare sicut christus stetit ante tribunal propter nos vt nos districtum dei iudicium possimus declinare. Iuxta illud apostoli. Si nosmetipsos diiudicaremus non vtique iudicaremur. Secundum est quod tempore aduersitatis iudicium dei cum patientia subeamus sicut dominus noster pro nobis ductus ante tribunal hominis obmutuit et non aperuit os suum cum omni patientia subiens iudicium nos quippe tempore aduersitatis quasi ante tribunal dei sistimur. Unde apostolus post verba hallegata subdit. Cum autem iudicamur. i. temporalibus penis a domino corripimur quare vt dicit glo. pena ipsa nobis propria est purgatio vt non cum hoc mundo damnemur. q. d. Ideo est bonum hic per punitionem temporalem iudicari a deo vt hic correpti non damnemur in iudicio futuro. Ad conformandum se huic articulo attendat homo documenta iam premissa. et oret mente deuota. Iesu qui ante tribunal pylati adduci et in iudicio sisti voluisti. ¶ Da michi ante tribunal mentis mee conscendere et meipsum de culpis meis conscientie testimonio districtius iudicare iudicium quoque tuum in aduersis tam patienter hic subire vt iudicio tuo extremo valeam securus astare Sed pylatus timore mortis

vinci et a tramite veritatis et iusticie detorquetur. Petente enim tota iudeorum multitudine vocibus magnis vt crucifigeretur tandem miser preses pylatus motus timore imperatoris et fauore iudaici populi cui ipse preerat et a quibus pecunias sperabat leuare contra iusticiam et contra conscientiam qua christum innocentem nouerat et in quo nulla causa erat dedit sententiam crudelissimam de morte innocentis (et) per sententiam diffinitiuam (tradidit iesum vt crucifigeretur iudicio et potestate presidis non dicit euangelista vt crucifigerent eum sed vt crucifigeretur per presidis iudicium. Sed ideo illis traditum dicit vt eos crimine implicatos a quo alieni esse conabantur ostenderet non enim pylatus hoc faceret nisi vt id quod eos cupere cernebat impleret. Itaque pylatus ambiciosus nolens amittere principatum quamquam pronunciasset christum innocentem ac per eum dimittendum volens tamen ad complacendum clamoribus populi satisfacere et eorum voluntatem facere et non quod erat placitum deo et iusticie timensque ne accusaretur de cesaris rebellione cum hoc nullum suspicans periculum si innocentem pauperem morti adiudicaret maxime quia contradictor aliquis non apparebat protulit sententiam et iudicauit eum ob culpam affectati regni esse crucifigendum quia enim iudei cesarem regem et dominum professi sunt videns quod sic se potestati romanorum subiecerunt condempnauit iesum quasi vsurpantem cesaris potestatem (et tradidit eum voluntati ipsorum) ad crucifigendum. Que autem fuerit forma sententie non est expressum ab euangelistis in euangelio tamen nichodemi scribitur quod pylatus protulit sententiam sub his verbis. Gens tua comprobauit te regem, propterea precipio te primum flagellari secundum principum statuta dei de in cruce alleuari. Peccauit pylatus et non excusatur quia cum iudex esset tenebatur ex officio seruare iusticiam et nec timore credere debuit nec amore vt faceret contra eam qui si omnino voluisset quem iustum pronunciauerat eripere potuisset. Minus tamen peccauit quam iudei instetit enim quantum potuit vt illum ex eorum manibus liberaret et eius motiuum fuit minus malum quia iudei ad occidendum christum moti sunt per rancorem et odium pylatus vero propter timorem cesaris et fauorem iudeorum. Sic ergo eis consensit quia cum effectu furori eorum obuiasse potuit consentire enim qui cum potest arguere non arguit non consensit etiam consensu pleno sed coacto Sicut autem tunc pylatus sic hodie faciunt multi iudices timore vel fauore a veritate iudicii declinantes et iusticiam subuertentes ecce quod innocentissimus agnus vt te a iudicio et lamento iuste et eterne damnationis eriperet iniuste propter te iudicio damnari preelegit ecce que non rapuit pro te soluit et tu anima mea nequam et impia nec deuotionis solius pinguedinem nec compassionis refundis affectum. Cogita quantum amici eius clamauerunt quando illam sententiam audiuerunt. Sed maledicti gaudent et exultant quod intentum suum prauum habent rident et eum qui est verus et eternus deus derident et eius mortem quantum possunt accelerant non beneficiorum et operum eius recordantur non propter innocentiam eius mouentur et quod crudelius videtur non propter afflictionem quam in eo vident retrahuntur. Et sic hora tertia crucifixus est domini linguis iudeorum et sexta

Augustinus

manibus militum. Unde augustinus. quoniam iudei facinus interfecti christi a se in romanos i. pylatum et eius milites transferre conati sunt propterea marcus ea hora qua christus a militibus crucifixus est que agi sexta iam ceperat pretermissa terciam potius horam recordatus expressit qua hora intelligantur clamare potuisse crucifige crucifige vt non tantum illi reperiantur crucifixisse iesum i. milites qui eum ligno sexta hora suspenderunt verumetiam iudei quod vt crucifigeretur hora clamauerunt. Et iterum apparitores potestatis hora sexta crucifixerunt preuaricatores legis hora tertia clamauerunt. Quod illi in manibus hora sexta hoc illi lingua hora tertia. Rei magis isti qui clamando seuiebant quam illi qui obtemperando administrabant. Hec

augustinus. Alij dicunt q in hora tercia dominus iam
condemnatus sit et in hora tertia incepta est crucifixio ei⁹
et occupatis eis in crucifixione fluxit tempus vsqz ad sex
tam et in hora sexta crucifixio fuit consummata et ideo
quod dicitur de tertia verum est de crucifixionis princi-
pio et quod dicitur de sexta intelligit de crucifixionis cō
summatione secundum veritatem poterit esse medium illi
um horarū ⁊ hora media inter sextā ⁊ tertiā ⁊ q medium
denominatur ab vtroqz extremorum ideo ab euangeli-
stis quandoqz dicitur tertia aliquādo dicitur sexta. Vn-
de etiam in signum huius ecclesia communiter inter ter
tiam et sextaz celebrat missas solennes q missa in memo
riam celebratur passionis. Ex hoc articulo condemnati
onis christi ad mortem per sententiam trahitur documē
tum q nos caueamus ne vnqz iustam mortis sententiaz
anime vel corporis mereamur. Itē sicut saluator noster
sustinuit pro nobis iniquam ab homine cōtra se ferri sen
tentiam sic et nos pro deo curare non debem⁹ iniqua ho
minum iudicia vnde aplūs Michi inquit pro minimo est
vt a vobis iudicer aut ab humano die. Ad conformau-
dum se huic articulo oret homo dicendo Jesu qui sentē
tiam condemnationis ad mortem mortem autē crucis
innocēter subire voluisti fac me iustam mortis sententiā
siue in corpore siue in anima non mereri et tui amore ini
qua hominum iudicia non timere. Data aūt sententia re
ducitur dñs intus et spoliatur (clamide et purpura) qui
bus fuerat ab illis indutus et adhuc nudo coram eis exi
stenti vix datur sibi licentia vestiendi. Intuere et hic do
minū scdm consideratione supra de flagellatione positā
tandē (vestimētis suis) quibus euz spoliauerāt (reindue
runt eum) vt ductus ad mortez magis cognosceretur in
veste propria q̄ȝ aliena et cum esset vestimentis suis reue
stitus ducit eū foras quāto citius ne mortē eius differ-
rent amplius vbi ligātes sune manus ⁊ collum ipsius iu
dicium sine mortis ei impouunt ⁊ ipm tanqȝ malefacto-
rem extra ppriam ciuitatē eiiciūt Nā venerabile lignū
crucis longum et grossum ⁊ multum graue ponūt super
humeros suos delicatissimos vt portet ipsum ad locum
vbi erat crucifigendus. Et enīz dicit in historijs opinio
est crucem quindecim pedes habuisse in lōgitudine. Et
q lignum illud reputabat pphanū ⁊ immundū et mors
crucis ignominiosissima q̄ dicit in deutro. maledictus
qui pendet in ligno ideo nullus eoꝝ lignuz illud nedum
portare sȝ nec tangere voluit ⁊ ideo imposuerant illō ie-
su vt iam damnato agnus aūt mansuetissimus patienter
suscipit et portat patibulum suis sacris in angustia mor
tis tendens ad locū passionis Vñ aug. Hic adimpletur

Augustinus

illud ysa cuius principatus sup humer eius. Principa-
tus eīn xpi est crux eius pter quā (scdm aplm) deus eū
exultauit et sicut signum dignitatis alij baltheuz alij mi
tram portant sic ⁊ dñs crucē et si inquiras inuenies non
aliter in nobis regnare iesum nisi per asperitates quo fit
vt delitiosi inimici sint crucis hec aug. Completur enīz
nunc figura ysaac obedientis ⁊ ad pris iussum ligna pro
sui immolatione portātis. Et scdm cris quō ysaac dimis

Crisostom⁹.

sus est et mactatus aries sicut hic diuina natura manet
impassibilis sȝ mactata est hūanitas herēs cornibus in
ter vepres .i. inter retiacula petōrū quibus natura huma
na detinebatur hic etiam complet vidue sareptane figu
ra que collegit duo ligna vnde ans. Vide aīa mea quō

Anselmus

per omnia vir iste coartatur ⁊ speculetur Sub crucis one
re dorsum incuruare iubetur ⁊ sui ipsius portare ignomi
niam. O spectaculum vides ne. Ecce principat⁹ ei⁹ sup
humer eius hec est virga equitatis virga regni sui Vnd
e hiero. hic educitur abel in agrū a fratre vt perimat hic

Hieronim⁹.

adest ysaac cum lignis ⁊ abraham cū ariete vepribus he
rente hic adest ioseph cuz gramineo fasce somniato ⁊ tu
nica talari sanguine lita hic adest moyses cum virga et
serpente suspenso in ligno hic adest botrus in ligno por-
tat⁹ hic adest helyseus cum ligno ad querendā securim

que in imo demersa erat ⁊ natauit ad lignuz id est genus
humanum quod est ligno vetito in infernuz decidit per
lignum crucis xpi ⁊ baptismū aque ad paradisum nata-
uit hic adest ionas de ligno foris in mare ventrem eīqz ceti
triduo missus. Unde etiam aug. Grande spectaculum.

Augusti

Si spectet impietas grande ludibrium si pietas grande
mysterium. Si impietas spectet grande ignominie do-
cumentum si pietas grande fidei munimentuz si spectet
impietas videt regem pro virga regni lignum sui porta
re supplicij si pietas videt regem baiulantem lignum ad
seipsum figendū qd̄ fixurus fuerat etiā in frōtibus reguz
in eo spernendus oculis impiorum in quo erāt gloriatu
ra corda sanctorum Dicturo enīz paulo. Michi autē ab
sit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu xpi ipsaz crucem su
am gestans humeros commēdabat ⁊ lucerne arsure que
sub modio ponenda non erat candelabrum ferebat hec
aug. Portat aūt xps crucem vt rex sceptrum in signum
glorie que est vniuersale rerum omniū dominiū Itez vt
victor tropheum ⁊ signū sue victorie quo principatus et
potestates expoliando triumphauit Item ⁊ doctor por
tat candelabrum in quo ponenda erat lucerna sue doctri
ne q signum crucis fidelibus est virtus dei Et sicut sum
mus sacerdos quādo ibat ad tabernaculum vt intraret
sancta sanctorum portabat clauem super humerum suū
sic christus vadens ad tabernaculum sanctisanctoꝝ ⁊ vo
lens nobis aperire portauit clauē scrucē super humerū
Baiulatio crucis prefigurata fuit in ysaac filio abrahe.
Isaac enīz ligna ppriis humeris ferebat in quibus eum
pater suus immolare volebat sic xps proprijs humeris
crucem baiulabat in quā ipsum gens iudeoꝝ suspendere
affectabat. Isaac ad obediendū pri se voluntarium exhi-
buit sic filius dei patri suo celesti vsqz ad mortem obedi
uit duo aūt populi iesum ad interficiendū eduxerunt vi
delicet iudei qui corde ⁊ gentiles qui opere hoc fecerūt.
Illi olim p duos exploratores pfigurati erāt q botrū de
terre pmissionis ad desertū afferebāt per botrū prefigu
rabatur filius dei iesus xps qui per hos duos pplos de-
bilem in locū caluarie est ductus per botrū illuz proba
bāt filij israhel terre pmissionis bonitatē per doctrinam
xpi possumus considerare prie celestis suauitatem Edu
xerunt aūt euz extra ciuitatez quoꝝ enī aīalium sanguis
inferebatur in sanctasanctorum horū corpa educebātur
extra castra cum cremabant ⁊ immolabant Baiulās ve
ro crucem per hoc nos inducit ad sui sequelam sicut ante
dixerat monendo ad eam. Si qs vult venire post me ab
neget semetipsum ⁊ tollat crucem suā et sequat me sicut
enī xps autor vite sententia mortis super eū data crucez
sibi baiulans confestim ad locum supplicij foras educit
tanqȝ malefactor q huius mūdi vita indignus estimatur
sic verus xpi imitator seipm abneget crucē suam tollen-
do ⁊ extra castra secuz improperia eius portando tanqȝ
purgamentū huius mūdi factus semperqz mortificatio
nem iesu in corpore suo circūferat vt et vita iesu in corpe
suo tandē manifestata fiat ¶ Et nota q hec tria scilicz q
exuerunt eum veste regia (et induerunt vestimentis suis
et duxerunt eum vt crucifigerent) figuratiua sunt passio
nis in corpore mystico s. ecclesia maxime tēporibus anti
xpi Exutio regie vestis ē spoliatio terrene ptātis indu
itio pprie vestis est reuersio pristine paupertatis ductio
ad crucifigendum est violentia persecutiōis finalis Cū
igitur xps pylato imperante precone clamāte baiulans si
bi crucē traheretur ad supplicium tūc eū ducēdo et acce
lerando et obprobrijs saturādo factus est concursus pplo
rum post ipm euntiū alij super ipm plāgebāt alij illudē-
tes irridebant alij lutum ⁊ immūdicias in caput ⁊ in faciē
eius proijciebāt. Sȝ ipse q̄si agnus innocens et vt ouis
coram tondente se inclinato capite incedēs ad oīa tace-
bat q̄si tanqȝ ouis ad occisionem ⁊ q̄si agnus ad immo-
landū ductus est ⁊ nō apperuit os suū. Et sequebat eū tri
plex turba. Prima carnificum que eum premebat secun

da iudeorum que eum irridebat tercia amicorum que eum esse lugebat et insuper quarta illorum qui ad videndum spectaculum veniebant vnde non eadem mente sequebantur. sed quedam vt leti morientem aspicerent quem viuentem oderunt alii vt morientem plangerent quem viuentem dilexerunt. Ductus est autem cum sociis duobus vtrique latronibus per medium vrbis vbi eius confusio patebat singulis ad hostia et fores confluentibus. hec est societas sua. O bone iesu quantam tibi verecundiam isti faciunt latronibus te associantes sed et deterius tibi faciunt qui crucem portandam imponunt quod de latronibus non legitur vt non solum cum iniquis deputaretur eos sed et iniquum iniquior. Indicibilis est domine passio tua hoc ad litteram procuratum fuit per principes iudeorum vt christus infamaretur societate latronum et a vulgaribus videretur in criminibus eorum participasse et sic ipsi viderentur iuste mortem eius procurasse. Sic et hodie frequenter maligni faciunt qui suam nequiciam per bonorum infamiam operire requirunt per iusticie etiam subuersionem hodie in multis locis deputantur iusti cum iniquis. Christus autem permisit hoc fieri vt ostenderet quod pro peccatoribus vellet pati. vnde Beda. Sed ille cum iniquis deputatus est in morte vt iniquos iustificaret in resurrectione qui cum in forma dei esset propter homines homo factus est vt hominibus potestatem daret filios dei fieri hec ibi. Occurre igitur nunc anima mea et vide amatorem tuum et dominum preferentem crucem baiulantem et ad patibulum properantem ne tua crimina suis penis expiantem. Cerne eum quomodo sub onere crucis curuus incedit et vehementer anxius anhelat. Compatere ei quantum potes in tot angustiis et ludibriorum renouationibus posito. Certe benefaceres si iuuares dominum deum tuum et diceres date obsecro michi crucem domini mei et ego portabo eam. Que vero mesta mater et merore confecta propter multitudinem populi appropinquare ei non poterat nec eum videre fuit celeriter per aliam viam breuiorem et compendiosam eum sociabus suis et iohanne vt alios precedens valeret eidem approximare cum autem extra portam ciuitatis in concursu viarum eum obuium haberet cernens eum sic oneratum ligno tam grandi quod antea non viderat semimortua facta est et pene exanimata pre angustia nec ei verbum dicere poterat nec dominus sibi acceleratus ab his qui eum ducebant. O quam tristes et dolentes quam clamantes et plorantes ibant mulieres sancte sustentantes dominam nostram matrem eius non valentem se sustentare vel sustinere immo dicitur in terram corruisse. Credo et ipsa libenter crucem portasset si potuisset et quis non posset libenter accepisset vnde secundum ansel. hac voce vt reor sequebatur dicens. Vadis propiciator solus ad immolandum pro omnibus non tibi occurrit petrus qui dixit pro te moriar. Reliquit te thomas qui ait cum eo omnes moriamur et nullus de his nisi tu solus duceris qui me castam conseruasti filius meus et deus meus verum hec verba ex magne pietatis affectu produxera ita ad hoc memorasse sufficiat vt oculus tua pietatis attendens dum tante matris gemebundis affectibus compatitur fructu pietatis amoris illius aliquem remunerari mereatur hec Ansel. Vlterius autem dominus procedens parum post vertit se ad ipsas mulieres sequentes et flentes. Quia enim nouit dominus quod sunt eius pretermissa furentis populi turba adamantes et plangentes se feminas oculos et ora conuertit suos eum dominus libenter respicit et dixit eis (Filie hierusalem nolite flere super me) nec lamentamini me moriturum cuius cito resurrectio mortem soluere potest cuius mors et omnem mortem et ipsum mortis autorem destruet non enim oportet flere eum qui propria patitur sponte sed magis eis applaudere vbi cum filias hierusalem appellat datur intelligi quod non solum mulieres de galilea eum secute sunt sed etiam alique mulieres eiusdem verbis per deuotionem ei adheserunt. Typum gerebant iste mulieres eorum qui aliis compatiuntur et miserentur sed non sibi aliorum peccata deplorant et accusant sed de suis moribus non curant contra quod dicitur in Ecclesiastico miserere anime tue placens deo. Non ergo prohibet dominus compassionem Sed predixit aliam luctus causam vnde subiungit (Sed super

Beda

vos ipsas et super filios vestros flete) et super imminenti excidio vrbis et gentis vestre vos quoque ipsas et vestram progeniem dignis lacrimarum fletibus abluite ne simul vltionem mee mortis damnemini etiam cum perfidis. Secundum sensum litteralem fletus ad quem induxit christus mulieres fuit propter miseriam per romanos super iudeos venturam et illa miseria figura fuit miserie super incredulos per spiritus malignos venture pro cuius euasione flendum est et orandum ante terminum huius vite (Quoniam ecce venient dies) scilicet quadragesimo anno post passionem christi (in quibus steriles que non genuerunt et lactauerunt dicent beate) quia agiliores erunt ad fugiendum quam grauide et pro se solum anxie. In die quoque iudicii parentes dicent filiis se esse damnatos propter amorem nimium filiorum et econuerso filii dicent se esse damnatos propter amorem et sequelam parentum (Tunc incipient dicere montibus cadite super nos et collibus operite nos) quia aliqui pre horrore miserie tunc dicebant vtinam montes caderent super nos et colles operirent nos. Similiter in die iudicii hoc dicent reprobi optantes abscondi a facie domini (Quia si in viridi ligno hec faciunt in arido quid fiet) Christus hic dicitur lignum viride faciens fructum et per consequens indignum abscisione per mortem. Populus autem iudaicus lignum aridum infructuosum et per peccata dignum abscisione per mortem. Viride etiam lignum et fructiferum sunt iusti et electi sed aridum infructiferum peccatores et impii (Si ergo in viridi ligno) id est in christo omnium virtutum virore virenti (hec faciunt) id est tot tormenta inferunt (in arido) id est in populo iudaico et peccatore a bonorum omni honore gratie destituto et arefacto (quid fiet) Certe grauius punientur. Quasi omnibus diceret Si ego qui peccatum non feci et fructuosus sum sine igne passionis de mundo non exeo que tormenta manent peccatoribus et impiis qui fructus sunt vacui. Certe domine iesu verum est quia si tu arbor sancta lignum vite fructuosum et benedictum tanta pateris et ramis tuis spoliaris quid erit de nobis miseris qui sumus lignum infructuosum et siccum aptum pro igne et gehenne incendiis. Si ergo incipit iudicium de domo dei et omnes qui volunt pie viuere in christo persecutionem patiuntur quis finis eorum qui non credunt dei euangelio et impie viuunt vnde August.

Augustinus

Si hinc sine flagello non exiit qui huc sine peccato venit quomodo flagellis digni non sunt qui huc cum peccato venerunt vnde et Grego. Quotiens mortem saluatoris attendo et patientiam iob et mortem baptiste considero dico tibi o peccator hic considera quid passuri sunt illi quos reprobat si tanta passi sunt quos amat hec gregorius. Bonum esset de his cogitare vt cogitatio tante angustie nobis timorem incuteret et timor incussus a nobis peccatum perpetratum expelleret vel a perpetrando arceret exemplo hieronimi dicentis ¶ Siue comedam siue bibam siue aliud aliquid faciam semper videtur auribus meis insonare illa vox terribilis surgite mortui venite ad iudicium ¶ In predictis duobus locis que modo sunt in ipsa ciuitate sed extra ecclesiam sepulcri scilicet vbi christus obuiauit matri et vbi se vertit ad mulieres adhuc vt dicitur apparent vestigia ecclesiarum que ibi facte erant in horum memoriam Cum ergo dominus vlterius processisset et ita fatigatus ac fractus ex afflictione precedenti debilitatus esset quod lento gradu incederet et amplius crucem portare non posset deposuit eam vt aliquantulum pausaret et respiraret. Illi autem pessimi nolentes differre mortem eius timentes ne pylatus sententiam reuocaret qui voluntatem dimittendi eum ostenderat (coegerunt simonem cyreneum) dictum a cyrene ciuitate libie (patrem alexandri et rufi) discipulorum domini (de villa venientem) et ad ciuitatem eundo eis occurrentem (vt portaret crucem) post iesum vsque ad crucifixionis locum. Hoc autem non fecerunt ex compassione ad christum sed vt citius duceretur ad crucifigendum Item vt ostenderent eum esse hominem fatigatum et infirmum et sic non crederetur dei filius vt autem dicit Aug.

Augustinus

Gregorius

Hieronimus

Augustinus

nullus aliorum acceptabat crucem baiulare eo q lignuz detestabile putabat et ideo simoni cyreneo quasi in quandam facturam imposuerunt crucem portandaz quam alii recusabant. Qui portauit eam corporaliter et inuite non spiritualiter et voluntarie tum quia hoc erat turpe tum quia forsitan erat ihesus discipulus licz occultus. Et vt dicit Hieroni. nomen illius simeonis hic exprimitur ratione filiorum suorum qui erant christi discipuli. Crucem iesus diu portare non poterat quia ex afflictionibus precedentibus fatigatus erat et ideo iudei crucem simoni portare post ihesum imponebant. In quo docemur q quilibet debet portare crucem penitentie quamdiu potest sed cum vlterius non potest tunc placet christo q alius pro eo portet. Iste simon secundum quosdam non fuit hierosolimita sed peregrinus et aduena quia fuerat gentilis et factus fuit proselitus. Et licz ipsi tanquam contemptibili imposuerunt crucem iesu hoc tamen non vacat a misterio. Significabat enim q gentilitas ab ipsis humeris immediate crucem susceptura ad redemptionem erat que et tenebras ignorantie ydolatrie extirparet quod alexander interpretatur et totam ecclesiaz de gentibus sanguine suo decoraret quod signat rufus et per omnia merorem gentium per obiectaz deponeret quod interpretatur simon et heredes regni faceret quod interpretatur cyreneus et crucem christi in altum per patientiam extolleret quod sustollere crucem christi significat et ad hoc compellerent iudei per hoc q verbum crucis refecerunt quod significat angaria. Ipse ergo christus primus passionem crucis sustinuit et postmodum aliis maxime aduenegentiles eum imitando. Sapientia enim diuina ordinauit vt ipse dominus crucem primo portaret et portando nobis portandam preberet. vnde Hyla. Indignus enim iudeus erat christi crucem ferre quia fidei gentium erat in reliquum et crucem accipere et compati. vnde et glo. Ecce non hebreus sed alienigena peregrinus obprobrio christi subdit vt plenitudo sacramentorum transire a iudeis ad gentes ostendat. Simon quippe obediens interpretatur cyreneus heres. Unde bene per eum designantur christiani ex gentibus conuersi qui quondam peregrini erant testamentorum dei sed nunc credendo et obediendo diuinis mandatis facti sunt ciues sanctorum et domestici atqz heredes dei coheredes autem christi hec glo. De villa ergo simon egrediens crucem portat post ihesum cum populis nationum paganis ritibus derelictis vestigia dominice passionis obedienter amplectitur. villa enim grece pacos vocatur a qua pagani nomen trahunt. Unde paganos appellamus eos quos e[...] tate dei alienos videmus. vnde Theo. Ille tollit crucem suam qui venit a villa id est qui dimittit hunc mundum et opera eius in hierusalem id est in supernam ciuitatem tendens. Ex hoc articulo baiulationis crucis sumuntur duo documenta. Primum est q nos christiani crucem portare debemus post ihesum quia christus passus est pro nobis relinquens nobis exemplum vt sequamur vestigia eius vnde glo. Prior dominus crucem portat quia prior passus est postea imposita est simoni cyreneo post christum portanda quia debemus sequi vestigia eius vnde vt dicit ambro. non precessit simon sed sequebatur. Hinc dominus in euangelio. Si quis post me vult venire tollat crucem suam quotidie et sequatur me. ¶ Ubi tria innuit necessaria portanti crucem post iesum. Uidelicz q portet eam voluntarie et non angariatus sicut simon iste. Unde dicit si quis vult etc. Item q portet crucem suam scz propriaz non sicut iste simon alienam vnde dicit crucem suaz. Item q portet crucem non pro inani sed dei gloria vnde dicit et sequatur me. Notandum autem secundum aug. q crux domini non tantum illa dicitur que tempore passionis christi ligni affixione construitur sed et illa que totius vite curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur. Intelligendum ergo crucem non ligni patibulum sed vite virtutisqz propositum. Tota igitur vita christiani hominis si secundum euangelium viuat crux atqz martyrium est hec augu. Et ista est crux que quotidie est portanda. Hanc autem quidaz portant voluntarie vt viri perfecti imitatores christi quidaz inuite sicut qui cum murmure et coacti alicuius districtioni subiiciunt vel bonum faciunt. Quidaz etiam portant crucem alienam non suam sicut qui abstinentiam et districtionem sanctorum predicant sed in se non seruant vel qui sub regula artissima se militare gloriantur sed per eius obseruantiam non mortificantur. Quidaz insuper crucem portant sed christum non sequuntur vt qui pro laude humana laborant sed adhuc dei dilectione non trahuntur. Unde et sicut simon crucem portant sed non moriuntur quia corpus quidem per laborem affligunt sed per desiderium glorie mundo viuunt. Primi figurantur in domino et faciunt penitentiam meritoriam. Alii figurantur in simone et hi faciunt penitentiam sed non meritoriaz vnde Bern. Ve semel ve iterum crucem portantibus et non sequentibus christum ve portantibus crucem non sicut saluator suam sed ad angariam sicut cyreneus alienaz. Si crucem portas cum crucifixo cur non moreris mundo hec ber. Sponte igitur et christi amore crucem tuam porta post iesum quotidie et semper oculum mentis in eum dirige et leuius portabis quecunqz pateris vnde aug. Quantumcunqz propinat vobis presentis temporis tribulationis parua patimur si recordamur quis pro nobis iuerit ad crucis patibulum quis nos inuitat ad gloriam. Caue etiam ne vnqz crucem christo fabrices vel dorso eius impones. Crucem enim christi ad crucifigendum ipsum perhibetur carpentare qui ad perpetrandum mala conatur consilium et auxilium prestare. Et dorso christi crucem baiulandam imponit qui peccatum suum diuine ordinationi attribuit. Secundum documentuz est secundum Theo. q qui ad modum christi magister est debet ipse primo tollere crucem et timore dei propriam carnem crucifigere et sic subditis et obedientibus salutari eam angaria imponere. Ad conformandum se huic articulo rememoretur homo quanta caritate christus crucem portauit et quanti ponderis illa crux fuerit cui omnia peccata mundi imposita erant que omnia agnus immolandus in humeris suis portauit. Poterit etiam homo per imaginem recolere quasi ipse portet crucem post iesum et cum iesu instar simonis cyrenei vel alius prout deuotio ministrabit. Iesu qui crucem tuam propriis humeris baiulare voluisti fac me crucem artioris continentie sponte apprehendere eamqz post te quotidie baiulare. Et nota q quattuor portauerunt crucem etiam materialem scz latro sinister qui significat impenitentes qui de cruce presentis penalitatis transeunt ad crucem eterne calamitatis latro dexter qui significat vere penitentes simon qui significat de penitentia murmurantes christus qui significat innocentes aliorum peccata portantes. Primi sustinent penam sed non faciunt penitentiam. Secundi faciunt penitentiam meritoriam et propriam. Tertii faciunt penitentiam sed non meritoriam. Quarti faciunt penitentiam non propriaz sed meritoriam. Primo itaqz ihesus crucem suam quamdiu poterat baiulauit postea imposita est simoni congruo ordine ministrii (Iesum autem) sic exoneratum sed vt latronem ligatum (duxerunt in golgata quod interpretatur caluarie locus ad crucifigendum) clamantes et vociferantes post ipsum et ista ductio fuit exprobrosior et penosior inter omnes de quibus dictum est supra pluribus de causis. Primo ratione ignominie quia valde ignominiosum est duci ad patibulum. Secundo ratione societatis quia (ducebantur cum eo et alii duo nequam vt interficerentur) quod specialiter factum est ad maiorez suam confusionem vt non videretur distinctio inter christum et alios nequam. Tercio ratione multiplicis comitiue et turbe que eum sequebantur sed non vna eademqz mente. Quarto ratione loci ad quem deduxerunt eum qui horrorem prestabat pariter et fetorez. Ex isto articulo deductionis in golgata ad crucifigendum tria trahuntur documenta. Primum est q sicut christus voluntarie ductus est ad patibulum tanqz ouis ad victimaz sic et nos voluntarie ducamur ad obiam mandatorum dei et prelatorum vice dei quasi propria voluntas mactatur. Secundum est q nos sequi debemus christum euntem ad locum sue passionis super nosipsos flentes cum mulieribus miseriam nostre fragilis conditionis. Quia vt dicit theoph. mens infirma que fit

Hieronim.
Hylarius
Theophil.
Ambrosius
Augustinus
Berner.
Theop.
Theop.

gnificatur per feminā. si sumpta cordis contritione ꝑ penitentiā flet sequit xpm. Cū hanc ꝓcessionē plangentiū z lugentiū post dñm representamus qꝛ ꝓcessiones et letanias ꝑ aliquib⁹ iminentibus periculis facim⁹ sequētes crucem que ante ꝓcessionē baiulatur q̄si dicam⁹ exeam⁹ ad eum extra castra. iproperiū eius portātes. et sic iuxta mandatū domini plangimus super nos et super filios nostros. Similitudinē ergo ꝓcessionis illius amarissime quā cristus cōdemnatus fecit. dū ad locū passionis duceret̄ exēplo animo dolēti conquereris crucifixo. q̄ affectum tam feruidū ad suā passionē prout dignū est non habeas: nec hactenus habuisti. Tertium est q̄ peregrini pro penitentia et religiosi pro obedientia per vias euntes si aliqñ lassant̄ rememorari debent istius itineris xp̄i suo ad patibulū ducebat̄ qm̄ ita lassus fuit q̄ crucē per se amplius ferre nequiuit nimirū cum per totā noctē et diem illā multipliciter fatigatus fuerit. Si igit̄ saluator noster tantā lassitudinē cū tanta ignominia ꝓ nobis sufferre est dignat⁹ cur et nos ꝓpter eū modicū laborē vel cū nostro honore non sustinem⁹. Ad ꝯformandū se huic articulo recogitet hō cū quāta ignominia dñs noster ducebatur ad patibulū pro nostra magna gloria et fleat cū sanctis mulieribus fundēdo lacrimas saltem cordis et sic oret. Jesu qui ad crucifigendū in golgata duci voluisti deduc me in semita mādatoꝝ tuoꝝ vt cū sanctis mulieribus tue sequar vias passionis z super meipm̄ fleam miseriam ꝓprie conditionis. Uides itaq̄ quō hec que in horis ꝯpletoriis matutinali prima et tertia passus est dñs absq̄ aliqua crucifixione vehementissimi z amarissimi doloris sunt. et horroris valde stupēdi. Cum eīn in manus impiorum deuolut⁹ esset morte turpissima cōsummādus parū erat sacrilegis illis crucifigere eum nisi prius doloribus et illusionibus aīam eius repleuissent. Oratio.

Domine iesu xp̄e qui hora diei tertia ꝓ nobis flagellari voluisti: libera me ab eterne ire flagellis que merui. per sacratissimi capitis tui punctiones punge mentē meā vt noxias delectationes vitare ꝑualeā. et da michi post penitentiā pringere ad coronam. Qui etiā multipliciter derisus: tandē sentētialiter cōdēnatus es ad mortē. fac me ruadere dyabolicā derisionē et mortem eternam. Portasti tibi crucem dñe. da michi tollere crucem meā et sequi te meam vtiq̄ que debetur peccatis meis meam etiam spontaneam et deuotā vt ꝑ hanc perueniam ad gloriam. Amen.

De sexta. Capitulum lxiij.

Mathei xxvij. Mar. xv Lu. xxiij z Jo. xix

Hora sexta cogitabis

dolens et tristis quō dñs iesus precone clamante et vituperabiliter duct⁹ extra portā hierusalem peruenit ad locū caluarie vtiq̄ seridū hebraice golgata dictū. z latine decollationis interpretatū. vbi malefactores puniebant̄ et publicū erat patibulum. Est autē caluaria testa capitis pilis et pelle denudata. et qꝛ ibi decollabantur et suspendebant̄ rei. z sparsa erant multa ossa corporū humanoꝝ maxime capitū. iō dicebat̄ locus caluarie seu caluariarū. Et idcirco iesus pro omniū salute in loco pctōꝝ est passus. vt ostenderet̄ pati pro pctōribus. vt vbi prius erat area dānatoꝝ. ibi erigerent̄ vexilla martyrū. et vbi abūdauit pctm̄ supabundaret grā dei et in hoc ostenderet̄ q̄ ꝑ tollerātiam supplicij ꝑuenit̄ ad coronā martirij. Jbi xp̄s decaluatur. i. a carne sua scilicet carnali iudea separat̄. Et sic patet mortis xp̄i turpitudo ex cōditione loci. qꝛ in loco vbi puniebantur malefactores z rei. z ex modo mortis. qꝛ crucifixio erat turpissimū genus mortis. et ratione societatis qꝛ inter duos malefactores quasi noxius est crucifixus ꝑ quod iudei intēdebāt inducere suspitionem ꝑplo q̄ iesus esset particeps z principalis in eorū malefactis qꝛ eū vilificare intēdebāt in oīb⁹. Crux vero que tūc erat suppliciū latronū z multe ignominie nūc a locis suppliciorum fecit trāsitum ad frontes imꝑatoꝝ z est imense glorie. Temp⁹ etiā passionis xp̄i erat tēp⁹ solēne z ideo tēpus gaudii z miscōie et ꝑ ꝯñs maior fuit dolor tantam crudelitatē z afflictōē tali tp̄e sustinere. Extra autem ciuitatē passus ē. Primo vt ostenderet virtutē passiōis sue nō esse includēdā intra terminos gētis iudicare vel crif. Non autem voluit dñs pati sub recto non in tēplo iudaico ne putares ꝓ illa tm̄ plebe oblatū et iō foras ciuitatem foras muros vt scias sacrificium esse cōe quod toti⁹ terre ē oblatio qō cōis est purificatio. Secūdo vt oñdat q̄cumq̄ sequi voluit passionis fructū debent exire mundū saltē ꝑ affectū. Quia ergo xp̄s extra portam passus ē sequamur eū et exeam⁹ ad eum extra castra et mundanā ꝯuersatione ip̄roperia ipsi⁹ z penā portātes. vnde bern. Christus extra portā passus est ad quem egrediamur mundane ꝯuersationis contemptu qō est egredi de ciuitate huius mundi z hoc tribus modis affectu vt mōm nō diligam⁹ effectu vt eū mente et corꝑe funditus deseramus ꝓfectu vt cum dño ip̄sius vultu fieri anhelemus qꝛ vt ait greg. tanto q̄s deo est ꝓximus quanto ab amore mundi ē alienus. hic locus seu mons caluarie sanctus magnā iter loca scā obtinet dignitatem et maximā ob memoriā dñice passionis habet copūctionis virtutem ī quo dñs noster magna z stupenda operari dignatus ē q̄bus ad memoriā reductis cor contritū et hūiliatū conpungitur et quasi torculari passionis lacrime compassionis exprimūt̄. De hoc ergo monte seu loco z his que ibi fiebant debes sepe z maxime in temptationibus recordari et quādo tibi extinct⁹ ē ignis deuotionis perge illuc z collige de lignis crucis z ꝑ hec ignē huiōi iterꝫ suscitabis. Mons autē caluarie ī quo crucifixus ē dñs ꝓpe quē ad quinquaginta passus est sepulcrū eius erat extra ciuitatē ad aq̄lonē dñs eīn passus z sepultus est extra portā quē mōtē et locū sepulture domini helius imꝑator adrianus īclusit infra vrbē ampliās eā versus aq̄lonem et a capite vsq̄ ad pedes muro cingēs eādē. In quo loco postea xp̄iani ecclesias duas sub vno tamē tecto construxerunt montēq̄ caluarie z locum sepulture z multa sacra loca infra eas ꝯcluserunt. A monte eīn caluarie versus occidentē descēdēdo ad duas cannas est golgata siue caluaria vbi est ecclesia oblonga in qua apparet rupis illa ī qua crux sancta cū portaret dominū erat fixa patēte adhuc foramine ī rupe ipsa qui locus crucis distat trib⁹ cānis vel circa s. xvj. gradib⁹ a sup̄ficie terre hō est a pauimēto ecclesie. Est etiā ibi alia grandis scissura per totā petrā que testimoniū ꝑhibet ꝑ suā scissuram sanguinem sui fabricatoris se sustinere nequaq̄ potuisse. Ipsa vero petra altior ē q̄ pauimentū vsq̄ ad genua circūstantium. Deinde ad quinquaginta passus vel circa ē sepulcrum domini vbi est ecclesia sancti sepulcri siu resurrectionis dominice rotunda sed chorus ꝓtēditur in longū cum sanctuario in quo est sūmū altare z sustētat̄ duodecim colūnis sed vtraq̄ ecclesia s. ista z golgata vno tecto ē tecta. Unde q̄dā z hāc illā vnā dicunt esse noīantes eā ecclesiā sancti sepulcri seu resurrectionis dñice. Locus autem crucis predictus talis est. vt posit⁹ in medio terre ad capescendam dei cognitionē oībus gentibus esset equalis. vñ sup hunc locū scriptū est grece. hic de⁹ noster ante secula opatus est salutē in medio terre. Tradunt aūt iudei. vt hiero. ait q̄ in hoc loco mōtis imolatus est aries pro ysaac. vñ august. hiero presbiter scripsit ab antiquis et senioribus iudeis se certissime cognouisse q̄ ibi immolat⁹ sit isaac vbi postea christus crucifixus est. Sub isto loco est locus carceris christi vbi stetit ligatus qñ preparabatur crux in qua debebat affigi. ¶ Et nota q̄ hierusalē ciuitas dei summi dñi mūdi. de qua dicta sunt et dicuntur gloriosa. sita est in decliui latere montis dupliciter et ab austro videlicet et ab occidente. Ab austro q̄dem sita est in latere mōtis syon. et inde descendit lōgitudo eius ꝯtra aquilonē. z ab

Hieronim⁹. Augustin⁹.

occidente hz mõtem syon z depẽdet ab ipso eius latitu do contra oriente z vsqz ad torrentem cedron siue valle z iosaphat. Situs ergo ciuitatis ab austro ẽ eleuatus sic ꝑ totũ latus occidentis z in parte orientis oino ẽ demis sus ita vt sordes ciuitatis tpe pluuie descẽdant ꝑ por tam sterquilinii in torrentẽ cedron. Nunc ergo conspice operarios malos vndiqz vectter opari. Intuere diligen ter singula q̃ fiũt contra dñm tuũ et q̃ dicunt et q̃ fiũt ab ipso et ꝑ ipm et his toto mentis intuitu exhibe te p̃ntem Videas igit oculis mentis alios cũ vidissent cũ fatiga tum sibi dare vinũ mirratũ siue cum felle mixtum i hoc etiam interiora dulcissimi dñi amaritate volentes z suã

Crisostom⁹.

amaritudinem declarantes qđ smmath. cum gustasset noluit bibere qz vt dicit criß nihil distat simpliciter gusta re et non bibere sz vnum quidem et idem significant. Et secundũ marcũ non accepit i. nõ bibit vel nõ. i. ꝑfecte vt biberet quod eñ gustam⁹ nõ accipim⁹ qz non traicim⁹ illud in corpus sz statim reiicimus. Aliqđ ergo accepit ad gustandũ modicũ vt quod scriptum erat impleretur. Et dederũt in escam meã fel z i siti mea potauerũt me a cero z qz illud quod modicum ẽ quasi nihil reputat iõ hic dicitur q̃ non accepit. s. ad ꝑfecte bibendũ qz felleã ama ritudinẽ hominib⁹ dulcis et rectus dñs nunq̃ acceptauit Fel cum gustasset i ori apposuit noluit bibere ꝑpter duo. Primo vt ostenderet iniq̃tas talem potum ꝑpinã tium. Secundo vt significaretur velocitas resurrectionis

Gregorius.

ipsius. vnde greg. Gustauit vinum sed noluit bibere quia mortis amaritudinẽ quã gustaturus erat momẽtaneam et cito in dulcedinem ꝯuertẽdã significabat qz tertia die

Hieronim⁹.

resurrecturus erat. vnde z hiero. Hoc aceto succus leta lis pomi abstergitur et non accepit id pro quo patitur Unde de eo dicitur que non rapui tunc exoluebã. Vinũ mirratum domino ꝑpinat qui hereses sub pallio verita tis docet. Acetũ cum felle mixtũ domino ꝑpinat qui de male acquisitis domino sacrificat. Hoc etiam facit q̃ mẽ bra eius amaritudinibus affligit. Et vniuersaliter vinũ mirratum vel cum felle mixtũ est bonum op⁹ cum culpa factũ qz sicut modicum mirre vel fellis bonũ vinũ corrũ pit sic modicũ culpe mortalis totum bonum op⁹ destru it. Videas et alios queqz ad hoc opus necessaria dispo nere et alios ipsum spoliare. Spoliatur itaqz suis vesti bus et ad pudoris tumultum etiam femoralibus vt vẽ tis et frigori exponatur nudus. Spoliatur autem cũ ma ximo dolore et renouantur in eo fracture qz vestis inte rior propter sanguinem flagellationis fortiter corpori adherebat. Et tunc corpus eius tã eleganter formatũ apparuit totum cruentatum et liuoribus repletum. In hoc etiam apparuit passionis eius ignominia q̃ nudus est crucifixus qz hoc non fiebat personis abiectis et vili bus. O quantus dolor erat tibi mater sanctissima cum oculis tuis aspiceris ista. Nunc enim primo conspiciẽs mater sua filium sic vulneratũ et dispositum dolore mẽ tis nimio affligitur. Tristatur autem supra modum qz eum videt sic nudatum. Accelerat igitur mater et filio suo approximat ac velo capitis sui eum cingit et velat. O in quanta amaritudine est nunc anima sua. Non cre do q̃ verbum facere potuisset. Differt autem iste articu lus expoliationis ab articulo exutionis i flagellatione qz ibi exuebatur in pretorio coram preside et suis minis tris hic autem in publico coram omni populo. Item ibi exuebatur reinduendus hic aũt nunq̃ reinduendus z iõ signanter dictũ est q̃ exuerũt eum hic aũt dicitur q̃ expo liauerunt eum quasi nunq̃ amplius vestes rehabiturus ¶ Ex hoc articulo documenta possũt accipi sicut ex illo. Item est documentum q̃ nos debemus nudari ab omnibus rebus et actibus mundanis saluti nostre cõtra riis. Ut sm hiero nudã crucem nudi sequamur. Item est documentũ q̃ si quẽ xpianum ꝯtingat a predonibus ve stibus suis spoliari recordetur et christum a suis crucifi xoribus spoliatũ. z erit sibi materia patiẽtie. Ad ꝯformã dum se huic articulo rememoretur homo substãtiã act⁹ articuli et oret dicendo. Jesu qui ante crucem vestibus ex poliari z nudari voluisti fac me ab omnibus mundanis rebus inquantũ contra salutẽ meam sunt denudari. qua tenus nudum crucifixum et nudam crucẽ nudus sequar ¶ Deinde eripitur filius de manibus matris furibunde non sine magnis dolorib⁹ gemitibus et suspiriis et duci tur ad mortẽ crucis. Et nudus super lignũ crucis que in terra erat posita dire proiectus crudeliter expansus z tra ctus strictissime in modum pellis hinc inde est extensus. Dicitur eñ q̃ foramina fecerũt prius in cruce. et qz bra chia z pedes xpi non poterant foramina attingere. ideo ligatis funib⁹ in brachiis et pedibus tantũ traxerunt. ac dulces manus z pedes ita atrociter extenderunt. q̃ oẽs iuncture ossium dinumerari potuerunt. iuxta illud psal. Dinumerauerunt oĩa ossa mea. id est dinumerabia fece

Augusti.

runt. Ubi sm augu. ad litterã describit extẽsio corporis xpi in ligno nec poterat melius describi huius extensio Hec autem extensio multũ penosa fuit et maximã penã xpo intulit Unde legitur q̃ cũ quedã deuota persona in quadã reuelatione interrogaret a dño qđ in omnibus q̃ pro nobis pertulit maxime doluisset. respõdit q̃ in cruce extensus fui ita q̃ oĩa ossa mea numerari poterant. z qui cunqz pro illo dolore michi gratias egerit. ita gratum ob sequium michi prestabit. ac si omnia vulnera mea vnguẽ to suauissimo deliniret. ¶ Ex isto articulo extensionis in cruce sumuntur duo documenta. Primum est q̃ et nos oĩa mẽbra et organa corpis nostri extẽdere debemus in obsequiũ xpi. manus videlicet et brachia ad operationẽ pedes ad ambulationẽ genua ad orationẽ. omnes quo qz sensus ad suorũ actuũ sanctã et castam exercitationem vt possimus dicere cum psal. omĩa ossa mea dicent. dñe

Cassian⁹.

quis similis tibi. Unde cassianus in collationib⁹ patrum docet. q̃ religiose et deuote persone debent omniũ mẽ brorũ suorũ primitias dño offerre. Mox enim vt a som no excitati de lectulo surrexerunt. dñi primo oris et lin gue motu orando laudes deo offerre z priusq̃ membro aliquo suo fungantur officio circa curam rei familiaris debent ea ad diuina obsequia extendere. caput et faciem cum omnibus sensibus ad celum leuando manus ad de um in oratione eleuando brachia in modũ crucis expan dendo. genua ad orationẽ incuruando. totũ corpus nũc stando. nunc in terrã ad veniã prosternendo. cũ reueren ti et honesta oĩm mẽbrorum et viriũ totius corporis extẽ sione et spũaliũ virium intentione in sacrificium iusticie deo offerendo. Secundum documentũ est q̃ cordis ocu lis aspiciamus saluatorem nostrũ in cruce expansis ma

Augusti.

nibus extensum quasi paratũ nos recipere ad amorosum amplexũ suum vñ aug. Christus extendit brachia sua in cruce et expandit manus suas paratas in amplex⁹ pec cã rum. Inter brachia saluatoris mei et viuere volo et mo ri cupio ibi securus decãtabo Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me. ¶ Ad cõformandũ se huic articulo poterit hõ brachia z oĩa mẽbra sua siue stãdo siue ꝓcumbẽdo in modũ crucis etiã corporaliter. z vires spũales intentio naliter ad laudẽ dei extẽdere. rememorãdo illos amoro sos amplex⁹ extensionis xpi cum augustino Jesu qui in cruce extendi voluisti ita atrociter vt omnia ossa tua pos sent numerari. fac me oĩa mẽbra viresqz corporis et aĩe mee ad laudẽ tuã extendere. et ad amorosos amplexus tuos dulciter aspirare. Ipse aũt dñs noster nõ solũ digna tus est in cruce extendi sed et voluit cruci affigi vt cõmẽ daret nobis indissolubilẽ caritatẽ suã. qua salutẽ nostram firmauit. Extẽsis ergo neruis et venis ac ꝓtensis ossib⁹ et iuncturis. violẽta extẽtione affixus est cruci in manib⁹ et pedibus durissime perforatis et sauciatis cum clauis grossis et durissimis cutẽ et carnem neruos et venas ac cõpages ossiũ dissipantib⁹ quorum stimulis excita et tu ma nus et pedes tuos ad omne bonum opus. Quia enĩ pri mus homo ad lignũ ꝑuaricationis manus extendẽdo z

ne in terram. Uide quotiens hodie mortuus est. Totiēs certe quotiens videbat contra filiū fieri nouitatem. Unde nunc perfecte verificata est in ea symeonis ꝓphetia qua sibi dixerat. Tuam inquit animā ipsius gladius pertransibit. Ex hac cordis christi scissione a cuius archano tanq̄ a fonte precium nostre salutis copiose est effusum: merito etiam ad compatiendū ꝛ amandum vulneratur cor nostrum quia hic maxime apparuit q̄ copiosa apud eū redemptio fuerit vt̄ dicit bern. Ad cumulū postremo pietatis tradidit in mortem animā suam et de proprio latere protulit p̄cium satisfactionis quo placaret patrē ꝑ qđ illum plane ad se versiculum trahit. Apud dn̄m misericordia et copiosa apud eum redemptio. Prorsus copiosa quia non gutta sed vnda sanguinis largiter per quinq̄ partes corporis emanauit vnde ꝛ ansel. Adhuc aute attentius eundē intuere q̄ grandi ꝛ tenerrima compassione dignus appareat. Uide nudū ꝛ verberibus laceratū in medio latronū cruci ignominiose ferreis clauis affixum aceto et felle potatum ꝛ post mortem lancea in latere vulneratum et copiosos sanguinis riuos ex quinq̄ vulneribus manuū pedumq̄ ꝛ lateris effundentem. Fletum deducite oculi mei ꝛ liquesce anima mea igne cōpassionis super contrictione amabilis viri huius quem in tanta mansuetudine tantis vides affectum doloribus hec ans. Quinq̄ autem vulnera sibi infligi ꝑmisit vt humani generis quinq̄ sensus a diabolo captos redimeret. Christus quippe hodie pro nobis sanguinē suum fudit pijssime plenissime et acerbissime. Pijssime fudit si consideretur causa. nā causa effusionis sui p̄ciosi sanguinis fuit pijssima quia ip̄m fudit ex caritate feruētissima ex qua voluntarie ꝓ nobis pati voluit quod pulcre ostēdit aug. in ꝑsona christi ita dicens. O homo recogita qualia ꝛ q̄nta pro te passus sum cum esses inimicus patri meo recōciliaui te cum tanq̄ ouis perdita oberrares quesiui te et in humeris meis portaui te patri meo reddidi caput meum spinis opposui. manus meas clauis obieci. sanguinem meum pro te fudi aīam meā pro te posui vt iungerem te michi et tu diuideris a me. Conuertere ad me et ego suscipiam te. Plenissime fudit si consideretur mensura quia totum sanguinem effudit ita vt vnica gutta in eo non remaneret. Nam sanguinem intercutaneū fudit in flagellatione et quicquid sanguinis habuisset in vertice et capite effusum fuit in spinarum confossione sanguinem vero venarum et neruorū fudit in manuum ꝛ pedum conclauatione sed sanguinem qui remansit in corde vel in membris interioribus effudit in lateris apertione ꝛ ideo q̄ nichil in eo sanguinis remansit non erat ei species neq̄ decor. Acerbissime fudit si consideretur natura nā quanto natura et complexio est nobilior et delicatior tanto est sue lesionis perceptibilior et ꝑ p̄ns pena inflicta et eius sensibilitas est acerbior sed cōstat q̄ complexio corporis xp̄i fuit delicatissima q̄a spiritussancti artificio de virginis sāguine formata et ergo sui sanguinis effusio et penarum illatio fuit acerbissima et ideo dicit attendite. s. mentaliter et videre sensibiliter si est dolor similis sicut dolor meus. q. d. nō. Surge ergo amica xp̄i esto sicut columba nidificans in summo ore foraminis. Ibi vt passer inueniens domum vigilare non cesses ibi tanq̄ turtur casti amoris pullos abscōde ibi os appone vt haurias aquas de fontibus saluatoris. Hic enim est fons egrediens de medio paradisi qui in corda deuota diffusus fecundat et irrigat vniuersam terram. Ecce ostium in latere arche quo intrant animalia non peritura diluuio. Ad huius ergo petre foramina et macerie cauernam stude nunc et in die exitus tui recurre et in eis latitare vt ibi valeas pascua inuenire ꝛ ora leonum euadere vnde anselmus. Festina ne tardaueris comede fauum tuum cum melle tuo bibe vinum tuum cum lacte tuo Sanguis tibi in vinum conuertitur vt inebrieris. Iac aqua mutatur vt nutriaris. Facta sūt tibi in petra flumina in membris eius vulnera et in corporis eius maceria tua cauerna in quibus instar columbe latitans ꝛ deosculans singula ex sanguine eius fiant sicut vitta coccinea. labia tua ꝛ eloquium tuum dulce vnde et greg. Per foramina petre vulnera manuum ꝛ pedum christi in cruce pendentis libenter intellexerim cauernā vero macerie vulnus lateris quod lancea factum est eodem sensu dixerim. et bene in foraminibus petre et in cauerna macerie esse dicitur quia dum in crucis recordatiōne patientiā xp̄i imitatur dum ipsa vulnera propter exemplū ad memoriā reducit quasi colūba in foraminibus sic simplex aīa in vulneribus nutrimentum q̄ conualescat inuenit hec grego. In his etiā vulneribus saluatoris securitatē ꝛ ꝓtectionē ac consolationē non modicā reperies vnde bern. q̄dā de verbis aug. assumēs sic ait. Et vero vbi tuta firmaq̄ infirmis requies nisi in vulneribus saluatoris. Tanto illic securior habito quanto ille potentior est ad saluandum. Fremit mundus premit corpus diabolus insidiatur nō cado fundatus em̄ sum supra firmam petram. Peccaui peccatum grāde turbabitur conscientia sed nō ꝑturbabitur qm̄ vulnerū dn̄i recordabor. Nempe vulneratus ē ꝓpter iniquitates nr̄as. Quid tam ad mortem qđ nō xp̄i morte saluatur. Si ergo in mente venerit tam potēs tamq̄ efficax medicamentum nulla iam possū morbi magnitudine terreri. Ego vero fidenter quod ex me deest vsurpo michi ex visceribus dn̄i qm̄ misericordia affluunt nec desunt foramina per q̄ effluat. Foderūt manus ꝛ pedes latusq̄ lancea perforauerunt ꝛ per has rimas licz michi sugere mel de petra oleūq̄ de saxo durissimo id est gustare ꝛ videre quoniā suauis est dominus. Patet archanum cordis per foramina corporis. patet magnum illud pietatis sacramentū patent viscera mie dei nostri in quibus visitauit nos oriēs ex alto. Quid ni viscera per vulnera pateāt. In q̄ em̄ clarius q̄ i vulneribus tuis eluxet q̄ tu dn̄e suauis et mitis es ꝛ multe misericordie. Maiorem em̄ miseratione nemo habet q̄ vt animā suā ponat q̄s pro amicis suis. Tu dn̄e maiorē habuisti qui animā tua etiā posuisti pro abditis ꝛ damnatis. Meum ꝓinde meritū miseratio dn̄i. Non plane sum meriti inops q̄diu ille miserationum non fuerit q̄ si mi̇s̄cdie dn̄i multe multus nichilominus ego in meritis sum. Quid em̄ si multorū sū michi ꝯscius delictorū. Nēpe vbi abundauerūt delicta super abūdauit et gratia. Et si mi̇s̄cdie dn̄i ab eterno et vsq̄ ineternum ego quoq̄ mi̇s̄cdias dn̄i ineternū cātabo. Quāta in foraminibus petre multitudo dulcedinis plenitudo grē perfectio q̄ virtutū hec bern. O dn̄e sicut exiuit sanguis tuus copiosa redēptio nr̄a non permittas me i hora mortis vel in die iudicij perire cum ipsis sz me tuo pio cruore redēptum aggrega cū electis tuis abscondendo me interim in foraminibus petre et in cauerna macerie ꝛ vulnerando me caritate tua vt amore langueam. Qui em̄ vere te diligit ꝓ te vulneratur et languet et donec te videat a mundi actionibus est velut mortuus alienus. Fortis ē em̄ vt mors dilectio ista et dura velut infernus emulatio. Considera nunc bn̄ corporis christi in cruce positi depositionē. q̄ ex hoc spem et fiduciā rapieris maiorem attestante bern. qui ait. Quis non rapiatur ad spem ꝛ ad impetrandi confidentiā qui eius attenderit corporis dispositionē. Uide caput iclinatū ad osculū brachia extēsa ad amplexū manus ꝑforatas ad largiendū latus aptū ad diligēdū pedū affictionē ad nobiscū manendū corporis extensionem ad te totum nobis impendendum hec bern.

Oratio.

Omine iesu christe qui horā diei nona pendēs in patibulo clamās voce magna in manus p̄ris spm̄ cōmēdasti ꝛ inclinato capite eundē spm̄ emisisti et iam mortuus vulnus lateris de lancea militis suscepisti dignare q̄so nūc ꝛ sp spm̄ meū tibi cōmendatū hr̄e et gladio caritatis cor meū transuerberare eiq̄ vulnera tui corporis imp̄mere ꝛ ꝑ hec cogitationes illicitas ab ipso

Bernar. Anselm⁹ Augusti. Anselm⁹ Gregorius. Bernardus. Bernardus.

repellere ac tandē in fine vite mee spm̄ meū in manus tu as ꝯmendatū cū beatis spiritibus collocare. Amen

De secundis vesperis. Ca. lxv.

Math. xxvij mar. xv. luce xxiij. io. xix.

ora vespertina me
ditaberis mēte lugubri et lacrimabili quō mat dñi ⁊ alij quattuoꝛ ponunt se iterū ad sedenduz prope crucē nescientes qd facere debeāt. Corpus eñ de ponere et sepelire non possunt qꝛ nec vires sufficientes habent nec instrumēta q̄bus deponāt. Recedere aūt eo sic manente non audent et diu manere nocte appropinquante nō valent. Uide in quanta sunt perplexitatē et eis corde cōpatere. Interim aūt (ioseph ab arimathia) ciuitate iudee decē leucis ab hierusalem distante antiquitus dicta ramatha vñ fuerūt helchana et anna parentes samuelis (diues et nobilis genere et decurio) i de ordie curie et officia curie imperij romanoꝝ administrans (vir bon⁹) in se et quo ad deū (et iust⁹) quo ad ꝓximū (ac discipulus iesu) nō de xij vel lxxij. sed de multis aliis credētibus. qꝛ oēs credētes a principio discipuli vocabant (sꝫ occult⁹ ꝓpter metuz iudeoꝝ) ne de synagoga expelleret (qui nō consenserat) neci dñi et (actib⁹ et cōsiliis aliorū) xp̄m ꝯsequentiū (q) et ipse sicut ⁊ alij discipuli (expectabat) i. certitudine spei (regnū dei) nō sꝫ pale et terrenū sed celeste et eternū i. regnū celoꝝ a xp̄o discipulis ꝓmissum (venit) ad sepeliendū xp̄m anteq̄ intraret sabbatuz in q̄ talia facere nō erat licitū. qꝛ eñ erat discipulus dñi. iō curā de corpore ei⁹ habere voluit vt cū honore sepeliret et nō sicut dānati corpus ꝓiceretur. Hic virtute sanguinis xp̄i iā fusi roborat⁹ (audacter) oñi timore deposito ⁊ cōfidenter (introiuit ad pylatum) nec iudeorum timēs inimicitias nec pylati potestatem (et petiit) magno munere (vt) de eius licentia (tolleret corpus iesu) de cruce ⁊ sepeliret illud honorifice hoc preferens oñi thesauro quātūlibet precioso. Petiit autē hoc sibi concedi qꝛ scd̄m leges humanas corpora damnatoꝝ non debent sine licentia deponi vel sepeliri (Et ꝑmisit pylat⁹) tū ꝓpter petēti reuerentiā tū ꝓpter xp̄i innocentiā sibi notam. ⁊ qꝛ plura in morte eius viderat miracula. In quadā historia dr̄ q̄ ioseph seruierat v annis pylato ⁊ pro seruitio petiit ⁊ obtinuit corpus iesu ab eo. Fit autē hic secularis dignitatis ioseph mentio non qꝛ euangelista hanc cōmendet sed qꝛ ad presidem nisi talis accedere nō poterat qꝛ ergo diues erat valde insignis ac pylato notus et familiaris potuit de facili ad pylatum itrare et ab eo impetrare qꝛ vero bonus et iustus dign⁹ fuit hoc ministerio ⁊ meruit corp⁹ iesu sepelire. Unde beda. Magne quidem ioseph iste dignitatis apud seculū sed maioris apud deū meriti fuisse laudatur vt et per iusticiā meritoꝝ sepeliendo corp̄e dñi eo dignus foret et per nobilitatē potentie secularis idez corpus accipere posset. nō eñ q̄libet ignotus aut mediocris ad presidē accedere et crucifixi corpus poterat īpetrare. vñ et aug. Joseph fiducia dignitatis qua preditus erat familiariter intrauit ad pylatū iā minus curans de iudeis q̄uis antea in audiēdo dño deultaret inimicitias eorum. vnde etiā greg. Fuerat q̄nq̄ ioseph occultus xp̄i discipulus deniq̄ vincula timoris rumpens feruentior factus dñicū corpus turpiter pendens a ligno deposuit cōparans ꝓciosam margaritā verborum modestia. cōsidera nunc fortitudinē iosephi qꝛ nō solum audet corpus xp̄i petere sꝫ etiā sepelire sicut homo ꝑtātez h̄ns plus ex virtute q̄ ex adiutoribus. Uñ cris. Inspice aūt hui⁹ viri fortitudinez in morti eī piculum se tradidit inimicicias ad oēs assumens ꝓpter beniuolentiā xp̄i. Unde ⁊ theo. Audet ausum laudabilez non eñ excogitauit a diuitijs decidā et expellar a iudeis si corpus petaz ei⁹ q̄ est blasphemijs cōdēnatus hec theo. q̄ ergo ꝑus ex īspectōe meticulosus ⁊ occultus discipul⁹ dñi fuerat ꝓpter metū iu

Beda

Augustinus

Gregorius

Crisostom⁹.

Theophil⁹.

deorū vitans tunc inimicicias eoruz nūc exēplo mortis xp̄i animatus ac virtute et vigore auct⁹ manifestat se ac palā et facto fatetur et ostēdit se xp̄i discipuluz petendo eius sepulturā ⁊ exequēdo minus curans de illis in hoc extremo officio. Concesso autem sibi corpore vocauit ad se quēdā virum sapientē et legisperitū discipulū xp̄i similiter occultum nicodemū noīe. (Joseph igitur mercatus syndonē) i pannū lineum candentē et mūdum venit ad crucifixiōis locū portans secum instrumenta quibus clauis euulsis corpus de cruce deponat et ipsam sindonem q̄ inuoluat. Iste pānus mūdus et candidus innocentiam dñi et liliosā significabat castitatez. Ut q̄ rubricatus fuerit sanguine passionis cādidaretur syndone innocētissime castitatis i canticis dilect⁹ meus cādidus et rubicundus. (Uenit et cū eo nicodemus) se illi associans in q̄ dolus nō erat (qui ꝑus) timidus (nocte ad iesuz venerat primū) i. ante passionē (ferens secum mixturā mirre aloes libras q̄si centū) ad ipsum cōdiendū qꝛ hec sua amaritudine arcent vermes a corporibus mortuoꝝ et q̄plurimū ea conseruant nec cito corruptioni subijci permittūt. Iste ante passionē xp̄i sicut ⁊ ioseph erat discipulus dñi occultus sed post passionē manifestauit se sic et ille et factus ē publicus sꝫ nōdū h̄is verā fidē de resurrectione quia attulit mirrā et aloe. q̄si corpus eius muniri indigeret a putredine. Et iō licet ex deuotione istā vnctionē faceret videt tñ q̄ plenā noticiā de resurrectione xp̄i nō haberet. qꝛ de eo scriptū erat nō dabis sanctuz tuū videre corruptionē. ꝓpter qd̄ non indigebat vnctione cōseruāde ꝯtra putrefactionē. vñ criso. Adhuc eñ vt de nudo hodie disponebant sed tñ multā dilectionē demonstrabant. De isto nicodemo legitur in reuelatione corporis beati stephani ꝓthomartyris. Per ioseph qui interpretatur accrescens significat persona crescens in virtutibus que corpus dñi postulat q̄ pro digna receptiōe eucharistie deum suppliciter orat. Per nicodemuz vero peritum significatur doctor bonus ferens mixturam id est doctrinam ex auctoribus sacre scripture confectam. ad vngendum corpus christi mysticum ad eius salutem. In syndone etiam munda paupertas et castitas notantur et in aromatibus virtutum varietas designatur. Felix talis conscientia cui non deficit defunctio paupertatis contra mundū mundicia castitatis cōtra carnē flagrantia virtutū cōtra dyabolū. Cū autē ioseph et nicodem⁹ fuerunt ꝓpe crucifixionis locū genua flectentes adorauerunt dñm. Quos dum vidit mater volētes deponere corpus quasi de morte consurgens paululum reuixit spiritus eius. Et applicātes recepti fuerūt per eā reuerenter et parauerunt se ad deponendū eū quibus ipsa quod poterat ministrabat adiutorium. Unus clauos de manibus trahebat: alius ne corpus caderet exanime sustinebat. Stabat maria leuans brachia in altum et dum tangere eum valuit caput et manus eius dependētia trahebat supra triste pectus suū et ruens in amplexus et oscula de dilecto suo satiari non poterat nec quis ipsam desup corpus attrahere valebat. Corpore igitur dñi i terrā deposito domina suscepit caput cum scapulis suis in gremio. magdalena vero pedes apud quos olim tantam gratiā meruerat: alij autē circunstant et omnes planctuz magnum super eum faciūt. Omēs eñ amarissime plangunt eum quasi vnigenitum. Unde ans. Sed adhuc expecta donec nobilis ille decurio venSes extractis clauis manus pedesq̄ dissoluat. Uide quomō felicissimis brachijs corpus amplectitur ac suo astrigit pectori. Tunc potuit vt ille sanctissimus dicere. Fasciculus mirre dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Cerne preterea q̄ dulciter q̄ diligenter beatissimus nicodem⁹ sacratissima membra eius tractat digitis fouet vnguentis. hec anselmus. Uenias et tu carissime deuotis gressibus et spūalibus accessibus ad deponendum dominum deum tuū de cruce et ad plangendū eum cū sua benedi-

Crisosto.

Anselm⁹

cta matre ꝛ alijs que ibi aderant ꝛ ad sepeliendū ꝛ alia faciendum que ipsi faciebant. Unde amb. Ueni et tu vespero vel nocte vel quacunqȝ hora. quacunqȝ enī hora veneris iesum inuenies ad suscipiendum paratum nec minorē seruis venientibus mercedem pia largitate soluentem. Nā ꝛ qui hora sexta venit non est mercede fraudatus et qui vndecima plenitudinē mercedis accepit hec ambro. Deus meus bone iesu cōcede michi ꝗꝗ per omnem modum immerito ꝛ indigno vt qui bis cū matre tua ꝛ alijs qui tunc aderant corpore interesse ꝛ ea facere non merui fideli tñ hec eadē mēte pertractatus illū ad te deū meum pro me crucifixum ꝛ mortuū cōpassionis affectum experiar quē inocens mater tua ꝛ penitēs magdalena in ipsa passionis tue hora senserunt. ¶ Et sciendum ꝙ ꝗuis ista depositio domini de cruce non fuerit sibi in penam quia corpus erat exanime nec fieret ei in contumeliam sed potius in honorē et reuerētiam preser tim cum non fieret a iudeis seuientibus sed a deuotis fidelibus cum multū diligentib' immo etiā iudeis et hoc volentibus ꝙ cum tanta sollēnitate deponebatur cōdiebatur et sepeliebatur istud tn factum depositionis in se valde miserabile fuit et lamētabile ꝙ videlicet corp' tāte nobilitatis tractabatur tanꝗ̄ cadauer vile licet in veritate cadauer non fuerit propter diuinum suppositum in quo corp' illud imputribiliter subsistebat et si corpus illud non sensit penam beata tamen virgo q̄ ibi aderat penam in hoc facto sensit maximam. ¶ Ex hoc articulo depositionis domini de cruce habentur duo documenta. Primū est ꝙ fideles cōicantes corpus dn̄i de altari equiparantur illis qui ipsū deposuerūt de cruce. Par inde enī est imo plus xp̄i corpus sumere de ara altaris ꝗ̄ de ara crucis. Illi enī acceperunt eum in brachijs et manibus sed isti sumunt eū in ore et cordibus. Secundū documētū est ꝙ et nos libēter debemus xp̄m cum ioseph de cruce deponere. Quādiu enī pctōr in pctīs ē xp̄m in cruce distentum quantum in se est vinculat et crucifigit pctā enī nr̄a sunt in causa ꝙ xp̄s crucifixus est. Sȝ mox cum per pn̄iam ad deū cōuertitur ipsū de cruce soluit et deponit et inter brachia sua eum recipit. Sicut fecit ioseph qui in deponendo xp̄m de cruce inter brachia sua eum cōplectebatur. Unde sicut quis cōplectens aliquē inter brachia potens est de eo facere quicquid vult maxime si illud non repugnet sic peccator conuersus per pn̄iam constringens iam xp̄m brachijs amoris potens est de eo oīa q̄ voluerit obtinere. Nequaꝗ̄ enim christus repugnat penitenti sed paratior est ad dandū gr̄iaȝ ꝗ̄ iste ad recipiendum. Ad conformandum se huic articulo recogitet homo ꝗ̄ lamentabile factum fuit ꝙ tale corpus qđ erat deus sic tractabatur ad modum cadaueris et ꝙ corona glorie iacuit sic supina et prostrata in terra qualem etiam planctum tūc beata virgo fecerit sup corpus dilecti et dulcis filij sui vel alias sicut dederit me ditanti. Jesu qui de cruce non viuus descendere sed mortuus deponi voluisti vt de morte resurgeres ad electorū informationem da michi de sacro altari tuo ac si de ara crucis corpus tuum verum digne suscipere et vt de hac cruce quam suscepi in tui professione seruitij quousqȝ vixero non descendam sed cum tibi placuerit ab hoc corpusculo repetere animam quam dedisti tunc te vocāte de cruce deponar ꝛ te inuitante ad requiem paradisi perducar. ¶ Post aliquam vero morulam rogat ioseph dominam vt permittat corpus dn̄i perungi ac lintheaminibus inuolui ꝛ sepeliri. Ipsa vero contendebat dicens. Nolite amici mei tamcito michi filium meum auferre vel me secum sepelite. Illum adhuc paululū relinquite michi vt faciem ipsius valeam cōtemplari ꝛ videndo aliqntulū inde consolari. Illi volebant eū tradere sepulture et ipsa volebat eum retinere et sic erat beopsalis et miseranda contentio inter eos. Flebat illa lacrimis irremediabilibus. Ipsius lacrimarum tanta vbertas fluebat vt cato in spiritu ī lacrimis resolui putaret. Rigabat lacrimis faciem et extinctum filij sui corpus et perfūdebat vndiqȝ plagas eius. Lapidē quoqȝ quo corpus ei' positum et locatū fuerat lacrimis madebat in quo eius lacrime adhuc apparere dicunt. Qui nunc ī ingressu ecclesie sancti sepulcri esse memoratur. ¶ Lauit et tersit vulnera eius cruentata ꝛ osculabatur ea et faciem eius sacratissimam. Aspiciebat vulnera corporis et vultum eius et caput videbat spinarum punctutas depilationem barbe faciem ex sputis et sanguine deturpatam et de aspiciendo et flendo non poterat satiari. ¶ Uirginis dolores narrari non possunt quia male illi erat sicut esse poterat. Et ideo quātos lamentationes vlulatus planctus et fletus super idem corpus vnici filij sui tunc fecerit verbis explicari nō posset. Credendū tamen est ꝙ nullos planct' irrationabiles fecerit quia dolor eius ad rōnē superiorē nō pertingebat. Magdalena vero pedes dn̄i q̄s alia vice lacrimis cōpunctionis rigauit nunc multo magis vndis lacrimarū cōpassiōis largiter lauit. Aspiciebat pedes sic vulneratos et perforatos desiccatos et sanguinolētos ꝛ flebat amarissime et pre dolore videbatur deficere similiter flebant vehementer ꝛ alij ac etiam angeli p̄ntes ibi. vnde aug. O quis angelorū vel archangelorū illic nō fleret vbi contra naturā auctor nature immortalis deus mortuus homo iacebat. *Augustinus* Uidebāt xp̄i corpus sic male tractatū ab impijs sic laceratū iacere mariam totam suo cruentatam cruore sic amarissime fleret ꝛ nullo modo suas lacrimas poterant refrenare. Sicut enī possibile fuit deum p assūptum hominem mori sic possibile fuit angelos bonos in morte domini sui dolere hec aug. Plange ergo et tu castissime amare ꝛ clama cum bern. dicente. O bone iesu ꝗ̄ dulciter cū hominibus ꝯuersat' es ꝗ̄ magna ꝛ abundātissima eis largit' es ꝗ̄ dura ꝛ aspa pro eis passus es dura verba duriora verbera durissima crucis tormenta hec bern. *Bernardus.* Contemplere etiam bene dn̄m ꝛ saluatorem tuū gira et regira volue et reuolue a latere in latus a planta pedis vsqȝ ad verticem ꝛ non inuenies in eo sanitatē sȝ vndiqȝ dolorem vbiqȝ cruorem. Nō enī est in eo membrū vel sensus corporis qui suā afflictionē ꝛ infirmitatem vel passionem nō senserit. Uide quid in quolibet sensu quid in qualibet parte sustinuit. ¶ In capite spinas in auribus obprobria in oculis fletum in ore fel ꝛ acetum in facie alapas ꝛ sputa in collo colaphos in naribus fetorem quia in loco ex cadaueribus corrupto fuit crucifixus clauos in manibus ꝛ pedibus flagella in dorso lanceam in pectore. Quia enī genus humanum vulneribus peccatorum fuit plenū fm illud ysaie omne caput languidum et omne cor merens a planta pedis vsqȝ ad verticem nō est in eo sanitas ideo iesus in omni parte corporis sui plagas suscepit vt per ei' liuores in toto sanaremur. Nō ei erat infirmus in capite .i. in intentione q̄ est caput anime quia in his que faciebat nō sanā intentionē habebat. Erat infirmus in manibus quia faciebat opa mala vel remissa erat infirm' in pedibus quia habebat affectionē immundā aut terrenā pes ei anime ē affectus ꝛ amor ei' qr sicut corp' vadit pedibus sic anima vadit affectibus. Erat infirm' in corde quia habebat cogitationes noxias ꝛ vanas erat infirmus in toto corpore qr habebat totaȝ vitā mūdanā et cōuersationē vanā. Ut igitur xp̄s suis liuorib' ꝛ vulnerib' nos sanaret voluit vulnerari in capite vt sanaret omnes nr̄as obliq̄s intentiones voluit vulnerari manibus vt sanaret nostras malas ꝛ remissas operationes voluit vulnerari in pedibus vt sanaret nr̄as immundas ꝛ terrenas affectiones voluit vulnerari in corde vt sanaret noxias et vanas cogitatiōes voluit flagellari ꝛ vulnerari in toto corpore vt sanaret totā nostrā vitā ꝛ cōuersationē. vn̄ bern. Meditare inquit positionē corporis crucifixi et vide si aliquid est in eo qđ non poret pro te ad pr̄em. *Bernardus.* Diuinū illud caput multiplici spinarum densitate depressatur vsqȝ ad cerebri teneritudinem cōfixum est. Ad quid

hoc. Ne doleret caput tuũ ne tua vulneraretur intentio.
Caligauerunt in morte oculi sui: illa luminaria magna
que illuminant orbem ad horam extincta sunt. Nonne il
lis obtenebrantibus tenebre facte sunt super vniuersam
terram. et illa duo luminaria magna cum illis luminari-
bus semota sunt. Hoc autẽ totum factum est vt auerterẽ
tur oculi tui ne viderent vanitatem et si viderent nõ ad-
hererent. Aures ille que in celis audiunt. Sctũs sanct⁹
sctũs dñs deus sabaoth audierunt in terra demoniaco-
rum voces crucifige crucifige vt quid illud. Ne aures
tue obsurdescerẽt ad clamorẽ pauperis nec reciperẽt au
ditũ vanũ ne detractionis virus apertis poris vsqz quoqz
susciperẽt. Speciosa illa facies speciosi forma pre filiis
hominũ sputis illita est afflicto colaphis addicta delu-
sionibus. Quare hoc. Vt facies tua illuminaretur. illumi
nata cõfirmaretur et diceret de te Vultus ei⁹ nõ sunt am
plius in diuersa mutati. Os illud quod angelos docet
hoĩes instruit. quod dicit et factum est: felle potatum est
et aceto. Sed hoc factum est vt veritatem et iudiciũ loq
retur os tuũ et confiteret dñm deũ suum. Manus ille q
fundauerunt celos extense sunt in cruce clauisqz trãsuer
berate durissimis vt manus tue extenderentur ad inopẽ.
Pectus illud in quo sunt oẽs thesauri sapiẽtie ⁊ sciẽ dei
absconditi lancea militari perfossum est vt pectus tuũ a
prauis cogitatiõibus mundaret mundatũ sctificaret et
cõseruaret sctificatũ. Pedes illi quoꝝ scabellũ adorare
debemus qm sctm est dura transfixione transfixi sunt ne
pedes tui festinarent ad malũ sed currerent viã manda-
toꝝ dñi. Quid plura. Pro te carnem et aĩam posuit vt
corpus et spm sibi vendicaret. Totũ toto se te ꝑparauit
Huic igitur oẽm vitam tuã o homo debes qui vitã suam
pro tua posuit ⁊ cruciatus amaros sustinuit ne tu perpe-
tuo sustineres. Cui vero iustius viuã qz illi si non more-
retur ego non viuerẽ. hec bern. Ad hoc etiã faciendũ et
debitũ dño rependendũ idem bern quasi monendo sic di- *Bernardus.*
cit. O homo respice oculo mentali quanto remunerationis
debito astringaris dño patienti. Recole sudorẽ sangui-
neum. triginta argenteos fictionis osculum. alaparũ cõ-
tumeliam flagelloꝝ instantiam ictus arundinis coronã
spineam sputi ludibria. crucis angariam. patibuli suspẽ-
dium. oculos languentes. oris pallorem. sellita cibaria.
amara pocula spongie obsequium. caput inclinatum. la
tus perforatum. vlnas extensas. manus transfixas. pe-
des confossos. vocem lamentabilem. latrones altrinse-
cos garrulationes irrisorias. titulum famosum. vestimẽ
ti sortem. geminatũ crucifige. Quid plura. Vilissimum
mortis supplicium et probra nephandissima Et iterum. Vi-
de homo quo amore te dilexit dñs deus tuus vt vestigia
eius sequaris. Pro te ligatus vt te a vinculis peccatorũ
absolueret. Pro te flagellatus est vt te a flagellis eterne
ire erueret. Pro te iudicatus est vt te a iudicio eterne dã
nationis liberaret. Pro te coronatus est spinis vt te co-
ronaret in celis. Pro te vulneratus est medicus vt tu sa-
nareris egrotus. Pro te crucifixus vt tuas concupiscen
tias crucifigeret. Pro te mortuus est vt te a mortuis su
scitaret. Pro te sepultus est vt in te vicia sepeliret. Hec
bern. Multa igitur pro nobis sustinuit dñs iesus sed nos
miseri ad confusionem nostram vno sermone fatigamur.
vno verbo deijcimur. Omnia ergo que dñs iesus passus
est que circa ipm gesta sunt mente reuolue et diligẽter ꝑ-
tracta et ex his te ad patientiã in omnibus aduersis que
pateris accinge viriliter et arma. vnde Criso. Armem⁹ *Crisostom⁹.*
nosmetipsos aduersus omnẽ furorem. aduersus omnem
iram et si inflammatũ videris cor tuum signa pectus im
pone crucem. Conuiciatus est tibi aliquis recordare om
niũ que in xpo gesta sunt et omnia extinguẽtur. Non so-
lum legamus hec oĩa sed et mente feramus ea. sufficien-
tia enim sunt hec continue reuoluta. vniuersam iram de-
struere. Et si contumeliã et iniusticiam patiamur dica
mus continuo non est seruus maior dño suo. Propterea
eñ hec omnia sustinuit vt ſm eius semitam gradiamur:
et nos contumelias feramus quia maxime cõuicia a mẽ
te abijciunt. Sed tamen ipse non solum tulit hec sed oĩa
egit vt saluaret eos qui hec faciebãt. Hec ⁊ nos zelemur.
vnde greg. Nichil enim deum ita propiciũ facit vt inimi- *Grego.*
cos amare et his q officiunt bñfacere. Cũ quis officit nõ
ad ipm respicias sed ad eũ qui mouet. s. demonez et iram
vniuersam aduersus illum euacua ipsius autez et misere
re qui ab illo mouetur. Cũ iniuriantez videris excogita
qm diabolus est qui mouet eum nõ enim xpianoꝝ sit iniu
rie. Cum igitur q̄s iniuriatus fuerit memẽto tui dñatoris
qm et per verba ⁊ p res ei detrahebant ⁊ yroniã multaz
ostẽdebant ipse vero nõ solũ nõ vlciscebatur sz ⁊ ꝯtrariis
remunerabat in humilitate et mansuetudine hunc itaqz
et nos zelemur ita enim poterim⁹ ⁊ a conuicio eripi omni
Si enim nõ volueris non cõuicium pati etiã quid ei doles
Siquidez iniuste cõuitium pateris hoc maxime tristari
non oz sed illius misereri. Si vero iuste multomagis sile
re oz neqz doleas verbis sed corrigas in rebus. Quare
si vigilaueris dupla lucraberis et propitium facere deũ
silentio et actionem accipere ex his que dicta sunt corri-
gere ea q acta sunt et gloriam hanc humanam despicere
Etenim hinc dolor nobis fit qm multi ad insensatorum
suspitionem inhiant. Hec igitur vniuersa meditemur in
operibus si enim non hec direxerimus inaniter ⁊ vane in mũ
dum venim⁹ magis aũt et in malo. Nõ enim sufficit fides
in regnum ducere sed hec maxime ꝯdẽnare hereos q vitaz
malã demonstrant. Qui enim sciuit voluntatẽ dñi sui ⁊ nõ
fecit verberabitur in multis. Propterea igitur nos ad exi
tum etenim multis nobis op⁹ est viaticulis vt sufficien-
tia eterne vite accipientes viaticula videamus dñm no
strum iesum xpm hec cris.

Oratio.

Domine iesu xpe qui hora diei vespertina a io
seph de cruce deponi et inter brachia eius reci
pi voluisti a mre quoqz tua mestissima ⁊ aliis
amicis tuis planctus fuisti fac me queso ioseph cresce u-
tẽ in virtutibus quotidie et da vt peccatã ꝑpter q crucifix⁹
es et iterum quasi in cruce ligaris plangendo et deponẽ
do merear te de cruce deponere teqz quasi fasciculũ mir
re inter brachia amoris recipere vbi digneris dilecte mi
semper cõmorari et me a laqueis diaboli custodire ne vn
q vel hic vel in futuro valeam a te separari. Amen.

De secundo completorio. Cap. lxvj.

Hora cõpletorii co

gitabis dolorosum ⁊ tristis qualiter tardante ho-
re rogat ioh dñam vt permittat aptari ⁊ sepe
liri corpus dñi nri antequam intret sabbatũ in quo non licet
talia operari ⁊ eo q ꝑpter nimiã moram possent a iudeis
pati calumniã. Tandem dña tanquam grata et discreta co-
gitans q ipsi iohanni esset per filium commissa amplius
contendere noluit ac signans et bñdicens corpus vt vo-
lebant aptari permisit tunc vnxerunt corpus (⁊ inuoluerũt in
sindone munda) quã ioseph emerat (et ligauerunt illud
lintheis) etiã alijs scz sudario qd capiti adhibebant et in
stitis seu fasciis quibus totũ corpus alligabant q oĩa etiam
de lino erant et vt creditur nicode. attulerat ac etiã (cuz
aromatibus sicut mos iudeis est sepelire) scz psonas ve-
nerabiles hoc enim acceperunt a patrib⁹ suis et senioribus.
Dña tñ semp tenebat caput ipsi⁹ in gremio suo qd sibi re-
seruauit aptandũ ⁊ mag. pedes apud quos miam inuenit con
secuta tandẽ vero magd. pedes lacrimis rigatos d uo-
te abstergit amplexatur osculatur ⁊ inuoluit et aptat fi-
deliter qm melius nouit. Sic ergo aptato reliq corpore respi-
ciunt ad dominũ vt ipsa ꝯpleat et omnes planctũ reincipi
unt. Omnes enim sic amarissime flebant vt vix quisqz eorum
loqui posset. Videbant matrez omni solatio destitutam
⁊ super illã dabãt potius planctũ qz super extinctũ dñm
suum. Reincipe etiam ⁊ tu planctũ si forte dimiseras eũ

Mt. xxvij. mar. xv. luc. xxiij. et io. xix.

Tunc dña videns q̄ amplius differre nō possit posuit vul- tum super faciem filij: et ex inundantia lacrimarum multo magis lauit faciem q̄ magd. pedes abstergit autem et de osculans os eius in quodam sudario ipsm̄ inuoluit. et di- ligenter aptat. et iterū bn̄dicit eū et signat. Et tunc oēs adorātes flexis genibus et pedes eius osculantes acci- piunt et portant eū ad monumentum quod a monte cal uarie distat passibus quinquaginta. dña tenebat caput et magd. pedes. reliqui vero erant in medio. vnde ansel. [Ansel.] Se quere et tu p̄ciosissimū celi terreq3 thesaurū. et porta vel pedes vel manus brachiaq3 sustēta. terre defluentes minutatī preciosissimi sanguinis guttas curiosus colli- ge. et puluerem pedū eius linge. Dolorē quem maria in exequijs filij sui tolerauit. olim dauid ī exequijs abner p̄ figurauit. Abner a ioab fraudulēter īterfectus erat. cuius interfectionem rex dauid feretrum sequēs deflebat. Da uid non solum ipse super exequias eius plorabat. sed etiā om̄s alios ad plorandū incitabat. ita beata virgo et alij de uoti exequias xp̄i deplāxerunt. et corda sua intima com passione sciderunt. (Erat aūt prope locum crucifixionis hortus et in horto monumentum nouum) ipsius ioseph sumptuose factū. et in petra excisum. i. in vno lapide secū- dum quantitatem hoīs cōcauatum (in quo nōdum q̄sq̄ positus fuerat in q̄ q2 iuxta erat p̄pter parasceuen iudeo rum sepelierunt eum) reuerenter et deuote flexis genib9 magnis singultibus et suspirijs validis. et sic dn̄m vite de derunt sepulture mortis. Sepelierunt eum in loco pro- pinquo. quia non poterant longe portare p̄pter solenni tatem sabbati īminentem. vn̄ cris. [Cris.] q2 vero breuitate t̄pis vrgebantur et vespa īminebat. ideo ponūt eū in p̄ximū monumentum. et aug. [Augusti.] Accelleratam vult intelligi sepul- turam. ne aduesperasceret. q̄n iā p̄pter parasceuen facere a liquid tale non licebat. Cris: vt ait aug. illius exequias an- gelorū mīlia mīllium decantabant. qui omnes cōuenerāt ad sepulcrū dn̄i sui. Illi cantabant laudes. sed maria da- bat gemitus et suspiria cordis. Dispensatiue autem in no uo ponitur monumento vbi nullus positus erat. vt secū dum amb. et cris. [Ambro.] non alius q̄ cū eo iaceret surrexisse a per fidis diceret. vel secūdum aug [Aug9.] sicut ī marie virginis vte- ro nēo ante illū nemo post illū cōcept9 est. ita in hoc mo- numento nemo an̄ illum nemo post illum sepultus ē. Et scdm̄ hiero [Hieroni.] in monumento exciso in petra conditus est. ne si ex multis lapidib9 fuisset edificatum. suffossis tumu li fundamentis ablatus furto diceretur. Et secūdū aug. [Augusti.] si etiam sepulcrū fuisset in terra dicere poterant suffode- runt terram et furati sunt eum. q2 autem in alieno sepul- cro ponit paupertatem eius testat. vn̄ de theoph. [Theo.] Atten de etiā abūdantiā pro nobis suscepte paupertatis. Nā q2 domū in vita non habuit. post mortē q3 in alieno se- pulcro recōdit. et nud9 ex his a ioseph operit. vn̄ et ansel. [Ansel.] Pauper ita fuit xp̄s vt nō in sua: sed in aliena domo na- sceretur. et viuēs in hoc mundo nō haberet vbi caput suū reclinaret. nec moriēs vn̄ nuditatem suā tegeret. nec mor tuus vn̄ inuolueret. nec sepulcrū aut locū vbi corp9 suū poneretur. Ideo etiā scdm̄ amb. [Ambro.] et aug. saluator in aliena sepultura ponitur. q̄ pro aliena moriebat salute. Ut q̄d ī bi p̄pria sepultura. qui in se mortē propriā non habebat. Itē scdm̄ amb. ad ostēdendū q̄ nō debuit detineri a mor te. Non enī ille sepulcrū mortis desiderabat q̄ de morte triumphū querebat scdm̄ hiero. [Hiero.] autē et bedā ex simplici sepultura dn̄i ambitio diuitū condemnatur q̄ nec mor- tui et in tumulis p̄nt carere diuitijs. Sed: vt ait aug. [Augusti.] pō- pa funeris agmina exequiarū. sumptuosa diligentia se- pulture. monumentorū opulenta constructio. viuorum sunt qualiacunq3 solatia. non adiutoria mortuorū. Hec aug9. Non fuit in sepultura dn̄i aurum non gēme non se ricū sed lintheamen purum et nudum. Syndon enī pan nus seu tela de lino est. de quo etiam erant institę quibus totus est alligatus. et similr capitis sudarium. vnde secū dū hiero. possumus intelligere. q̄ corpus dn̄i nō auro nō gemmis nō serico sed lintheamine puro obuoluendū sit Unde etiā q2 in simplici syndone inuolutū est corpus ie su. ideo Siluester papa instituit. vt sacrificiū altaris non in panno serico vel tincto vel auro texto. sed puro lintheo terreno et syndone munda consecret et celebretur. Scdm̄ petrum cantorē. [Petr9 cātor] ex eo q̄ dicit in syndone munda et in mo numento nouo colligi potest pallas altaris. dalmaticas casulas albas. sicut nec syndonē fieri debere de aliqua ve ste prius in cōes vsus assumpta. p̄pter reuerentiā tāti sa- cramenti. sed ex noua prius nō induta. que dn̄o cōsecra ta non debet ad cōmunes vsus assumi. Sed nō ne corp9 christi ponitur in aureis cyphis. Ita: sed mediātibus pi- xidibus nouis. hec Pe. Sepulto autē dn̄o mater eius omni corde amplexabatur sepulcrū. et qua poterat voce benedicebat filium suum Ad sepulcrū sedens iuxta illi manus extēdebat et desuper illud osculās amaro simis dn̄m singultu deplorabat. Accessit iohannes et lugens ip se multum leuauit eā logentē. et exeūtes oēs de monum to (posuerūt lapidem) quasi pro clausura (ad ostium mo numenti) ne ipse locus bestijs esset peruius. s. magnū qui non posset de facili et sine multorum auxilio amoueri. ne aliquis valens posset rapere xp̄i corpus. quia per illud ostium erat ad sepulcrū ingressus. In quo p̄z virt9 resur gentis. quem non potuit retinere magnus lapis: et tollit omnis in resurrectione eius suspitio. quia nec ab aliquo fieri potuit violentia aut furtum aut fictio. Unde aug9. [Augustinus] Si fuisset lapis paruul9 suppositus. dicere poterāt dor mientibus nobis tulerunt eum. et hiero. [Hieronimus] Saxum enī ma gnum appositum ostendit non absq3 auxilio plurimorū sepulcrum potuisse reserari. Mistice in actibus ioseph et nicodemi signantur plura requisita in nobis. si cristus in corde nr̄o debeat sepeliri. Nā dz cōmunicās eū inuolu- tus lintheaminib9 p mūdā affectionē et p̄scie puritatē. In syndone enī mūda iesū inuoluit. q̄ eū p̄um mente et puro corpe suscipit: dec3 nāq3 nō solū pura aīa sz et corpe puro corpus xp̄i suscipere. Inuoluere aūt opz. q2 mysterium eius clausū et occultum est. Debet etiā vnctus esse aro- matibus p feruentē deuotionem. Cum mirra enī e aloe iesum inuoluit. qui crucifixū in corde eum amaritudine p̄nie et cōpassionis recōdit. In nouitate vero monumen ti designatur q̄ cor dz esse p grām et puritatē innouatū et ab omni vetustate peccati purgatū p̄usq̄ ad corpus xp̄i accedat ī q̄ corde etiā ponit eū q̄i de ipso iugiter co gitat q2 monumentū dr̄ quasi monēs mentē. Sumptu- rus igitur eucharistiā videat vt cor suum sit quasi monu mentū nouū in quo locetur e quasi hort9 in q̄ delectetur ne in monumēto suo alius positus sit vel circa hoc q̄cq̄ inutile excreuerit q̄d erit si bene p penitentiam mūdatū fuerit et innouatū aliōqn non poterit in eo digne sepelire xp̄z Per monumentū aūt lapideū in petra excisum designat cordis stabilitas q2 debet ī bono p̄posito esse firmum et fidei soliditas in qua apud ecclesiā sepult9 est xp̄s hoc ē fides xp̄i supra quam petram edificata est ecclesia. Sed pro custodia omnium p̄dictorū debet adhiberi longani mitas p̄seuerantie vt mens corpus xp̄i recipiens in pre dictis conditionib9 intendat finaliter p̄seuerare et hoc designatur per saxū ostio monumēti aduolutum. Ille eti am sepulto xp̄o in corde suo aduoluit pro clausura lapi- dem magnū ad ostium qui se claudit ne possit īgredi pec catum et ponit diligens obstaculum contra peccati re- cidiuum ne xp̄s eū deserat et relinquat donec ipsum a mor tuis resurgere faciat. Un̄ ambro. [Ambrosius.] Cui pulcerrime lapis admotus est ne pateret quicunq3 enim in se humauerit christum diligenter custodiat ne eum perdat. ne perfidie sit ingressus. ¶ Unde et hilarius [Hylarius.] et quia nil preter eum oporteat in pectora nostra penetrare lapis ostio aduo- luitur vt nichil absq3 eo inferatur. Uoluit autē xp̄s ī mo numento iusti. s. ioseph sepeliri ad ostendendū q̄ nō req̄ escit nisi in corde iusti. et q̄ nō amplius p̄ctōx consortio volebat quia amplius pro ipsis non moriturus erat. vn̄

De secundo completorio

Ambrosius. amb. Mystice aũt iustus xp̃i corp⁹ sepelit. talis ẽ em̃ xp̃i sepultura q̃ fraudem iniquitatem q̃z non habeat. Justus autem corpus xp̃i operit syndone vesti. ⁊ tu domini corpus gloria sua vt et ipse sis iustus. Bene autem in monumento cõditur iusti. vt iusticie habitatiõe requiescat hec amb. De monumento dñi fertur q̃ domus seu speluñca fuerit rotunda de subiacẽte rupe excisa. erat em̃ lapis seu rupis grandis in horto. in cuius latere erat monumẽtum excisũ. seu spelunca habens octo pedes longitudinis. et totidẽ latitudinis et tante altitudinis. vt homo intro consistens et in eius pauimento rectus stans vix posset manu extenta culmen attingere. introitum patulum habens ab oriente. cui lapis ille magnus aduolut⁹ atq̃z oppositus erat pro ostio. In cuius monumenti parte aquilonari sepulcrum dñi h est locus dominici corporis de eadem petra est excisus septẽ pedes ⁊ medium habens lõgitudinis. ⁊ a cetero pauimento altius eminens tres palmos et medium habens altitudinis. eiusdẽq̃z existẽs latitudinis cuius ẽ altitudinis. Qui vie̳z locus nõ desup sed a latere meridiano p totum est patulus. vnde inferebatur corpus vt esset quasi sarcophagus suppositus fundamento ⁊ inclinatus super latus apturã habens a latere et non superius. Color aũt eiusdem monumenti aclo culi rubicundo et albo dicit esse permixtus. Monumẽtũ ergo erat ad modum domuncule factũ. intra quod erat sepulcrũ xp̃i positum Sic enim sepulcra iudeorum antiquitus et maxime magnarũ personarum solebant fieri. vt eorum filij possent etiã ibi sepeliri. Propter hoc dr̃ frequenter de regibus iuda sepultus est in sepulcro dauid etc. Est autem ibi in eodem loco ob reuerentiam dñici sepulcri artificioso ope forma rotunda. vno tñ foramine superius aperto dñice resurrectionis ecclesia marmore constructa. continẽs montẽ caluarie ac locum sepulcri ⁊ mĩta loca sacra. in q̃ sepulcrum dñi est infra quedã cellã rotundam pulcris lapidibus cõstructã. Hec si quidem ecclesia dñici sepulcri est patriarchalis et habebat canonicos regulares ⁊ priorẽ. scd̃m habitum et regulã sancti augu. viuẽtes. q̃bus loco abbatis patriarcha ꝑerat. cui soli obedientiã ꝑmittebant. Hec eccl̃ia inter sancta ⁊ venerabilia loca non immerito obtinet principatum in cuius loco tam magna et mira p dñm sunt facta et ostensa. (Et dies erat parasceues) .i. ꝑparationis. sc̃z sexta feria in q̃ preparabantur illa que ĩ sabbato comedi debebant (et sabbatum illucescebat) q̃z vespera ad sabbatum ptinens instabat. a qua sollennitas sabbati incipiebat. vbi sciendũ q̃ sicut hõ sexta feria creatus est ⁊ peccauit sic xp̃us sexta feria p hoiẽ mortuus est et satisfecit. Vñ ⁊ dixit cõsummatum est opus sc̃z recreationis sicut eadẽ die cõsũmatum fuit opus creationis: et sicut sabbato requieuit ab omĩ opere suo sic sabbato quieuit in sepulcro: ĩ signum q̃ ĩ hac sexta etate pro eo operari ⁊ pati debemus vt in septima cum ipso q̃escamus. donec in octaua veniente gl̃ia resurrectionis cum ip̃o simul gaudio perfruamur. Vñ beda.

Beda. Parasceue grece latine preparatio interpretatur. q̃ nomine iudei q̃ inter grecos conuersabantur sexta sabbati que nunc a nobis sexta feria vocatur appellabãt. eo q̃ in illo ab opere suo requieuit deus. Vnde ⁊ hanc sabbatũ i. requiem vocari precepit. recte dñs eadem die sexta crucifixus hũane reparatõis impleuit archanum. sabbatũ autem in sepulcro requiescens resurrectionis q̃ octaua die ventura erat expectabat euẽtum. Vnde nostre simul deuotionis ac beate retributionis ꝑlucet exẽplum. quos in hac quidẽ sexta mundi etate p dño pati. et velut mundo crucifigi necesse est: in septima vero etate .i. cum leti quis debitũ soluit. corpora q̃dam in tumulis alas aũtẽ secreto in pace cũ dño manere. ⁊ post bona oportet opa q̃escere: donec octaua tandẽ veniente etate: etiã corpa ip̃a resurrectione glorificata. cum aĩabus simul incorruptionẽ eterne hereditatis accipiant vnde pulcrã septia dies in genesi vesperam habuisse non legit quia reques alarum que in illo seculo nunc est non consummenda merore. sed pleniori gaudio future est resurrectionis ad augẽda. hec beda. Vbi etiã nota q̃ inter cetera mysteria que hodie ecclesia facit hoc vnũ est. q̃z hodie pro oĩbus orat. Cuius ratio est. q̃z xp̃s fuit hodie valde pius in parcẽdo q̃ñ dixit Pater dimitte illis. q̃z nesciunt quid faciunt. fuit valde liberalis in largiendo: quia ad modicam petitionẽ dedit latroni regnũ celorum: fuit valde largus in redimendo. quia non guttam: sed totum sanguinem pro nostra redemptione dedit. Unde in ps. Quia apud dñm mĩa et copiosa apud eum redemptio. Ideo eccl̃ia ad similitudinem xp̃i est hodie multum liberalis in orando: et multũ pia in parcendo. Hodie etiã fideles ecclesias ⁊ or altaria visitare consueuerunt. cuius triplex ratio est. Prima est q̃ illa visitatio representat visitationẽ aplõrũ ⁊ sanctarum mulierum que crebro visitabant sepulcrum. Secunda est: quia xp̃s hodie omnes sanctos qui fuerunt a principio mundi vsq̃z nunc ꝑsitaliter visitauit: dum ad limbum descẽdit. Tertia ratio ẽ. quia sancti hodie debẽt valde liberales esse: fuerunt enim hodie de carcere liberati: et in celeste regnum sublimati. Si quis enim de carcere liberaretur ⁊ in imperium sublimaret: illã diẽ vsq̃z multum diligeret: et ĩ illa die multum liberalis esset. Merito igitur hodie fideles sanctos visitãt: vt ab ip̃is de carcere liberatis: et in imperium sublimatis. beneficia valeant obtinere (Mulieres autem) que erãt xp̃o deuote fu nus (subsecute) quõ et in quo loco corpus dñi poneret diligenter curauerunt respicere et notare. vt postea ei tẽpore congruo munus sue deuotionis possent offerre ⁊ officium funeri impendere. ac corpus eius inungere. Per hoc significatur. quia aĩe deuote debent mysterium passionis xp̃i sollicite considerare: et eam p posse imitari. Vñ bed. Sed et hactenus sancte mulieres dies parasceues

Beda. id est ꝑparationis idem faciunt. cum aĩe humiles et quo maiores sibi conscie fragilitatis. eo maiori saluatoris amore feruentes passionis eius vestigijs ĩ hoc seculo quo requies est ꝑparanda futura: diligenter obsequunt. et si forte valeant imitari pia curiositate quo ordine sit eadẽ passio completa ppendunt. Qua lect a audita recordata mox ad parandum opa virtutũ. quibus xp̃s delectetur se conuertunt vt finita presentis vite parasceue in requie beata expectent tpe resurrectionis occurrere xp̃o. cũ aromatibus spũalium actionum. hec beda. Joseph autem et nicodemus inclinantes dño ⁊ adorantes sepulcrũ recesserunt maria vero et alij qui artius amabant remanserunt (sedentes contra sepulcrum) ⁊ lamentantes dñm et expectantes eius ꝑmissum. In quo ostenditur earum constantia ⁊ feruor dilectionis erga dñm. q̃z recedentib⁹ discipulis ac alijs notis adhuc remanebant circa sepulcrum. Vnde hiero. Ceteris relinquentibus dominũ mulieres in officio pseuerant. expectantes q̃d promiserat se

Hieron. facere et ideo meruerunt primo videre resurgẽtem q̃z perseuerauerunt vsq̃z in finem. Vnde ⁊ rabanus. Alijs notis

Raban⁹. iesu ad sua redeuntibus. sole mulieres que ardentius amabant obsequium funeris inspiciebant: expectãtes q̃d promiserat. ⁊ ideo post resurrectionem primo xp̃m vidẽt beate mulieres que ministrauerunt viuenti. astiterũt morienti obsecute sunt sepulto. et sic congauise sunt resurgẽti. Vnde et cris. Vidisti mulierum fortitudinem vidisti

Criso. dilectionem vidisti magnanimitatem que vsq̃z ad mortẽ fuit. Imitemur has mulieres nos viri neq̃z dereliq̃mus in temptationibus iesũ. hec cris. Per deuotionem q̃ppe harum mulierum ostenditur: quia deuote psone mundo mortue debent cũ xp̃o per cõpassionem sepeliri: vt mereantur resurrectionis eius ꝑticipes fieri. Laua ergo et tu lacrimis corpus eius sacratissimo sanguine aspersum: et vnge ip̃sum vnguẽtis sancte orationis. ⁊ porta brachijs caritatiue ⁊ h̃ũilis oꝑationis: ⁊ sepeli cum aromatib⁹ bone conuersationis: ac bonis doctrinis ⁊ exẽplis. cũ multis gemitibus ac planctibus ⁊ lamentis. ⁊ cooperi sub a-

moris ⁊ deuotionis pauimento conscientie tue in syndone ⁊ castitate mētis ac sudario ⁊ labore penitētie: ⁊ sedebis sibi iuxta eum ad monumētum donec videas ipsum a mortuis resurgentē. Queso ne mortuum ꝓ te dilectum reiicias: sed totis desiderijs in sepulcro cordis recipias: stringas candidissimis cogitationum et purissimis affectionum lintheaminibus: foueas speciosissimas amorosissimas eius plagas: donec te ducat in resurrectōnis sue leticiā mirabilibus dotibus decoratā: ⁊ in ascēsionis sue excellentiā super omnes celi ordines eleuatā. Et nota ꝙ licet in hac sepultura xp̄s nichil passus fuerit: quia mortuus tamen hoc factū in se mirabile fuit et lamentabile. propter rationes ⁊ causas supra circa depositionē dn̄i decruce tactas. Ex isto articulo sepulture trahūtur plura documenta. Primum est scdm theophi. ꝙ nos simus imitatores ioseph in hoc: ꝙ qn̄ corpus xp̄i susceptum fuerit a nobis ⁊ inuolucum tunc debemus ipsum ponere in monumento nouo exciso in petra .i. in mente nostra dei imagine insignita renouata ⁊ firmata in xp̄o que est petra vt dicat illud cantici tenui eum nec dimittā. Secunduz est ꝙ sicut dn̄s passus: mortuus: ⁊ sepultus: lamentatus fuit sic ⁊ nos lamentari eū debemus ꝑ cōpassionē ⁊ verā compunctionem. Tertiū est ꝙ sicut xp̄s sepultus custoditus fuit. sic ⁊ nos eum in mente nostra sepultum firmiter custodire debemus ne latrunculi .i. demones sepulcrū cordis nostri subintrent ⁊ furentur nobis iesum. Quartuz est ꝙ et nos qui spiritualiter mortui sumus peccatis cōsepeliamur etiam cum christo ita vt abscondamur et quiescamus a peccatis: sic ꝙ vetus homo in nobis āplius non resurgat. Unde apl's. Consepulti ēnim sumus cū xp̄o ꝑ baptismū in mortē. Ubi glosa. Xp̄s cum ī ꝑsona veteris hoīs habebat membra confixa in cruce: ne ad priores actus mouerent a quibus etiā mortuus ⁊ sepultus deuit humanis subtractus aspectibus per hoc exigēs a nobis vt mēbra nostra continentie ⁊ iusticie clauis confixa habeamus: ne ad priora mala redeamus: a quibus etiā ita perfecte quiescamus: vt nec eoruz visio: nec memoria habeatur. Et sic veteri homine in nobis crucifixo mortuo et sepulto ad bona resurgētes in nouitate vite ambulemus hec in glosa. Ad confirmandum se huic articulo. imaginet homo quasi cor suum sit xp̄i sepulcrū ⁊ michi ipm venerabiliter recondat reconditum lamentabiliter defleat et diligenter custodiat ne ipsū amittat. Consepeliat seipsum in eodē sepulcro cum iesu et ruminet sensum documentorū vel alia sicut deus ministrabit. Jesu qui in monumento sepeliri lamentari ⁊ custodiri voluisti. da michi te in corde meo spiritualiter sepelire. lamentari ⁊ diligēter custodire: vt ⁊ ego tibi consepultus tecum merear ad resurrectionis gloriam peruenire: ⁊ qui positus in sepulcro a visu hominum es segregatus in pace dormiens abscōde interim me seruum tuū in abscōdito faciei tue a conturbatione hominū. vt mundo mortuus tibi viuens ī te dormiam: ⁊ suauiter in te requiescam. Hic nunc videndum est qualiter debem⁹ cū xp̄o sepeliri. Sepulcrū autē istud in quo debemus sepeliri: est ipsa religio in qua ipse religiosus spūaliter debet mundo mori ⁊ sepeliri. Assimilari autem debet religiosus mortuo ⁊ sepulto quātū ad plura. Primo quātū ad censum rerū. quia sicut mortuus ⁊ sepultus nichil ꝓprium habet: sic ⁊ religiosus nichil ꝓpriū habere: sed omnia in cōmuni diuidere debet. Secundo quātū ad sensum carnis ⁊ motū: quia sicut mortuus priuatur sensu: nec sensibus gaudet: sic ⁊ religiosus debet eē mortuus quantū ad delectationē que ad sensum carnis pertinent: ⁊ sicut mortuus mouenti se non cōtradicit: sic et religiosus prelato se regenti non debet contradicere: sed in oībus obedire. Tertio quantū ad domicilium: quia sicut mortuus clauditur in sepulcro: sic ⁊ religiosus debz esse clausus in claustro: et sicut mortuus de monumento non exit nisi ad iussionem dei .s. die iudicij sic nec religiosus debet exire claustrum sine iussione prelati: ⁊ sicut mortuus non murmurat quando transfertur de monumento in monumentum: sic nec religiosus debet murmurare quando transfertur de monasterio ad monasteriū. Quarto debet assimilari maxime morti xp̄i: in morte enim xp̄i aīa fuit a carne separata: tamen anima ⁊ caro fuerunt diuinitate vnite: sic in vero religioso aīa debet esse separata a carne vt .s. carni non cōsentiat in aliquo carnali amore: aīa tamen ⁊ caro deo debent esse vnite. aīa per amorē caro per incorruptionem: vt possit dicere cum propheta Cor meū et caro exultauerunt in deum viuum. Sepulturam cristi olim filij iacob prefigurauerunt: qui fratrem suum ioseph in cisternam miserunt. Hanc etiam ionas ꝑfigurauit. quē proiectum de naui in mare cetus deuorauit. ionas fuit per tres dies ⁊ noctes in ceto. ita xp̄s fuit vsq3 ad triduum in monumento. Nunc recogita qualiter dominus tuus. vij horis predictis pro te passus sit. et ausculta eum quasi te moueret: ⁊ diceret. Cum primo nocte surrexetis ob reuerentiam illius amoris quo me vinctum tradidi in manus malorū. ⁊ quo factus sum obediens vsq3 ad mortem disponas in corde tuo obedire velle ad omnia que tibi iniunguntur. Circa primā ob reuerentiam humilitatis qua coram indigno iudice velut agnus mansuetus steti. subiicias te omni creature proptē me ⁊ ad queq3 vilia opera sis paratus. Ad tertiam ob amorem quo ego contemptus conspuitus. et obprobrio saturatus fui teipsum contemnas ⁊ vilipendas ⁊ obprobria fusi meas. Ad sextam crucifigas tibi mundū teq3 mundo cogitans qualiter ego oīm creator pro amore tuo crucifixus sum: et ideo omnia delectabilia mundi sint tibi quasi crux amara. ad nonam moriaris mundo ⁊ omni creature. s. vt amara mors intantum corde tuo dulcescat vt oīs creatura desipiat. Circa vesperam qua de cruce depositus sum recolas in gaudio qualiter post mortem ⁊ oēs labores tuos felici requie pausabis in sinu meo. Ad completoriū memor sis vnionis illius qua spiritus vnus mecum effectus. meipso in summa experientia perfrueris. ꝙ vnio hic in via incipit per voluntatis mee ⁊ tue concordiā in omnibus tam aduersis ꝙ prosperis ⁊ in futuro cōplebitur per eternam gloriam in celis. Appropinquāte autem nocte dicit iohannes dn̄e ꝙ eis expedit recedere: quia non est conueniens ibi morari vel de nocte ad ciuitatem redire. Tunc dn̄a prout potest surgit ⁊ ad monumentuz genuflectit et ipsum amplectitur ac benedicit. Nam cruciata gemitibus: fatigata doloribus: afflicta ploratibus nequibat stare pedibus. Tamen sicut poterat mulieribus adiuta. cunctis plorantibus simul cū ea cepit recedere. Cum autē venerit ad crucem ibi ipsa genuflexit et crucem adorauit. Similiter ⁊ oēs fecerunt. Cogitare nāq3 potes ꝙ ipsa fuit prima que crucē adorauit sicut et prima que filiuz natum adorauit. Hec autē sancta crux post passionem ⁊ resurrectionem dn̄i ꝑ iudeos cū crucib⁹ latronum sub monte caluarie profunde sub terra abscondita fuit. vbi ducentis annis ⁊ amplius vsq3 ad tpa cōstātini et helene latuit. sed helena in lapide plus ꝙ .xx. passibus fodiēs ipsas tres cruces inuenit quibus sublatis crucem dn̄i ab alijs signo resurrectionis mortui probauit et discreuit. Ipse aūt locus ī ꝙ crux inuēta est. distat a loco caluarie decē pedibus versus orientem descendēdo vbi in eccl'a que cōtinet mōtē caluarie ē cripta profūda inferior pauimento .xl. gradibus vel circa ⁊ sunt ibi quatuor colūne. que dicunt moueri dn̄i fleuisse. Deinde recedit versus ciuitatē. ⁊ per viam sepe dn̄a se vertebat retro aspiciens per compassionē. Intrantibus autē illis ciuitatē. multi videntes dn̄az moti pietate sup illius dolore ad luctuz cōuertebantur amarum. ⁊ concurrunt vndiq3 bone matrone ⁊ virgines ābulantes post ipam ⁊ associātes eā per viā ⁊ cōsolantes ac etiā lamētātes eā. Sed ⁊ boni hoīes per quos transibat cōpatiebantur eidē ⁊ mouebantur ad fletū. Undiq3 fit ploratus magnus ⁊ luctus. Nam dolor eius multos faciebat dolentes. Uix lacrimas continere

poterant quicūq3 eā plorantē videbāt. Flebat luctus q̄cunq3 transibat maria plorabat ipsa. plorabant ⁊ omēs ambulantes cū ea. plorabant et multi venientes obuiā ei Sic vtiq3 deducit a plorantibus plorās quousq3 peruentū est ad domū iohannis. Cū aūt venerūt ad domū tūc ipa vertēs se versus dnās illas inclinauit se agēs gratias. Ille vero inclinantes se eidē vale dixerunt ⁊ cū lacrimis recesserunt. Intrauit ergo dnā domū ibi resedit ibi permansit ⁊ eā iohannes in sua cura ⁊ custodia retinuit. ac super propriā matrem ol corde amauit. Flebat ⁊ plangebat valde cū iohanne ⁊ magdalena ⁊ sororib⁹ suis Soluebat dolori amaras lacrimas filij sui mortē nimis amaram in corde suo recolens. ac passionis lora et cūcta que passus fuerat in aīo voluens Tandē iohānes hortando q̄ desisteret cōsolatus est eā vt potuerat. Tu quoq3 experiaris vires tuas si scires eā consolari ⁊ confortare q̄ parū comederet: et alios comedere faceret. quia adhuc ieiuni sunt ⁊ refectione indigent ac eis parare ⁊ ministrare coneris et postea benedictione ab ea ⁊ alijs singulis accepta recedere poteris Hic nota q̄ hodie .s. die parasceues non consecratur hostia. quia vera hostia hodie ē ablata. In hac etiam sexta feria in qua passus est x̄ps multa sūt facta diuersis annis ⁊ vicibus de quib⁹ sūt isti versus.

Salue festa dies que vulnera nostra coherces.
Angelus est missus est passus in cruce christus.
Est adam factus et eodem tempore lapsus
Ob meritum decime cadit abel frater ab ense.
Offert melchisedech ysaac supponitur aris.
Est decollatus christi baptista iohannes.
Est petrus ereptus. iacobus sub herode peremptus.
Tedet iam audire et recitare iudeorum blasphemias.

(Altera em̄ die que est post parasceuen) iā incepta scz iam sexta feria transisset. ⁊ sero facto post solis occasum sabbatū iam intrasset (cōueniunt iterū sacerdotes ⁊ pharisei ad pylatum: dicentes. Domine recordati sumus: q3 seductor ille dixit adhuc viuens post tres dies resurgā) Qd̄ dicunt illi ex inuidia est que etiam propriū nomē nō patitur ⁊ dicentes seductor: hoc quod ipsimet erant domino imponit. Nō sufficit seductoribus scelus mortis nisi et post lacerant famā eius. Est aūt seductio duplex scz bona et mala. Prima est seductio sanctitatis .s. a falsitate in veritatem: de qua dicit hiere. Seduxisti me dn̄e et seductus sum. alia est seductio peruersitatis .s. a veritate i falsitatem. et hanc imponunt iudei x̄po. vnde hiero. Principes autem sacerdotū licet immensū facinus in nece domini ꝑpetrauerint: tamen non sufficit eis nisi etiā post mortē eius concepte nequicie virus exerceāt. famā eius lacerantes. et quē innocentem sciebant: seductorē vocāt Sicut antē cayphas ignorans ante prophetauerat dicens expedit vnum hominem mori pro populo et non tota gens pereat. sic modo seductor em̄ erat x̄ps a non a veritate in errorē mittēs: sed a falsitate ad veritatē a vicijs ad virtutes. a morte ad vitam ducēs hec hiero (Iube ergo custodiri sepulcrum: ne discipuli furentur eum. et dicāt alijs q̄ surrexit a mortuis) Stulti custodiam petunt: quasi in sepulcro teneri valeat: q̄ vbiq3 ē ⁊ aīa continet vbi ambro. Quanta malicia sacerdotū q̄ non tantū mg̃ro sed etiā discipulis detrahunt (et erit nouissim⁹ error peior priore) vbi raban⁹. In hac autē ignorāter verū dicunt. Peior em̄ fuit cōtemptus pn̄ie ī iudeis q̄ error ignorantie. Peior erat infidelitas resurrectionis q̄ crudelitas passionis. Consitent ergo plane q̄ prius fuit error in nece dn̄i. vbi et cris Vide aūt q̄liter etiā nolentes cōcertāt ad demonstrandū veritatē. Irrefragrabilis em̄ demonstratio resurrectionis facta est per ea q̄ pretenderunt. Quia em̄ custoditū est sepulcrū: nulla fraus facta ē. Si aūt fraus facta non est: manifeste ⁊ irrefragabilit̄ dominus surrexit. hec cris Pylatus vero iā fatigatus dixit eis. Habetis custodiā .i. do vobis licentiā ponendi custodes. et concedo q̄ accipiatis milites ad custodiendū eū

Hieronimus

Ambrosius.

Rabanus.

Crisostomus

pro vr̄a voluntate (Ite et custodite sicut scitis) q̄si di. Si debet resurgere male poteritis custodire q̄ impius et fatuus erat pylatus qui sicut x̄pm ꝑmisit occidi: ita et custodirieum morti adiudicauit: eis etiā custodes dedit. Vadunt illi et venientes illuc primo corpus eius inspiciunt et eū q̄ auctor vite clarueratin inferni claustris retentu se deprehendisse letantes sepulcrū muniunt. milites armatos custodes ponūt lapidem q̄ erat ī ostio monumēti vñ accessus in sepulcrū erat sigillo ꝑsidis: ac etiā sigillis suis signauit ne alijs sine scitu eorū ingredi possit. ⁊ diligēter oīa faciunt Et in hoc apparet malicia eorū: q2 etiā in custodibus nō cōfidunt. sed insup sigilla apponūt. Hoc aūt totū dn̄s voluit fieri ꝑpter maiorē certitudinē resurrectionis sue. vt et ipi q̄uis nolentes: sibi tamē testes sint dn̄m resurrexisse: et nullo modo sic positū furari potuisse. Nō est em̄ cōsiliū nec sapientia nec fortitudo cōtra dn̄m. Et recte in tali loco dn̄s sepulturā suam elegit: vbi nulla possibilitas fodiendi esset quatenus oēm occasionē calūniā iudeis auferret: ne forte si in maceria circūclusus esset vel q̄libz pierte: dicerēt ipi discipl'os illi⁹ futuratos eū fuisse vñ ⁊ hiero. Nō suffecerat principib⁹ sacerdotū ⁊ scribis et phariseis crucifixisse dn̄m saluatorē nisi sepulcrū custodirent: cohortē acciperēt: ⁊ signarēt lapidē: et quātum in illis est inauū apponerēt resurgenti. vt diligentia eorū nostre fidei pficeret. Quanto em̄ diligentius seruat̄ tāto magis resurgentis virtus ostēdit̄ vñ ⁊ cris. Et in durissimo lapide fuerat excisum ⁊ grādis lapis positus ē ad ostium: ⁊ custodia poni͂t militū ī circuitu: vt quāto fortius seruat̄ ne furari posset. tanto magis virtus dei appareat cū resurrexerit. Si em̄ sepulcrū fuisset in terra dicere poterāt. Suffoderūt terrā: ⁊ furati sunt eū. Si fuisset lapis paruulus positus dicere poterant. Paruulus lapis fuit et dormientibus nobis tulerūt eū. Et iterū. Diligentia scribarū ꝑdest fidei nr̄e. Seruate pharisei seruate. De⁹ in cludi nō potest: deus ī sepulcro teneri non potest q̄ fecit celū et terrā: cuius in pugillo terra est ⁊ celū: qui appēdit mundū in tribus digitis. Qui ergo appēdit mūdū: vno sepulcro nō pōt cōtineri. Vñ etiā hylarius. Metus furādi corpis: ⁊ sepulcri custodia atq3 obsignatio stulticie atq3 infidelitatis testimoniū est. cū prius precepto dn̄i conspexissent de sepulcro mortuū suscitatum Pilatus autē ꝑdictus postmodū in multis apud tiberiū cesarem a iudeis accusat⁹ deportatus ē in exilium lugdunū vñ erat oriundus Herodes vero q̄ consensit pilato in nece dn̄i. deportatus ē in exiliū viennisi ⁊ mortuus ē ibi. Oratio.

D Omine iesu x̄pe qui hora cōpletorij aromatibus vngi ⁊ condiri: ac syndone et alijs lintheis inuolui ⁊ ligari: matre q̄q3 tua ⁊ alijs amicis tuis lamentantibus ad sepeliendū portari ⁊ sepeliri voluisti: da michi queso vt te aromatibus vngā per feruētē deuotionē et bonā conuersationē: syndone ⁊ lintheaminibus te inuoluam ꝑ mūdā affectionē et cōscie puritatē: lamēter lacrimis pn̄ie ⁊ cōpassionis portemq3 brachijs caritatiue et humilis oꝑationis: et sepeliam te in corde meo ꝑ iugē recordationē ⁊ memoriā: vt et ego tibi consepultus guirere cū merear ad resurrectionis gloriam Amen.

Epilogus dominice passionis et de laude crucis. Capitulum. lxvii.

Onsidera nūc que

pro salute hoīs oī tpe. ⁊ spāliter hodie passus ē dn̄s: vt inde aduertas quātū sibi debeat quilibet x̄pian⁹ hec enim que pro nobis passus est super omnia que operatus est: valde amabilem eū nobis reddit ⁊ nos ad eum amandum fortius astringunt vnde bern. Valde omnino michi amandus est: per quem sū: viuo: ⁊ sapio Pro bis ergo ita sum amans te quātū possum. Sed est qd̄ me plus mouet: plus vrget: plus accendit. Super oīa iq3 reddit amabilem te michi bone iesu: calix quem bibisti.

Hieroni.

Crisosto

Hylari⁹.

opus nostre redemptionis. hoc omno amorem nostruz fa
cile vendicat totum in sibi. Hoc inquam est q nostram deuotio
nem z blandius allicit: et iustius exigit. et artius stringit
et afficit vehementius. Multum quippe laborauit in eo
saluator. nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis
autor assumpsit. Illa denique dixit z facta sunt. mandauit
et creata sunt. At vero hic. et in dictis suis sustinuit con-
tradictores. et in factis obseruatores. et in tormentis il-
lusores. et in morte exprobratores. Et iterum. Memen-
to igitur homo et si de nichilo te factum. non tamen de ni-
chilo te redemptum. Sex diebus condidit omnia. et te re
fecit omnia. At vero per totos triginta annos operatus est
salutem tuam in medio terre. O quantum laborauit su-
Ambro. stinens hec bern. vsque et ambro. Plus itaque michi contu-
lit deus redimendo quam creando. Creando quippe me mi-
hi dedit: redimendo autem et seipsum dedit et me michi red
didit. Itaque si me totum illi debeo pro me facto: quid iam ad-
dam pro me refecto. Non enim tam facile sum refectus
quam factus. Siquidem de omni quod factum est: dixit et
facta sunt. In me autem reficiendo et dixit multa. et ges
sit mira: et pertulit dura: nec tantum dura sed etiam indi
gna hec ambro. Non est autem estimandum q passionis
sui pena: in eius solum captione et traditione fuerit incho
ata sed potius ab instanti sue conceptionis vsque ad mor
tem eius durauit. Cum enim mortem suam acerbissimam
quam pro salute nostra pati voluit firmissime presciret: et
eam futuram ineffabiliter cognosceret: oportuit q in quoli
bet hora pro ea naturaliter doleret: presertim cum cogita
ret tantam mortis acerbitatem: et tantam doloris genera
litatem: que per totum corpus z omnia membra corporis
et per omnes vires inferiores anime diffundi debebat. Mul
ta vero de his domini passus est pro nobis que colligi possunt ex
Augusti. verbis aug dicentis. Attende z intellige anima mea tempus
beatissime passionis. Passus est iesus meus amor meus
dulcedo mea: spes mea: beatitudo mea: consolatio mea:
et in omni tempore in toto corpore: z in omni suo opere.
In tempore infantie angustias vteri: paupertatem: asperitatem
et humilitatem presepij: persecutionem aduersarij: fugam egy
pti. In tempore adolescentie disputationem: precipitationem
In tempore iuuentutis amarissimam z turpissimam passionem
Passus est etiam in toto corpore. in oculis effusionem la-
crimarum in auribus auditum contumeliarum et blasphe
miarum: in genis molestiam alaparum: in naribus fetorem
sputi: in ore amaritudinem aceti et fellis: in manibus vi
cula: et in pedibus afflictionem plagarum in toto corpo-
re flagellationem Et in opere detraxerunt predicationi.
conuersationi miraculorum operationi. Traditur et ligatur
iustus et innocens sicut agnus ad sacrificium et sicut la-
tro ad suspendium. et tamen non querit vindictam: non osten
dit impatientiam. immo arguit petrum amputantem auricu
lam cum posset obtinere a patre legionem angelicam duode-
nam. Ligatur ergo sicut latro: accusatur vt latro: condem-
natur vt latro: expellitur vt latro. plectitur inter latrones vt
princeps latronum. Ligaris domine vt soluas vincula peccatorum
vt dissoluas colligationes impietatis: et fasciculos dep-
mentes. Pungeris bone iesu spinis. clauis et lancea vt sit
in nobis recta intentio: discreta operatio: manifesta dilectio
Flagellaris: vt a me flagella tue iracundie propulsares.
Vulneratus es domine iesu propter peccata nostra attritus propter
scelera nostra: vt sint plage tue nostrorum vulnerum efficax me
dicina Tempus etiam dulcis iesu tuam aggrauat passio-
nem Passus enim es tempore nocturno: diurno: frigido: e-
stiuo. In matutinis castigatus. in mane accusatus in ter-
tia acclamatus. in sexta condemnatus. in nona cum clamo-
re et lacrimis expirasti. Plange igitur et dole: et satage
anima mea: et deducant oculi tui lacrimas. z non taceat pu
pilla oculi tui super fratrem tuum decorum nimis. z ama
bilem super amorem mulierum: qui vestiuit te coccino z
prebuit tuo cultui ornamenta. Dolebis nisi consideras
lacrimas mulierum. lacrimas piscatoris. lacrimas infan
tilium. si videas obtenebrationem solis vt celaret mem
bra domini patientis. terremotum. concussionem lapidum
resurrectionem corporum apertionem monumentorum
et velum dissolutum lacrimas patientis. et lacrimas ge
nitricis. Dolet enim beata virgo mater de proditione z ca
ptione. de condemnatione de crucifixione potissime in com
mendatione et depositione. Locus etiam tuam bone ie
su aggrauat passionem. Passus est enim dominus iesus in
presepio. in deserto in templo. in hospitio. in itinere. in hor
to. in atrio. in pretorio. in loco crucifixionis. In presepio
indigentiam in deserto pugnam. in templo resistentiam
in hospicio obseruationem detentoriam. in itinere fatiga
tionem et molestiam in horto sudorem sanguinis. verbum
et osculum proditoris vexationem corporis comprehensi
onem et ligationem cohortis. in atrio interrogationem
alaparum afflictionem trinam negationem. accusationem
in facie conspuunt. colaphis cedunt. in faciem palmis per
cutiunt. insultando et illudendo prophetam eum dicunt. in
pretorio iniquitatem testium. z accusationem infidelium
amarissimum flagellum. iniquum iudicium. illusionem per-
sequentium. Et vide peruersitatem nimiam. iniquitatem
maximam. Judicatur iudex veridicus rex. cruciatur ponti
fex. Vide iniquum iudicium ex parte testium. quia non con
ueniunt ex parte rei: quia accusatur innocens. Defecit e-
tiam in isto iudicio rectitudo animi. sciebat enim q per inui
diam tradidissent eum. Defuit etiam iusta causa: quia non
culpa propria sed aliena iustus ordo quia capitur et liga
tur ante sententiam. Admittit pylatus accusationem fal-
sam. condemnat innocentem ad crucis ignominiam. Eru
besce pylate iudex inique Quomodo vinceris: superaris
subuerteris: seduceris. qui prius eum eripere conabaris
iure communi: consuetudine loci: flagello corporis. Erubescite in
fideles. perfidi iudei qui magistrum vestrum dominum vestrum cruci
figitis et percutitis. Plectitur in loco crucifixorio pater na-
que dei filius. amor eternus sincerus. dulcis et suauis: in
mulieribus plangentibus: in iudeis infidelibus in latro
ne blasphemante. in populo acclamante: in matre lacri-
mante. Attende etiam et intellige anima mea genus mortis
sue. Illud enim genus mortis fuit turpissimum: vilissimum: a-
marissimum: acerbissimum. Spoliatur enim vestibus: expellitur
a ciuibus: cruciatur cum latronibus illuditur a militibus. Illudi
tur in domo herodis in veste candida in domo principis
colaphis sputis et alapa in pretorio iudicis in veste pur
purea in corona spinea in salutatione in genuflexione
irrisoria in cathedra crucis in titulo in consortio in multi
plici obprobrio. Fuit etiam amarissimum si consideres
qualitatem generalitatem diuturnitatem: et acerbitatem Cau-
sa enim non est tua sed mea domine iesu. tu enim solus fuisti absque
macula. Passus es generaliter vt videas igitur anima mea
generalitatem hanc Vide lectum sponsi non est floridus non
est aureus vel argenteus. sed durissimus nescit enim strami-
na deest culcitra linthiamina cooptoria puluinaria. Vi
de titulum famosum tripliciter a pylato conscriptum consi
dera cibum eius et potum comitatum eius. s. mulierum z latro
num verba et verbera vincula et flagella coronam z lanceam
Passus est etiam in omnibus partibus corporis vt tu mia redempto
ris amoueret transgressus preuaricatoris. Acerbitatem
etiam habet bone iesu passio tua et propter innocentiam ex parte
te tui excecationem z ingratitudinem ex parte populi z propter
complexionem ex parte corporis: compassionem ex parte
matris: et tui dilecti collegij: et quia pateris in partibus
magis passibilibus z sensitiuis quod accidit propter ra-
ritatem et teneritudinem carnium multitudinem ossium: et
collectionem neruorum Pateris igitur domine deus meus
dux meus et notus meus in latere manibus et pedibus vt
accellerares homini originalis actualis et venialis criminis
medicinam Dedisti etenim domine iesu christe sanguinem tu-
um in precium redemptionis: et in potum fidelibus ine
briationis in lauacrum coinquinationis in antidotum cu-
rationis in scutum presentis impugnationis. Fuit igitur

Epilogus dominice passionis

bone iesu lectus tuus durissim⁹: cibus ꝛ potus amarissimus cruciatus singularis ꝛ acerbissimus. nec reuocat te nec retrahit tenerrim⁹ amor matris aut timor turpissime mortis: non pudor spoliati corporis: non dolor singularis: aut fallacia sponsionis qꝛ indutus es veste nuptiali: instruct⁹ lege legali: armatus armatura spūali. Egredere igitur filia syon: et vide gloriam salomonis in equitatura: in ramis et vestibus et laudib⁹. Quō igitur emarcuit tancito flos glorie tue vmbra honoris tui. mirum cōuertunt honorem in obprobriū: dulcedinē ī absinthiū. Portas etenim crucem in humeris: spoliaris vestibus tuis cruciaris flagellis: satiaris obprobrijs. de vrbe expelleris. Uide nostri sapientiam salomonis a pte temporis passus ē etenim sexta feria hora sexta: vt hominem lapsum sexta hora ꝛ die ꝑ mortē suā repararet a pte medij hoc n. op⁹ nr̄e salutis ordo depoposcerat. Uide ꝛ patientiā: ipse etenim tāq̄ͣ agn⁹ q̄ portatur ad victimā et sicut ouis ad occisionē ductus est. Uide eius hūilitatē: qꝛ damnatꝰ cū latronibus. Uide caritatē: qꝛ indulget crucifigētibus Uide et paupertatē: paup enī fuit ꝛ in laboribus. Paupertatem tuā ostendit michi paup iesu: mater tua: familia tua domus tua: domus inq̄ꝫ presepij: cenaculi: patibuli: ꝛ mi muli in eqtatura asine et pulli. Ubi sunt insignia tua rex regum ꝑnceps pastorum vbi ē eqtatura tua: vestis purpurea: palatiū: sceptrum: soliū: et diadema regni vbi sūt ornamenta tua sacerdos in eternum ꝛ pontifex futurorū bonorū vbi sūt ꝑciosa annulus et gēma baculus ꝛ cappa serica: cyrotece ꝛ sandalia vbi sūt arma bellica fortia armature ꝛ milites noue. Non defuit tibi in gloria alapa vestis alba et purpurea nō defuit pugna supasti latronem et mortem spoliasti infernū ola spoliantem in funda viculorum in lapidibus v vulnerū ī baculo crucis. vbi sūt codices tui mgr̄ optime liber tuus: corpus tuū scriptus intus ꝛ foris scrip⁹ spinis et clauis illuminat⁹ vnda sanguinis ligat⁹ vinculis signat⁹ clauis Attēde ꝛ hui⁹ mortis diuturnitatē: ꝛ ꝑpositōnes acerbitatū: ꝛ pone super caput tuum sicut signaculum inter vbera tua sicut fasciculū sicut antidotum ꝯ oēm morbuꝫ Ascende super palmam crucis ꝑ cōpassionē: meditationē: imitationē vt apprehēdas dulcissimos fructus eius Uade ergo o aīa ad montē mirre: et considera altitudinē paupertatis: latitudinem caritatis: longitudinē acerbitatis: amaritudinem ꝛ dolorem mortis. et affer ramū virentis oliue ad archam tue conscie. Accipe etiā columba mea granū frumēti seminatū in incarnatione in terra virginis gloriose precisuꝫ in circūcisione excussum et flagellatum in passione candiduꝫ in mēte rubicundū in corpore. diuisū in latere: multiplicatū in morte: reconditū in horreo in ascēsione. Hoc sit tuum edulium pulmētū ꝛ viaticū. Si aūt fastidit appetitus ꝛ lacescat interior instus adhibe agnum immaculatum. adiunge et piscem assatuꝫ in craticula crucis. Reuera bone iesu agn⁹ es. et ꝑpter medicinā tuā patiētiam et innocētiā atqꝫ notitiā agnoscis q̄ppe mr̄em tuā ī pastibulo virginē virgini: euāgelista euangeliste cōmēdans Si aut āplius desideret gust⁹ tuus. si nō q̄escit appetit⁹: fac pulmētū de pisce assato vt comedas. Piscis assatus xp̄s passus ē: nutritus in aq̄s tribulationis: apt⁹ in latere: exquamat⁹ in expoliatiōe: fallit⁹ ī sputorū multiplicatione: assat⁹ in cruce Hui⁹ felle piscis inunge oculos tuos vt videas si ē dolor sicut dolor eius. Si contingat plerūqꝫ stare in acie: accipe scutū milicie vexillū victorie arcū glorie. Scutū hoc qō miles cōtra hostes dꝫ accipere. ꝑpter figurā picturā efficatiā et materiam crux dn̄i arbor salutifera est. Hui⁹ scuti cornua in manib⁹ crucifixi. Tria enī cornua tua exuperāt ꝑlia. Cornu n. paupertatis supat auaricie ꝑlium cornu hūilitatis pugnā suꝑbie: sed cornu aduersitatis lasciuiā voluptatis Istud scutū fuit rubricatum et picturatuꝫ sanguine veri agni: istud scutum fuit ꝑforatum lancea clauis et spina. Si autē nondum bene vales resistere vide arcū et benedic qui fecit illuꝫ. Iste arcus habet cordam ex corpore. lignum ex cruce. Iste arc⁹ ꝑcussit latronem morte: et vulnerauit hostem serpenteꝫ antiquum. Sed ne inermis et imperatus appareas ꝑcedat vexillum regis crux: ostendatur sanguis xp̄i militib⁹ vt in prelium acuantur et nō formidabitur fortis armatus. Si insurgat flatus elationis: ventus tribulationis: naufragium suggestionis ascende in nauiculam sancte crucis: bonis omnibus refertam in dextero latere ꝑforatam: ab hostibus violenter detractaꝫ: cathena vinculorū ligata. In hac inuenies filiuꝫ dormientem: ventis imꝑantem: et oīno naufragiuꝫ propulsantē. Per hanc fugabis periculuꝫ: et appropinquabis ad portum optimū. Ipsa enī crux sancta est lignū exiguū per qō factū est iudiciuꝫ veritatis. Si sit tibi clausa ianua paradisi adhibe tibi baculuꝫ sancte crucis et pulsa et aperietur tibi. Si autem ostium clausuꝫ est. et iaꝫ dormiunt pueri in cubili: et non habes qō ponas ante amicuꝫ tuuꝫ: accede ad archā sancte crucis: vt ide tres panes accipias: quos apponas hospiti recumbenti. panē humilitatis maxime panē patiētie: panē caritatis affluentissime. Si non potes tibi thesauruꝫ sapientie aperire: adhibe clauem dauid que apit nemo claudit. Si grauat longitudo itineris et concidit vultus tuus: et despas de viribus: accipe virgā et baculum sancte crucis: quo iordanē transeas huius mundi: ꝛ viaticum ligni vite ne in via deficias aut torpescas. Si viator in sollicitudine hui⁹ mūdi et serpentes igniti contra te morsum ꝛ amorem intentāt: aspice serpentem eneū positū supra palū: ne antiqui serpentis virus inficiat aut irrepat. Si spūo malus que q̄ accipiat arripiat cytharaꝫ sancte crucis: et refocillabitur: leuiusqꝫ habebit. Si in ua lueris egritudo aut infirmitas spūalis: adhibe tibi huius preciosi sanguinis medicinā. Si desperas ex meritis et videas tua opa nequaq̄ tibi sufficere: de statera crucis accipe decorum ꝑciū animarū. Et accipe in ara crucis hostiam immaculatā conscientiā ab opibus mortuis emūdanteꝫ. Deniqꝫ crux sancta et benedicta est in xp̄i corpore dedicata: ꝛ ex mēbris eius tanq̄ margaritis ornata decorata regis purpura: que meruit mēbra xp̄i tangere que sola digna fuit regeꝫ celorum ꝛ dn̄m sustinere. hec aug.

Unde beatus andreas ductus ad crucem et videns eaꝫ prorupit in laudem crucis et salutauit di. Salue crux q̄ in corpore xp̄i dedicata es. et ex mēbris ei⁹ tanq̄ margaritis ornata. anteq̄ in te ascēderꝫ dn̄s timorem terrenū habuisti mō vero amorē celestē obtines ꝑ voto susciperis securus ergo et gaudēs venio ad te ita vt ꝛ tu exultās suscipias me discipl'm eius q̄ pepēdit in te qꝛ amator tuus sp sui ꝛ desideraui amplecti te. O bona crux que decoreꝫ et pulcritudinē de membris dn̄i suscepisti diu desiderata sollicitudine amata sine intermissiōe q̄sita et iam concupiscēti aīmo ꝑparata accipe me ab hominib⁹ ꝛ redde me magistro meo vt ꝑ te me recipiat qui per te me redemit. De laude etiā crucis sic dicit. Crisosto. Si nosse desideras carissime virtutē crucis et quanta sit vt possū ad eius laudē dicere Audi Crux nobis totius beatitudīs causa est. Hec nos cecitate liberauit errorꝫ. Hec a tenebris reddidit luci Hec debellatos quieti sociauit. Hec alienatos deo coniunxit et longe constitutos ꝓximos presentauit. Hec pegrinos ciues ostēdit. Hec discordie amputatō ē. Hec pacis firmamētū. Hec omniū bonoꝝ operuꝫ largitio. Crux est clauis paradisi crux spes xp̄ianorū crux resurrectio mortuorū crux cecorū dux. crux errantium via claudorum baculus crux consolatio pauperꝫ. crux refrenatio diuitū. crux destructio supboꝝ. crux male viuētiū pena crux aduers⁹ demones victoria crux deuictio diaboli. crux adolescentium pedagogus. crux sustentatio inopum. crux spes despatoꝝ crux nauigātiū gubernator. crux pcclitantium portus crux obsessorum murus. crux pater orphanorum. crux defensor viduaruꝫ crux iustorū consiliarius. crux tribulatoruꝫ requies crux paruulorū custos. crux virorum caput. crux senum finis

Crisosto

crux lumen in tenebris sedentium. crux regum magnifi-
centia. crux scutum perpetuum. crux insensatorum sapiē-
tia. crux libertas seruorum. crux impitorum philosophia
crux impatorū lex. crux prophetharuz preconisatio. crux
annunciatio apostolorum. crux martyruz gloriatio. crux
monacorum abstinentia. crux virginum castitas. crux
gaudium sacerdotum. crux ecclīe fundamentuz. crux or-
bis terre tutela. crux templorum destructio crux ydolo-
rum repulsio. crux scandalum iudeorum crux perditio ī-
piorum. crux inualidorum virtus crux egrotantium me-
dicus. crux emundatio leprosorum. crux paraliticorum
requies. crux esurientiuz panis. crux sitientium fōs. crux
mōboꝝ protectio hec. Criso. Unde et Raba. Quantos (Raban⁹)
et quales fructus lignum sancte crucis germine suo p-
ferat: dignum est commemorare. Cuius fructus etern⁹
est: et radix perpetua. Cuius odor mundum replet ꝛ sa-
por fideles satiat. Cui⁹ solē splēdor supat: et cādor niuē
obfuscat. Cuius cacumen polum excedit: et cuius īfimū
inferna penetrat. Cuius infirmitas humilima exaltat.
Cuius potentia exaltata humiliat. Omnium n. virtutū
fecunditas per ipsum et in ipso mundo collata est. quia ī
ipso rerum perfectio completa est. In cruce insinuatur
s morte redemptio. demonstratur sancta morum con-
uersatio. intimatur omnium virtutum perfectio. promit-
titur ad eternam vitam resurrectio. eterne beatitudinis
speratur adeptio et vere felicitatis acquisitio. O vere bo-
na et vere sancta crux christi. quis te rite totam enarrare
potest: aut quis condigne digne laudare. Que celestium
archanorum pia es reuelatrix. Que mysteriorum dei sa-
cra es conseruatrix: queqꝫ sacramentoruz christi idonea
es dispensatrix. In te angeli gaudia sua accumulata con-
spiciunt: in te homines iura salutis sue cognoscunt in te
inferi iustam retributionem fraudis sue recipiunt. Oib⁹
es equa: omnibus bona: omnibus iusta: preterita reno-
uas: presentia illustras: futura premonstras: perdita req-
ris: quesita inuenis: inuenta custodis: lapsa restituis: re-
stituta gradu munis: munita in vitam pacis dirigis. Tu
quidem eterni regis es victoria: et celestis milicie leticia
terrigenatumqꝫ potentia: tu peccatorum es remissio: pi-
etatis exhibitio: et meritoruz augmentatio. Tu infirmo-
rum remedium: laborantium auxilium: ꝛ lassorum refri-
gerium: tu insanorum incolumitas: quietorum serenitas
et fortunatorum felicitas. Tu cura egrotos medicās: tu
gaudium mestos consolans: tu sanitas dolētes letificās
tu status credentium recte: tu firmitas operantium bene
tu beatitudo perseuerātiū rite. Sācta: pia: bona: iusta: be-
nigna: rōnabilis: venerabilis: amabilis: fortis: suauis: mi-
tis: sapiens: patiens: potens. Quicqd ergo corde digne
de redemptione nostra pōt cogitari: vl' quicqd rite līgua
loqui oīa ad laudem tuam decentissime possunt aptari.
Quia quicqd in te laudatur: crucifixo in te xpo regi de-
putatur: et quicquid xpo honoris datur ad reuerentiam
summi patris cuius ipse vnigenitus filius est refert. Et
iterum. Grandis consolatio fidelium est spes sancte cru-
cis: ꝛ materiam tribuit laudis: quia bonitatem nos facit
scire creatoris. Crux xpi via ē iustorum ascensus ad celū
rota de infimis ad superiora nos trahens: dux celi et ia-
nua regni. Huius pars erecta diuinū: trāsuersa cōmēdat
amorem fraternū. Cuius amoris integritatez xps nobis
ostendit ac suo exemplo nos instruxit: qui dilectam ala
suam in cruce moriens p amicis suis posuit: et nos idem
facere docuit. Hic amorez o deus semper laudabilis tu
pone in me: et timor noxius atqꝫ carnalis effectus pcul
recedant a me: vt gloria sancte crucis aucta et multipli-
cata in vera promissione: dignaqꝫ laude ineternum per-
sistat: ipsaqꝫ michi carmine et amore venerabilis: semp
laus eius in ore meo: et in corde exultatio sempiterna p-
maneat. vos quoqꝫ precor celestes plebes angeloruz a-
nimasqꝫ iustorum qui in conspectu diuine maiestatis ve-
raciter exultatis: vt sicut alleluya sine cessatione et amen
deo xpo ineternum cantatis: ita quoqꝫ nostram sortez p-
cibus adiuuare studeatis. quatenus beatitudinem veraz
quam tenetis iam pfecte tandē et vos p gratiam xpi me-
reamur accipere hec raba. Unde et cassiodo Crux ē hu- (Cassiodo.)
milium inuicta tuitio: superborum abiectio: victoria xpi
perditio diaboli: infernorum destructio: celestium refor-
matio: mors infidelium: vita iustorum. Et vt ait hiero. (Hieronim⁹)
ligno hoc vehimur per mare vndosum ad terram viuen-
tium. De his etiam que passus est dominus quasi con-
cludendo cum gratiarum actione et oratione sic dicit
ansel. Expgiscere nunc aīa mea. excutere de puluere et (rel.)
contemplare attentius virum hunc memorabilem quez
ecce in speculo euangelici sermonis quasi presentem in-
tueris. Cognosce anima mea cognosce. Hic est domi-
nus iesus xpus creator et saluator tuus. vnigenitus dei
filius. verus deus: ver⁹ homo: qui solus sub sole sine ma-
cula inuentus est: et ecce quoniam cum sceleratis repu-
tatus ē: et quasi vir leprosus et nouissimus virorum esti-
matus et tanqꝫ abortiuum qđ proiicitur ab vtero et ne-
mo curat. sic proiectus est ab vtero matris sue infelicis
synagoge. Iste formosus pre filijs hominum quasi defor-
mis pre filijs hominum factus. Siquidem vulneratus ē
propter iniquitates nostras attritus ē propt scelera no-
stra et factus ē olocaustū suauissimi odoris in conspectu
tuo pater eterne glorie: vt auerteret indignationem tu-
am a nobis: et consedere sibi nos faceret in celestib⁹. Re-
spice domine sancte pater de sanctuario tuo: et de excel-
so celorum habitaculo: et intuere hanc sacrosanctam ho-
stiam: quam tibi offert magnus pontifex noster sanctus
puer tuus dominus iesus pro pctīs fratrum suorum et
esto placabilis super multitudinem malicie nostre. Re-
spice domine in faciem xpi tui: qui tibi vsqꝫ ad mortez o-
bediens factus est. nec recedāt ab oculis tuis cicatrices
eius imppetuum vt memineris quantam pro peccatis
nostris satisfactionem ab eo susceperis Utinam domine
appendas in statera peccata quibus iram tuam merui-
mus: et calamitatem quam passus ē pro nobis innocēs
filius tuus. Certe hec grauior apparebit ꝛ magis digna
vt propter ipsam effundas misericordiam tuam sup nos
qꝫ sint ista peccata: vt pro illis contineas in ira misericor-
dias tuas. Gratias tibi domine pater referat omnis lin-
gua sup inenarrabili abundātia pietatis tue: qui vnico fi-
lio tuo non pepercisti: sed pro nobis illū tradidisti ī mor-
tem: vt tantum tanqꝫ fidelē aduocatum haberemus ī ce-
lo corā te. Et tibi dn̄e iesu zelotes fortissime. quid grax
qđ retributionis digne tribuā ego puluis et cinis ꝛ vile
figmētū: Quid em̄ pro nostra salute facere debuisti ꝛ nō
fecisti Ab imo pedis vsqꝫ ad summum verticis te totuz
in aquis passionis dimersisti: vt me totum de illis extra-
heres Nā et aīam tuā ī mortē pdidisti: vt meā pditā mi-
chi redderes. Et ecce me duplici debito obligasti. Nam
et pro eo qđ dedisti: et pro eo qđ mei cā perdidisti debitor sū
Et pro anima mea quidem bis michi a te data: semel
in creatione: semel in redemptione quid magis tibi iuste
reddaz qꝫ ipsam non habeo. Pro tua autem preciosa a-
nima ita tribulata: qđ ab hoīe digne repēdi possit: non i-
uenio Nam celū et terrā et omnē ornatū eorū possem
rependere: certe nec sic vsqꝫ ad mensuram debiti vllaten⁹
attingerem. Et si idipsum quod et debeo et possibile mi-
chi est tibi dn̄e retribuam: tuum domine totum est. Dili-
gendus igitur michi es toto corde: tota anima: tota mē-
te et tua michi sequenda vestigia qui mori dignatus es
pro me. Et quomodo fiet hoc in me nisi per te. Adhere-
at aīa post te. qz tota virtus eius pendet ex te. Et nunc
dn̄e redemptor meus te vt verū deum adoro in te credo
in te spero de quib⁹ possum desiderijs ad te suspiro. Ad-
iuua imperfectionē meā. Ad tue passionis gloriosa insi-
gnia in quibus salutē meā operatus es. me totū inclino.
Tue victoriose crucis regale vexillū in nōie tuo christe
adoro. Tuum spineuz dyadema tuos rubēte sanguine

clauos tuo sacro lateri imersaz lanceã tua vulnera tuũ sã
guinẽ tuã mortez: tuã sepulturã: tuã victoriosam resurre
ctionem et glorificationem xp̃e adoro supplex et glorifi
co: horum viuifico adoro spiritum meum a peccati mor
te resuscita: horum virtute ab astucijs sathane me custo
di meqz conforta: vt et iugũ mandatorum tuorum suaue
michi fiat et on⁹ crucis quod baiulare me iubes post te
humeris anime mee leue sit atqz portabile. Que enim
fortitudo mea: vt iuxta preceptum tuũ mundi pressuras
tam multiplices inuicto animo sustineaz. Sed audi que
so vocem meam et inclina super seruum tuum suauẽ cru
cem illam que lignum vite est his qui a pprehenderint il
lam. Istam inquam diuinissimam crucem humeris meis
impone: cuius latitudo est caritas super omnem creatu
ram se extendens: cuius longitudo eternitas: cuius sub
limitas oĩpotentia: cuius profundum inscrutabile est sa
pientia. Confige illi manus meas et pedes meos: et to
tam passionis tue formam seruulo tuo imprime. Da ob
secro michi continere ab operibus carnis que odisti: ⁊ fa
cere iusticiam quam dilexisti: et in vtroqz tuã querere glo
riam: et sinistram quidem meam clauo tẽperantie dexte
ram vero clauo iusticie in illa sublimi cruce affixam arbi
tror. Da menti mee iugiter meditari in lege tua: et deinde
cogitatum iactare in te: et dexterum pedem meuz eidez
ligno vite clauis prudentie affigi. Da vt ministram spiri
tus mei sensualitatem non eneruet labentis vite infelix
felicitas: nec conturbet perhennis vite preuia felix infe
licitas: et sinister quoqz pes meus clauo fortitudinis in
cruce tenebitur. Ut autem et spinarum tui capitis aliqĩ
me similitudo appareat dele obsecro mẽti mee ⁊ salubris
penitentie compunctio et aliene miserie compassio: ⁊ sti
mulus zeli emulantis illud quod rectum est coram te: et
ad te conuertar in erumna mea: dum triplex michi confi
gitur spina. Liber vt et spongiã per arundinem ori meo
porrigas et aceti amaritudinez gustui meo adhibeas: vt
per scripturas tuas rationi mee conferas gustare et vide
re quoniã florens hic mundus tanq̃ spongia inanis est ⁊
omnis concupiscentia eius aceto amarior: Ita pater in
me fiat vt calix iste aureus babilonis inebrians omnem
terram nec inani splẽdore seducat nec falsa dulcedine ie
biet. Tu quoqz viuifice mortis domine effigiem facies
in me seruum tuum: vt moriar quidem peccato secundũ
carnem: viuam autem iusticie secũdũ spiritum. Ut autez
integraz crucifixi imaginẽ portare me glorier: illius quo
qz qd̃ post mortem tuam insatiabilis malicia iĩpiorũ in te
exercuit: hanc in me similitudinẽ exprime. Vulneret cor
meum viuus et efficax sermo tuus: penetrabilior oĩ lan
cea acutissima: et ptingens vsqz ad interiora aĩe mee pro
ducat ex ea tanq̃ a dextro latere meo vice sanguinis et a
que amorẽ tuum dñe ⁊ fratris meorũ. Postremo munda
sindone prime stole spiritũz meũ inuolue in qua requiescaz
ingrediens ad te in locũ tabernaculi admirabilis: et abs
scondas me donec ptranseat furor tuus. Die autẽ tertio
post diem laboris post diẽ simplicis glorie: mane prima
sabbati perpetuo inter filios tuos me indignissimum re
suscita vt in carne mea videã claritatẽ tuã et adimplear
leticia vultus tui. Hec ansel. Imaginẽ itaqz crucifixi se
cundum modũ p̃missum portãs ite. ora ero ouare vt spi
ritus tuus inuolnat munda sindone puritatis et innocẽ
tie in qua absconsus a mundi vanitatibus sepeliaris ĩ se
creto mentis tue. et ibi requiescas in meditatione passio
nis dñice: mortuus qdẽ mũdo et viuẽs deo: et hoc aper
te signatũ est: vbi dicit: q̃ p̃cio sanguinis xp̃i empt⁹ est a
ger figuli in sepulturam pegrinorũ: vbi dicit glo. q̃ sepul
tura xp̃i nichil est aliud q̃ requies xp̃iani: et tunc cor tuũ
debet sigillari sigillo passionis xp̃i et clausuz teneri ac cu
stodiri. Deinde sic sepultus in secreto mentis tue ab oĩb⁹
vanitatibus: gloriosum triduuz mortis xp̃i pagas. Quo
rum primus dies afflictionis et penitentie: vt pro oĩbus
commissis vel obmissis deo voluntarie satisfacias. Secũ
dus dies est quietionis et gratie: vt in solo deo requiem
mentis ponas: quia in eo solo pax inuenitur et tranquil
litas. Tertius dies est p̃miationis et glorie: vt eius cõtu
erionem et amplexum feruenti desiderio iungitur concu
piscas. Quibus transactis in mane prima sabbati hoc est
in futura vita ppetua inter filios et electos dei gloriose
resusciteris: et in carne tua videas gloriosam humanita
tem xp̃i: in spiritu autez beatifice contempleris inestima
bilem claritatem dei et per hoc adimplearis perpetua le
ticia vultus eius.

Oratio

Domine iesu xp̃e qui pro redemptione mundi mise
rias et angustias obprobria et conuicia calumnias
et iniurias: penas et afflictiones passionem et mor
tem patienter ferre voluisti: tu per hec omnia que propt̃
peccata nostra pertulisti: a peccatis omnib⁹ et vicijs ab
omnibus huius seculi periculis et infernalibus penis: a
subitanea morte et eterna me libera: et da michi obsecro
te omnia que pro me tolerasti non fugere vel obliuisci: sz
pre oculis semper habere et ardenter amplecti: vt labo
ris et doloris participem etiam requiei et consolationis
tue me velis esse consortem Amen.

De sabbato sancto. Capitulum lxviii.

Mathei xvi.

Une autez sabbati

stabant simul in domo sautiis clausis domina et
alie socie cũ iohanne: afflicte et dolorose tanq̃
orbate et plene merore: memorantes angustias tribula
tionis hesterne. Sedebãt simul aspicientes se tãtum ad
inicem cũ lacrimis sicut contingere solet magna pressura
et calamitate grauatis. Successiue autez veniũt discipu
li plorantes et ipsi. Tandẽ cessantes a fletu loqui de dño
suo incipiunt: et cum lacrimis dise se redarguũt: q̃ eum
dereliquerunt. Et de his que fecerat dñs iesus cum eis
narrant adinuicẽ: mõ vnus modo alius et sic p ordinem
Intuere igitur eos diligẽter et eis cõpatere. qz ĩ magna
sunt afflictione. Quid enĩ est videre q̃ dña mundi et prin
ceps ecclesiarũ ⁊ omnium populorũ ducesqz diuini exer
citus sic timorosi et afflicti stãt in quadã domicula reclu
si nescientes qd̃ facere debeãt nisi q̃ cõferũt ⁊ se cõfortãt
de verbis et factis domini sui. Domina tamẽ semper
mente tranquilla et pacata stabat: quia certissimam spẽ
de resurrectione filij sui habebat: et in ea sola remansit fi
des ecclesie in ipsa die sabbati: et propterea specialiter di
es sabbati attribuitur ei. Et ideo alijs luminaribus ex
tinctis vna candela in tenebris seruatur accensa. quia
lumen fidei in sola remansit virgine maria. vnde augu.

Augusti

Quem genuit virgo iniuste mori dolebat: sperans autẽ
et firmiter credens ipsum secũdum promissum tertio die
morte deuicta resurgere. in hac enim sola iterim fides ec
clesie in triduo illo stabat. Et dum vnusquisqz vacillan
do hesitabat: hec que fide concepit fidem quam semel
a deo suscepit nunq̃ perdidit sp eqz certissima resurrecti
onis gloriã expectauit. Hec Augusti. Non tamen pote
rat ipsa domina gaudenter stare propter memoriã mor
tis filij sui passi iniuste. Et sabbato quidem siluerunt sm
mandatum legis id est ab operibus quieuerunt nã sab
batum custodire oportebat. et tunc neqz vẽdere neqz e
mere neqz quid tale aliquid fieri licebat. Unde ⁊ ipsum
sabbatũ requies seu intermissio est dictum. Magna est
dignitas sabbati. quia in eo tota trinitas requieuit. Naz
pater requieuit ab opere creationis qd̃ fuit magne potẽ
tie. fili⁹ ab opere recreatiõis qd̃ fuit infinite sapiẽtie. sp̃us
sanctus requieuit hodie in virgine quod fuit magne ⁊ in
finite bonitatis. qz ipsa stabat ceteris scilicet apostolis et
mulieribus a gratia spiritussancti cadentibus (Cũ autẽ
transisset sabbatuz) sero facto et stellis patentibus post
solis occasum. cũ operari erat licitũz (maria magdalene

tim maria eleo. et maria salo) vadunt emere aromata pro faciendis vnguentis ad corpus iesu sacratissimuz perun gendū. Intuere igitur eas diligēter ⁊ que faciūt quomo do eūdo et redeūdo mestis vultib⁹ more viduarū et or phanorū incedūt. Emūt aromata ⁊ redeuntes parāt se ad faciendū cōtra corruptionē vnguenta. q̄si nescientes illud ppheticū nō dabis sanc. tuū vi. cor vij theo. Neqꝫ tā fidē debitā adhuc habebant sed ei quasi puro homini aromata ⁊ vnguēta parabāt more iudeorū q̄ talia exhibe bant defunctis hec theo aromata dicunt q̄si aeromata qꝛ diffundebāt longe lateqꝫ odorē in aerē. ⁊ significāt vir tutes q̄s in conuersatione mulieres habebāt et famā cruci fixi q̄ lōge lateqꝫ diffusa dēda erat. deuote ergo mulieres ille et sctē que fuerāt viuēti obsecute vt etiā mortuo pie tate officiosa famularū possent īpēdere (emerūt aroma ta) ⁊ pauerūt vnguēta (vt venirēt) mane ex deuotione ad visitandū sepulcrū (vngerēt) corp⁹ iesu sacratissimuz neqꝫ enī vespere sabbati preoccupāte iā noctis articulo adire valuerūt monumentū. Cōspice nunc quō fideliter et deuore cū lacrimis ⁊ suspiriis p dño suo laborāt sm q̄ melius sciūt. Et in hmōi operib⁹ p totā noctē laboraue runt: et nichil vel parū qetis habuerūt. Dña vero ⁊ apl̄i aspiciūt et forte adiuuāt in qb⁹ pñt. Adiuua et tu eas si permitteris et potes. Uenit hic in cōsideratione quid fe cerit dñs in triduo mortis sue. Corp⁹ quidē eius fuit in sepulcro aīa vero cū sctīs patrib⁹ in limbo. ⁊ deitas vtri qꝫ cōiuncta. Nā qꝛ passio non attingebat in xp̄o diuinā naturā sed humanam. iō in morte xp̄i facta est sic diuisio aīe a carne vt tñ salua esset vnio tam carnis q̄ꝫ aīe cū di uinitate. vt enī ait leo papa. forma serui et forma dei que in vnitatē cōuenerūt nec separationē pñt habere nec fi nem. dū ita sibimet inheserūt vt siue in omnipotentia siue in cōtumelia nec diuina in xp̄o careāt humanis nec huā na diuinis. Tūc impletū est qđ de seipso dixerat. Sicut fuit ionas in vētre ceti tribus diebus et tribus noctibus sic erit filius hoīs in corde terre. Sepultura enī xp̄i tri duana in iona q̄ triduo fuit in ce. fuit pfigurata. hoc autē de sepultura xp̄i sm augu. accipiendū est sino dochice. s. accipiendo partē p toto. Fuit enī dñs in sepulcro per ex tremā partē parasceues per quā tota dies cuz sua nocte iam p̄terita accipitur. et p totū sabbatū qđ integrā diem et noctē cōplectitur. et p primā ptem diei dñice scꝫ p no ctem sequentē sabbatū per quam tota dies dñica ad quā pertinet intelligit. Et sic sunt tres dies naturales et que libet noctē suā habet p̄cedentē. Et tunc mutatus est or do dierū naturaliū nō q̄tum ad ordinem obseruationis sed q̄tum ad ordinē creationis. Nā ante ordo erat vt di es precederet noctem. qꝛ primo creata est dies ⁊ subsecu ta est nox. sed deinceps creator tēporū fecit vt nox prece deret diez qꝛ nox qua surrexit adiūcta est diei qua se ostē dit. vñ aug. Sicut p̄mo cōputabant dies ppter hoīs cō diti lapsum a luce grē in noctē culpe. ita nūc ppter hoīs reparationē p passionē et resurrectionem xp̄i a tenebris culpe in lucē grē merito cōputant vnde et Beda. Dñs actor et ordinator temporū q̄ in vltima noctis hui⁹ pte surrexit. totā eā nimirū eiusdem resurrectionis luce festi uam et chorusca reddit. Siqdez hucusqꝫ ab exordio mū dane creationis. ita temporū cursus distinguebant vt di es noctē precederet iuxta ordinē videlicet p̄me pditōis Hac aūt nocte tpm ordo mutat⁹ est p misterium resurre ctionis dñice. Nam qꝛ nocte a mortuis resurrexit die ve ro sequenti eiusdez resurrectionis effectū discipulis ostē dit et participato cū eis cōuiuio veritatē virtutis ei⁹ mi rantibus simul ⁊ gaudētibus astruxit rectissime nox illa sequētis diei luci cōiungit: ac si temporuz ordo statutus est vt dies noctem sequatur. Et quidē aptissime quon dam nox sequebatur diem qꝛ homo a luce padisi peccā do lapsus in hui⁹ seculi tenebras erūnasqꝫ decidit. Ap tissime vero nunc dies seqtur noctē q̄n per fidem resurre ctionis a peccati tenebris et vmbra mortis ad lucem vi te christo largiēte reducimur. vnde etiam petrus cātor. In exordio pditionis rex pputat dies cum nocte sequē ti qꝛ in primaria creatione rerum precessit dies noctem Primo. n. facta est lux postea vergente luce ad occasuz facta est nox et ita fuit vnus dies naturalis dies prece dens cum nocte sequenti In passione vero domini fa cta est mutatio ordinis naturalis vt .s. computetur non precedens cū die sequenti p misterio noxqꝫ p̄cedat dies ac super hoc dicatur mistice fuisse aliqñ tenebre nūc au tē lux in dño e nox precessit dies autem appropinquauit hāc autē cōmutationez naturalis cōputationis in artifi cialem voluit domin⁹ pfigurare in legitimis. Ideoqꝫ p cepit obseruātiaz sabbati et legalis fieri a vespera in ve speram hec pertus Et sicut visum est qdam dicunt hāc mutationem factam in parasceue. vt nox .s. quinte ferie fuerit etiam parasceues alii in nocte resurrectionis vt nox illa cōmunis fuerit sabbato ⁊ diei dominice sed to tum ad vnum tendit sensum et effectum Illa ergo hora qua saluator noster inclinato capite spiritum emisit cor pore in cruce derelicto animā simul cum diuinitate ad i ferna spolianda descēdit. Cum autem ad inferos descen deret et chorus angelicus ante faciem eius portas prin cipum tolli preciperet sanctorum populus qui teneba tur in morte captiuus voce lacrimabili clamabat. Adue nisti desiderabilis quē expectabamus i tenebris vt edu ceres vinculatos de claustris. Te nostra vocabant suspi ria te larga requirebant lamenta. Tu factus es spes de speratis magna consolatio in tormentis. Sed quis per singula dicere valeat quanta ibi leticia fuerit cum chri stus sol iusticie eis apparuit et habitantibus in regione vmbre mortis diu noue lucis expectata claritas radia uit. Et stetit dominus cum eis ibi et tunc fuerunt in glo ria nam visio dei perfecta est gloria. Ibidem fuit ⁊ latro cui dominus dixerat hodie mecum eris i paradiso No mine paradisi notatur ibi dei fruitio ⁊ visio diuina quia peracta passione tam ipse latro q̄ alii qui erant in limbo viderunt deum per essentiam Istud qđ christus infernū introiuit et sanctos letificauit pfiguratum erat in tribus pueris I fornace babilonis vbi ad ingressū angeli ignis versus est in fusilitatem roris Qui in fornace erant fue runt pueri sic in limbo non erant nisi innocentes et pu ri. Qui n. ante plenariam satisfactionem descendebant i purgatorio purgabantur et tunc ad limbum ascēdebāt Istud etiam prefiguratum fuit per danielem in lacu leo num cui dominus misit per abacuc prandium. Domin⁹ danielem illesum a leonibus custodiuit et per angelum refectionem sibi misit. Sic deus patres i limbo a demo nibus defensauit et tandem ipse veniens diuina refecti one eos pauit. Et sciendum q̄ nomen inferni sumitur dupliciter .s. pro pena et loco pene. Secundum primuz modum dicitur q̄ demones semper infernum secū por tant. Sed prout infernus pro loco pene sumitur sic qua druplicier distinguitur: Unus infernus damnatorum in quo est pena sensus et damni .i. sensibilis pene et diui ne visionis carentie et sunt ibi tenebre interiores .i. absē tia diuine gratie et exteriores .s. corporales. Super istū est limbus puerorum in quo est pena damni et non sen sus et sunt ibi tenebre interiores et exteriores. Super hunc est locus purgatorius in quo est pena sensus et dā ni ad tempus et sunt ibi tenebre exteriores et non inte riores quia per gratiam habent lucem interiorem. Su premus locus inter hec ē limbus sanctorum patrum i quo fuit pena damni et non sensus et fuerunt ibi tenebre ex teriores sed non tenebre interiores e priuationis gratie diuine. Ad hunc locum xp̄s descendit ⁊ suos q̄ nō ppter reatum persone sed ppter reatum nature detinebantur inde liberauit ⁊ sic infernū momordit quia partem eius abstulit et partem reliquit mortem vero pstrato mortis auctore quo ad electos penitus destruxit vt ille qui ni chil iuris habebat in capite quod inuasit per iniusti

Leo pa. Augusti. Augusti. Beda. Petr⁹ cātor

etiam plus perendi etiam id pderet quod habere videba
tur in corpore quod decepit. Xps n. scdm naturam diui-
nam impassibilis et immortalis fuit qz passio vel mors
pena est peccati sed ipse sine peccato venit et absqz pec-
cato vixit. scdm potentiam vero et mortalis voluit esse et
passibilis. Mercedem quoqz sue mortis dedit homini p
quo omnia sustinuit pro passione impassibilitatem pro
morte immortalitatem p peregrinatione eternam patriam

Leo papa. vnde leo pa. Persitit improbus predo et auarus exa-
ctor in eum que nihil ipsius habebat insurgere ab illo in
iquitatis exigens penam in quo nullam repperit culpã et
per iusticiã plus totius debiti summa vacuatur. Fortis
ille nectitur vinculis suis et omne cõmentum maligni in

Anselmus. caput ipsius retorquetur. Ligato mundi principe cap-
tiuitatis vasa reperiunt. vnde et anselm⁹. Uitam homo
deus cum ex debito mori nõ deberet quoniã peccator nõ
erat spõte sua dedit ad honorẽ patris cum eam sibi aufer
ri ppter iusticiam permisit. Dedit itaqz humana natura
deo patri in illo sponte et non ex debito quod suum erat
vt redimeret se in aliis in quibus quod ex debito exige-
batur reddere non habebat. Sic homo ille redemit om
nes alios cum qd sponte dedit deo cõputauit pro debi-
to quod illi debebant. Quo pcio non semel tantũ homo
a culpis redimitur sed quotiens cũ digna penitentia re
dierit recipitur hec ansel. Non tamẽ deus diabolum se-

Anselmus. fellit aut fallere voluit sed diabolus seipsum in deum in
surgẽdo decepit vnde idem ansel. Cur bone domine pie
redemptor potens saluator cur tantã virtutẽ operuisti
tanta humilitate an vt falleres diabolum qui fallendo
hominem eiecit de paradiso. Sed vtiqz veritas nullum
fallit qui ignorat qui non credit veritatẽ ipse se fallit qui
veritatem videt et odit vel cõtemnit ipse se fallit veritas
vtiqz nullum fallit. An ideo vt ipse diabolus se falleret
Sed vtiqz sicut veritas nullum fallit ita non intendit vt
aliquis se fallat quis hoc dicatur facere cum permittit
Non n. assumpsisti hominẽ vt te notũ opires sed vt igno
tum apires. Uerum deum vex hominẽ te dixisti et ope-
ribus ostendisti. Res per se fuit occulta non studiose oc
cultata Non sic est facta vt absconderetur sed vt suo ordi
ne pficeretur. Nec vt aliquẽ deciperet sz vt quẽadmodũ
oportebat fieret. Et si dicit occulta nõ est aliud qz non ẽ
omnibus reuelata. Nam et si veritas non omnib⁹ se ma
nifestat nulli tñ se negat. Ergo domine nec vt falleres
nec vt aliquis se falleret sic fecisti sz vt faceres qd et quõ
faciendum erat i veritate per omnia perstitisti. Qui ergo
se fefellit in tua veritate nõ de te sed de ppria queratur
falsitate hec anselmus. Predictus quoqz loc⁹ suprem⁹
.s. limbus patrum ad quem christ⁹ descẽdit sinus abrahe
dicebatur quia ibi abraham fuit cum liberandis cui pri
mo huiusmodi liberatio est promissa sed nunc celum em
pyreum sinus abrahe est quia ibi iam ẽ abraham. A nul
lo autem predictorum locorum est transitus ad alium
nisi de tercio ad quartum hoc est de purgatorio ad lim-
bum sanctorum. Unde quãdo cantamus libera animas
fidelium defunctorum de penis inferni sumitur ibi infer-
nus pro purgatorio sicut et ibi sumitur pro limbo quan
do christus dicitur ad inferos descendisse vel infernum

Gregorius. destruxisse. Igitur secundum greg. quod ante passionez
promisit in resurrectione sua dominus adimpleuit. Si
exaltatus inquit fuero a terra omnia traham ad meipsũ
omnia videlicet electa. Omnia namqz traxit qui de ele-
ctis suis apud inferos nullum reliquit quos suos in fide
et actibus recognouit. Expansis in cruce manibus exal
tatus a terra traxisti ad te omnia pcor et obsecro te beni
gne dñe noli me dimittere i sceno cõcupiscẽtiarum trahe
me ad te vt crucifigar tibi et mũdo mortuus tibi viuam
viuã vero iam nõ ego viuas autem i me christe. Cõside
ra hic attente quanta fuit christi benignitas in infer-
num descendere quanta caritas quãta humilitas. Pote
rat enim vnum ex angelis ad eos mittere et facere ipsos

seruos suos liberari et sibi presentari prout voluisset sz
hoc suus amor et humilitas sustinuisset. Per seipsum ad
inferna descendit et non vt seruos sed vt amicos domi-
nus omnium eos visitauit et ibidem vsqz ad diem dñi-
cum prope aurorã cũ eis stetit. Jubilauerunt sancti pa-
tres in suo aduentu et repleti sunt iocunditate immensa
omni miseria procul pulsa. Et procidentes adorauerũt
et surgentes stabant in laudibus et canticis coram eo cũ
reuerantia et ingenti exultatione. Et in huiusmodi lau-
dibus et canticis et iubilationibus steterunt in limbo vsqz
prope auroram diei dominice. et in conspectu etiam
multitudinis angelorũ ibidem exultantiũ et iubilantium
cum eis. Assiste et tu ac in vocem exultationis et iubila-
tionis erũpe sanctorũqz melodie tuas preces interpo-
ne. O qz dulce et qz iocundũ talibus interesse vel saltem
a longe talia contemplari. ¶ Tunc portis inferorum cõ
fractis et diabolo magno alligato accepit eos domin⁹
cum exultatione ab inferis educens. et ante eos cum glo
ria et triumpho letus procedens sanctorumqz exercitu
comitante ad superos rediẽs posuit eos in paradiso de
litiarum et voluptatis qui est ad orientem in extremis
maris. Tunc verus sampson moriens hostilem exerci-
tum prostrauit et agnus sine macula in sanguine testa-
menti sui de lacu in quo non erat aqua vinctos eduxit.
Tunc quoqz angelus loth cum suis de zodoma eripuit.
et nepharios igne sulphureo inuoluit. Tunc etiam an-
gelus egyptum deuastauit. et filios israel inde liberauit
Cum ergo fortis armatus scilicz diabolus custodiret a-
trium suum id est limbũ: christus fortior superueniẽs a-
trium suũ intrauit ipm per crucẽ suam deuincens alliga
uit. Istud banaias olim in figura demonstrauit qui ad
leonem in cisternam intrans cum virga sua ipsum pro-
strauit. Sic cristus intrauit ad diabolum in infernũ et p
sanctam crucem prostrauit ipsum. Per fortissimum eti-
am sampsonẽ christus fortissimus designatur. a quo in-
fernalis leo scilicet diabolus superabat et potentia sua
priuabatur. et tunc homo est liberatus de captiuitate di
abolica que olim fuit in captiuitate egiptiaca prefigura
ta. ¶ Filii israel in egypto a pharaone oppressi clamaue
runt ad dominum pro sua liberatione. et misertus domi
nus liberauit eos de captiuitate. Ita genus humanum
a principe tenebrarũ detentum clamauit pro sua redem
ptione ad dominũ: et misertus eius liberauit ipsum. Hãc
liberationẽ hoĩs deus prefigurauit quando abrahã de
vr chaldeorũ liberauit. Chaldei enim vr hoc est ignẽ p
deo coluerunt: quod cũ abraham renueret ipsum in ig
nem proiecerunt. Deus autem verus quem ipse coluit
de igne eum liberauit. sic et sanctos de inferno redemit.
¶ Hanc etiam redemptionem hominis deus prefigura
uit: quando loth cum suis de subuersione zodome libe-
rauit. De zodomis tantum boni liberati fuerũt mali au
tem igne et sulphure interierunt. Sic christus bonos tã
tum de limbo liberauit de inferno aũt dãnatorũ ne-
minẽ eripuit. Et iusti quidẽ cum tanta leticia liberantur.
Sed quid putas indicibilis amaritudinis: et inconsola
bilis doloris immo extreme damnationis accidit. rema
nentibus in igne extinguibili verme immortali tenebris
palpabili morte infinibili. ¶ Ue illis quibus datum est
hoc potius experiri qz credere vel timere. ¶ Aliqua ve
ro morula in paradiso facta cum eis: et etiam cum helia
et enoch ipsum recognoscentibus et exultantibus dixit
eis. quia esset tempus vt iret ad excitandum et reassumẽ
dum suum corpus. Qui omnes procidentes adoraue-
runt: rogantes vt cito rediret quia gloriosissimum cor-
pus suum videre plurimũ affectabãt. Da et michi domi-
ne benignissime corpus tuum gloriosissimum in secundo
aduentu tuo cum gaudio videre. et de tua visione eter-
naliter cum electis tuis gaudere. Considera nunc quo
modo omnia que xps pro nobis pertulit pro nostra vti
litate pati voluit. vnde hiero. quedã ex his colligens sic Hieroni

dicit. Obprobria autem eius nostrum abstulere obprobrium. ¶ Vincula eius nos liberos fecerunt. ¶ Corona spinea capitis eius diadema regni adepti sumus vulneribus eius sanati sumus. Sepultura eius resurgimus et descensu ad inferos ascendimus ad celos.

Oratio.

Bone iesu nec adhuc satiata est tue ineffabilis clementia pietatis nisi et inferni claustra penetrans tuos captiuos redimas. Descendit igitur illa felix tua et sanctissima anima ad inferos educens vinctos de tenebris et vmbra mortis. Descendat et nunc iesu misericors per hanc ineffabilem pietatem tuam gratia et misericordia tua super animas famulorum famularumqz tuorum parentum et propinquorum meorum familiarium benefactorum et recomendatorum vt eas a penis quas pro peccatis suis merentur eripias et ad gaudia eterna perducas. Amen

De resurrectione domini. Capi lxix.

ma xxix. Hieroni

Nunc secundum hiero.

[N]orom atib[9] redolentib[9] cum sponsa et adolescentulis que currunt post eam conspergimus librum et cubiculum mentis nostre. Nunc introducit nos rex in cellaria sua nunc surgit amica maria hyemps abiit pluuia recessit flores visi sunt in terra nostra Vox turturis audita est in terra nostra. Vinee florentes dederunt odorem. Redit sponsus de vmbra sub qua dormit in meridie. Radix amara crucis euanuit flos vite cum fructibus erupit et qui iacuit in morte surrexit in gloria sol post occasum oritur aquile ad corpus congregantur. Post sabbata tristia felix irradiat dies que primatum in diebus tenet luce prima in ea lucescente et domino in ea cum triumpho resurgente et dicente. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea hec hiero. vnde et aug. (Augusti) Post illusiones et verbera post aceti et fellis pocula mixta post supplicia crucis et vulnera et postremo post ipsam mortem et inferos surrexit de suo funere caro noua redit ab occiduo latens vita et in morte salus reseruata resurgit pulcrior reditura post funus hec aug. Vesiens itaqz dominus iesus die dominico et summo mane cum honorabili multitudine angelorum ad monumentum et reaccipiens illud corpus sanctissimum propria virtute resurrexit et ex ipso monumento clauso processit. Nemo quippe tam facile excitatur et surgit a somno quam christus surrexit a morte et sepulcro quia excitatus est tanquam dormiens dominus qui etiam de se dicit ego dormiui et soporatus sum et exurrexi quia dominus suscepit me. Sicut autem christus exiuit clauso virginis vtero sic potuit clauso prodire sepulcro hoc tamen aliter fuit quia in resurrectione habuit corpus gloriosum cui aliud non resistit sed exitus de vtero virginis miraculosus fuit vt autem sit (Beda) Beda resurrexit dominus mane de monumento in quo sero iam facto erat depositus vt adimpleretur illud psalmiste ad vesperum demorabitur fletus et ad matutinum leticia. (Et ecce terremotus) domino resurgente (factus est magnus) cuius causa subdit (angelus enim domini descendit de celo) et virtute eius factus est terremotus quia corporalia obediunt angelis ad nutum quantum ad motum localem. Sicut in passione christi terra mota est in signum tristicie sic in resurrectione eius mota est in signum leticie vbi beda (Beda). Quod etiam terremotus resurgente domino de sepulcro: sicut et ipso moriente in cruce factus est magnus significat terrena prius corda per fidem passionis ac resurrectionis eius fore concutienda ad penitentiam et saluberrimo pauore permota ad vitam sublimandam perpetuam. vbi et Seuerianus (Seueria). Si autem sic terra tremuit cum dominus ad veniam suorum resurgeret: quomodo contremiscet cum noxiorum omnium resurget ad penam. Et quomodo domini presentiam sustinebit que angeli presentiam sustinere non valuit. Et notandum quod legitur terremotus factus in legis datione. vnde psal. terra mota est. etenim celi distillauerunt a facie dei synay a facie dei israhel. In christi passione mota est. vt visum est supra. In resurrectione mota est vt hic dicitur. In iudicio generali erit terremotus vt infra patebit. Secundum hec moraliter in terremotu significatur contritio que prouenit secundum quatuor predicta. videlicet ex consideratione diuinorum mandatorum hoc est in legis latione ex consideratione passionum christi et dolorum et hoc est in passione ex consideratione amisse vel dilate beatitudinis. et hoc est in resurrectione ex consideratione pene gehennalis et hoc est in extremo examine. Merito autem christus exaltatus est a deo vsqz ad gloriam resurrectionis. quia propter obedientiam dei patris se humiliauit vsqz ad mortem crucis. vnde ansel. (Anselmus) Resurrectionis sacre gloria sublimandus ludibria perfidorum asperitatem verberum crucis obprobrium fellis amaritudinem et ad vltimum mortem sustinuit. admonens suos vt si post mortem ad gloriam peruenire contendunt vite presentis angustias et labores: prauorumqz oppressiones: non solo equo animo tolerent: sed omnia huius mundi aspera pro premijs eternis ament: appetant: et gratanter suscipiant hec anselmus. Sicut ergo humiliatus est christus per hoc quod mala sustinuit moriendo vt nos liberaret a malis: ita glorificatus est resurgendo vt nos promoueret ad bona. secundum illud quod ait apostolus. mortuus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram. Sustinuit enim passionem pro nobis vt nos a pena inferni liberaret. et resurrexit a mortuis vt nos de morte ad vitam traheret. Vnde bene suam resurrectionem longius quam vsqz in diem tertium differre noluit: ita vt duabus noctibus et vno die in sepulcro quiesceret. nox enim ad peccatum pertinet et natura quidem humana duabus mortibus tenebatur astricta anime propter peccatum. carnis propter vindictam peccati ¶ Quia ergo dominus sola carne mortuus est vt nos a morte anime et carnis liberaret. recte duabus noctibus et vna die in sepulcro quiescere voluit. quia videlicet lucem sue simple mortis tenebris duple nostre mortis adiunxit et per suam simplam mortem nostram duplam damnauit. Si enim ipse vtranqz suscipere nos a nulla liberaret. sed vnam misericorditer suscepit et iuste vtranqz damnauit simplam suam duple nostre contulit et duplam nostram moriens subegit ¶ Due ergo noctes significant duas nostras mortes. dies vero significat suam mortem que fuit lux nostrarum mortium. Vnam abstulit: alteram ad exercitium electis reliquit. quam denuo veniens exterminabit. ¶ Resurrectio itaqz sua est causa efficiens nostre resurrectionis que fit in presenti et que fit in futuro. ¶ Resurrectio que fit in presenti est nostra iustificatio et dicitur resurrectio prima. vnde in Apocalip beatus qui habet partem in resurrectione prima. Resurrectio que fiet in futuro est corporis resuscitatio. et dicitur resurrectio secunda. vnde in ozee. viuificauit nos post duos dies. et in tertia die suscitauit nos. Ad resurrectionem quippe primam duo dies requiruntur. scz ablatio omnis culpe et collatio consummate gratie nullus enim resurget resurrectione secunda ad gloriam nisi prius resurrexerit resurrectione prima per gratiam. Mortuus autem fuit christus quadraginta horis. vt quattuor mundi partes que in decalogo legis mortue erant viuificaret. Prima quoqz die ebdomade surrexit vt ea die mundum innouaret qua eum creauerat In tertia vero die passionis surrexit vt eos qui trib[9] temporibus scz ante legem: sub lege: sub gratia in peccatis mortui fuerant subleuaret. et nos qui factis dictis cogitationibus labimur per fidem sancte trinitatis resurgamus. Et secundum augu. (Augustinus) Ideo post tres di

es resurrexit vt in passione filij totius trinitatis modo
staretur assensus triduum n. legitur in figura quia trini
tas que in principio fecerat hoiem ipsa in fine hominez
per xpi reparat passionē. Ideo etiam resurrectionē suā

Leo papa.

dominus sic accelerare voluit ne discipulos diu i mesti-
cia cruciari pmitteret. vnde Leo papa Dominus nēpe
christus ne turbatos discipulos animoo longa mestitu-
do cruciaret denuncia tam tridui moram tam mira ce-
leritate breuiauit vt dum ad integrū secundū diem pars
primi nouissima et pars tercij prima concurrit et aliqn
tulum de spacio temporis decideret et nihil dierum nu
mero deperet. Resurrectio igitur saluatoris nec animaz
in inferno nec carnem diu morata est in sepulcro et tam
velox viuificatio fuit icorrupte carnis vt magis ibi esset
soporis similitudo q̄ mortis Quoniam deitas que ab
vtraqz hominis substantia non recessit quod potestate
diuisit potestate coniunxit hec Leo Passionis igitur ꝛ
resurrectionis exemplum christus nobis prebuit passio
nis ad firmandam patientiam et resurrectionis ad exci
candam spem vt duas vitas in nobis ostenderet in car
ne vnam laboriosam quam tolerare debemus alteram
beatam quam sperare debemus Resurrexit autem chri
stus cum corpore glorioso cuius dotes sunt claritas agi
litas subtilitas et impassibilitas. Quāuis em aīa christi
a principio sue conceptionis fuerit gloriosa per apertaz
visionem et perfectam fruitionem diuinitatis. dispensa
tione tamen et dispositione diuina factum est vt glo-
ria anime eius non redundaret in corpus vt sic corpus
esset passibile et mortale ad implendum precium et mi-
sterium redemptionis humane in sua passione Et ideo
peracto misterio passionis et mortis anima christi statiz
resumpto corpore in resurrectione in ipsum corpus suā

Augustinus

gloriaz derivauit et ita factum est corpus christi glorio
sum. Vt enim ait Augustinus carnis quippe ille gere-

Leo papa.

bat infirmitatem que infirmitas resurrectione consum-
pta ē Unde et Leo papa. Sicut ergo dicit apostolus ꝛ
si cognouimus christum ēm carnem sed nunc iam non
nouimus eius namqz resurrectio nō finis carnis fuit sz
commutatio nec consumpta est substantia virtutis aug
mento. Qualitas transijt non natura defecit. Et merito
dicitur eius caro nesciri in eo statu quo nota fuerit quia
nihil in ea passibile nihil infirmū remansit et vt ipsa sit p
essentiam et non sit ipsa per gloriam hec Leo Interim
igitur o anima mea deponamus pissimis tristicie que-
relas ac nubila meroris et in leticie respiremus serenuz
et qui funera redemptoris nostri prosecuti fuimus cum
lacrimis qui mortem nostram moriendo destruxit De
ipsius resurrectione et gloria iocundemur qui vitam re
surgendo reparauit Christus n. resurgens ex mortuis
iam non moritur mors illi nō dominabitur Induit em
eum dominus pater stola immortalitatis et glorie et co
ronam pulcritudinis posuit super caput eius iocundi-
tatem et exultationem thesaurisauit super eum. Totuz
igitur in eo plenum est gaudio totum leticia cumulatū
totum exultatione refectum. Caro n. christi flos ille pul
cerrimus de radice yesse qui in natiuitate floruit quia ex
virgine sine peccato tanq̄ pulcerrimi floris singulare
decus emicuit in passione defloruit quando neqz speci-
es neqz decor ei fuit sicut in resurrectione resumpto etiam
sanguine fuso in cruce cum omnibus que sunt de verita
te humane nature per gloriam refloruit vt omniuz esset
decor Nam corpus illud gloriosissimum subtile agile ꝛ
immortale tante claritatis superuestituz est gloria vt ve
re sit sole fulgentius exemplarem preferens pulcritudi
nem suscitandorum corporum humanorum de quibus
ipse saluator ait Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno
patris scilz beatitudinis sempiterne. Quod si quilibet iu
stus fulgebit vt sol quanti putas esse fulgoris ipsum iu-
sticie solem. Tanti inquam est vt sit speciosior sole et su
per omniuz dispositionē stellarū luci compat⁹ decor pre
cipitus non immerito iudicetur. ¶ Tunc renouata est vt
aquile iuuentus christi tunc leo suum catuluz suscitauit.
Tunc fenix reuixit. Tunc ex eodem luto fractis vasis fe
cit aliud vas figulus sicut placuit in oculis suis. Tunc
ionas de ventre ceti illesus exiuit Tunc vestitum est cā
delabrum auro Tunc suscitatum est tabernaculum da-
uid quod cecidit Tunc refulsit sol qui prius erat in nubi
lo Tunc viuificatum est granuz frumenti quod cadens
in terra mortuum erat. Tunc ceruus resumpsit cornua.
Tunc sampson tulit portas ciuitatis et exiuit Tunc Jo
seph eductus de carcere tondetur et constituitur dñs e-
gipti Tunc concissus saccus circūdatur leticia. Magna
igitur et sollennis valde est sollennitas pascalis et cete-
ras precellit sollennitates. Unde omnes dies dominici
octaue sunt huius festi. et in eo omnia signa leticie ppo-
nuntur Dignitas quippe dñice diei notatur in hoc q̄ su
it prima dierum. Item nox illam non precessit. Item vt
dicit erit vltima dierum nox. Item nox illi nō succedet.
Item celum et terra sunt in ea creata. Item angelus est
in ea creatus et ad deum conuersus. Item primo data
sunt in ea filijs israel mandata. Itez christus in ea natus
est Item christus in ea surrexit. Itez spiritussanctus da-
tus est in ea apostolis. Item in ea omnes resurgemus
atqz iudicabimur. Itez in ea continuandū est perpetuo

Gregorius

in laude dei vn̄ grego Hanc recte nobilitatē sollennita
tis dicis. q2 sollennitates ceteras antecedit. Sicut em in
sacro eloquio sancta sanctorum vel cantica canticorūz p
sui magnitudine dicuntur ita hec festiuitas recte dici po
test sollennitas sollennitatū. Ex hac quippe sollennita-
te exemplum nobis resurrectionis datū est: spes celestis
patrie aperta: et facta superni regni iam presumptibilis
gloria. Per hanc electi qui quis in tranquillitatis sinu
em apud inferni claustra tenebantur ad paradisi amena
reducti sunt. Que est ergo ista sollēnitas que inferni clau
stra destruxit: et ianuas nobis regni celestis aperuit. vn̄

Augustinus

et augusti. Alacrior dies illa refulget nox de visitatis so
lis circulis illuminata predarius: sed de lumine agni re-
surgentis illustrata sublim⁹. Hac eniz die sol iusticie cri
stus ascendit ab inferis: et idcirco pulsemus cytharā da
uid canentes Hec est dies quam fecit dominus exulte-
mus et letemur in ea Contemplemur hunc diem qualē
noctem habuerit genitricem. Nox que celum luminari-
bus imitatur: immo in qua celum et terra letatur nox bo
ne parturitionis: nox sancte regenerationis: nox de qua
dicitur. et nox sicut dies illuminabitur. et ab ipsa est dies
quam fecit dominus dies dominicus. Et recte dies di-
citur lucis in quo fugerunt tenebre cecitatis. Exclama-
uerunt qui erant in regione vmbre mortis: q2 lux orta est
illis letetur terra quia nouam lucem vidit letentur ꝛ an
geli quia peccatoribus dominus claritatem dedit. Con
tremuerunt inferi sustinendo splendorem insolituz: et in
curuatum est omne genu christo domino celestiuz. terre
strium: et infernorū. Omnia ergo nobiscum hodie triū-
phant et angeli et archangeli. ceteriqz beatorum spiritu
um ordines nobiscum festa concelebrant. ¶ Nos quoqz
imitamur cantilenam cantantes cantica celestia que ad
huc humana cantare non potest lingua. Exultemus er-
go in domino sed in timore non remissa securitate. Naz
et beatus Johannes precursor exultauit in vtero ma-
tris: sed vinum nō bibit precepto angeli gabrielis. Nos
autem qui infirmi sumus sobrie bibamus: modum non
excedamus. vt leticia nostra cum exultatione nullā sen-
tiat corporis tempestatē: sed per sobrietatis serenitatez
portū intremus salutarez. Accepimus ieiuniorū palmā
festiuitatis non amittamus victoriam quā nobis tribu-
at dñs christus adiuuando. q2 vicit in nobis patiendo:
vt digno carmine triumphemus cantates. absorpta est
mors in victoria alleluya. Ignitam quippe rumpheam
illam et paradisi ianuam quam nullus effringere potuit
hac die christus cū latrone reserauit dicēs ad angelos

aperite mihi portas iusticie et ingressus in eas cōfitebor
domino. Ex eo nimirū tempore quo passus domin⁹ por
ta hec et clausa ⁊ reserata est. Clausa quidem incredulis
et peccatoribus reserata vero iustis et credētibus. Quo
modo mater dñi Maria inter omnes mulieres princi-
patū tenet ita et inter ceteros dies hec omnium mater
est. Hec dies est vna de septem. et extra septem. Hec est
dies que appellatur octaua. vñ ⁊ in quibusdam sanctoꝝ
titulis superscribitur pro octaua. Hec est dies in qua sy
nagoga finitur et ecclesia nascitur. Hec est in cuius nu-
mero octo anime seruate sūt ī archa Noe. Et quid mihi
necesse est infinita replicare. Dies mihi deficiet si volue
ro omne diei istius exponere sacramentum. Hoc tantū
dico q̄ vniuersa sabbati gratia et antiqua illa festiuitas
populi iudeoꝝ diei istius solennitate mandata ē. Illi in
sabbato non faciebant opus seruile nos ī die dñico hoc
est in die resurrectionis opus seruile non facimus. Illi
de domibus suis nō egrediebantur et nos de domo xp̄i
nō egrediamur. Illi non accēdebant ignem in die sabba
ti nos econtrario accēdamus ī nobis ignē spiritussancti
De quo igne dñs ait. Ignem veni mittere in terram et
quid volo nisi vt ardeat. Desiderat domin⁹ istuꝫ ignem
ardere in nobis spiritūsanctum feruere vt non refrige-
scat caritas dei. Illis agnus aut hircus nobis christus
occiditur. Pro quibus vniuersis fratres consona voce
pariter cātemus hec dies quā fecit domin⁹ exultem⁹ et
letemur in ea. Hinc ergo et a nobis alleluia decantetur
quod latine laudate dominū interpretatur. Laudem⁹ do
minū fratres vita lingua corde et ore vocibus et mori-
bus. Sic enī sibi dici vult deus alleluia vt non sit in lau
dante discordia. O felix alleluia in celo vbi templuꝫ dei
sunt angeli. Ibi enī concordia summa laudantiū vbi nul
la lex in mēbris repugnat legi mentis vbi non est rixa
cupiditatis in qua periclitetur victoria caritatis. Hic er
go alleluia cantemus adhuc solliciti vt illic possim⁹ ali
quando cantare securi quando s. hoc mortale corpus im
mortale ⁊ incorruptibile factum fuerit quādo tota tem
ptatio perierit O felix illic alleluia. o vita secura o sine ad
uersario. o vbi nemo erit inimicus nemo perit amicus
¶ Ibi laudes deo et hic laudes deo sed hic a sollicitis
ibi a securis hic a morituris ibi a semper victuris hic in
spe ibi in re. hic in via ibi in patria. Modo ergo fratres
mei cantemus non ad delectationem quietis sed ad so-
latium laboris. Quomodo solent viatores cantare can
ta et ambula et cantando laborem consolare. Pigritiaꝫ
noli amare sed ambula et in bono proficere. Canta et am
bula noli errare noli redire noli remanere hec augusti.

Beda.

Unde et beda. Et quoniā huius vita tota in dei laude ge
ritur cessantibus cunctis langoribus merito ī diebus ī
memoriam huius nostre quietissime ac felicissime actio
nis crebrius ac festiuius alleluia canere solem⁹ alleluia
namq; hebreus sermo est et interpretatur latine lauda-
te dominum Deniq; in psal. vbi nos canimus laudate
dominum. pro hoc verbo apud hebreos semper canitur
alleluia. Quod euāgelista iohānes in apocalipsi sua ce-
lestiū agmina virtutuꝫ cantica se audisse perhibet. Sed
et venerabilis pater Tobias intelligens qualis super-
noꝝ ciuiū gloria quāta ipsius hierusalem celestis sit cla
ritas hec mystica voce dicebat. Ex lapide precioso ⁊ au
ro mundo omnes platee eius sternentur et p vicos eius
alleluia cantabitur hec beda. Resurge nunc anima mea
cū xp̄o de sordido pctī sepulcro respira iam in spem re-
surrectionis et vite perhēnis ꝓ amore dei moriamur in
presenti vita vt post resurrectionem viuamus in futura
Quia si pro amore xp̄i nunc mortuum corpus portam⁹
tunc ī letabundo gaudio cum ipso cōregnabimus. Sic
ergo curremus interesse festis hominum vt mereamur

Grego.

etiam interesse festis angelorum. Unde grego. Ecce pa
schalia solemnia agimus sed ita viuendum est nobis vt
puenire ad eterna festa mereamur Transeunt cunctaq̄
temporaliter festiue celebrantur Curate qui his solēni-
tatib⁹ īteresse ne ab eterna solēnitate separemini Quid
prodest interesse festis hominum si deesse contingat fe-
stis angeloꝝ. Umbra venture solemnitatis est solēnitas
pñs. Idcirco hanc annue agimus vt ad illam que non ē
annua perducamur. Cum hec statuto tempore geritur
ad illius desideriū memoria nostra refricatur. Frequē-
tione ergo gaudij tpalis ad eterna gaudia mens incale
scat et ferueat vt ex veritate leticia pfruatur in patria q̄
de vmbra gaudij meditatur in via hec greg. Christus re
surrectionem suam per sampsonē fortissimū olim figu-
rauit qui ciuitatē inimicorū suorum introiuit et ibidem
nocte dormiuit. Et cum inimici portas ciuitatis custo-
dirent vt ipsum mane cōprehenderent ⁊ occiderēt ipse
media nocte surrexit et portam ciuitatis secum detulit.
Sic christus vrbem hostium suorum hoc est infernū po
tenter intrauit et destructa medis nocte surrexit. Chri-
stus etiam p ionam resurrectionē suā prefigurauit queꝫ
in ventre ceti per triduum viuū conseruauit et post tri-
duū cetus ipsum de ore in terram viuū emisit. Fuit etiā
resurrectio xp̄i prefigurata per lapidem quē reprobaue
runt edificantes templum domini. Qui cū ab eis ꝓpter
ineptitudinē abiectus esset tandem consūmato templo
cum lapis angularis poni deberet q̄ in se duos parietes
cōplecteret non ē inuētus lapis ad hoc aptus nisi ille q̄
ab edificantibus erat reprobatus. Christus erat lapis
reprobatus in sua passione et factus est ecclesie lapis an
gularis in sua resurrectione. ¶ Tunc adimpleta est illa
prophetia dd. Lapidem quē repro edifi. ⁊c̄ et ideo ip-
sa cantatur in festo resurrectionis. Lapis iste duos pa-
rietes in tēplo dñi coadunauit qr christus de populo gē
tili et iudaico vnam ecclesiam edificauit. In hoc edificio
ꝓ cemento vsus est suo sanguine ⁊ pro lapidib⁹ suo sa-
cratissimo corpore.

Oratio.

Domine iesu xp̄e dulcor vnice qui ruptis vincu-
lis mortis glorificasti corpus tuum ⁊ ītā ineffabili
gloria surrexisti p̄cor et obsecro te per tuā resur.
floridā da mihi vt a vitiis ⁊ a morte anime resurgens in
virtutibus semp floreā et in nouitate vite ambuleꝫ vt q̄
sursum sunt querā ⁊ sapiā non que super terrā. Per tue
claritatis virtutē purga aīaꝫ meā a tenebris pctōꝝ et p
candē virtutē die vniuersalis resur. caro mea resurgat ad
gloriaꝫ vt tecum eternaliter in vtroq; gaudeam. Amen

De eo quomodo domin⁹ iesus apparuit mr̄i sue. lxx.

Adem autem hora

s. summo mane. Maria magdalene ⁊ maria iaco-
bi minoris mater q̄ etiā appellat maria ioseph s. mater
qui fuit frater iacobi et vnus de lxxii disci. ⁊ ab aposto-
lis cū mathia statut⁹ ⁊ q̄nq; maria cleophe s. filia appel
lat ⁊ maria salome s. filia q̄ etiaꝫ mater filioꝝ zebedei vo
catur et cetere que cū eis erant licētia p̄us petita a dña.
ceperunt ex deuotione ⁊ fide quā ad dñm habebant ire
cū vnguentis ad monumētū ad inungendum corpus dñi
cū. Domina aūt remāsit domi vacans interim lacrimis
et orōni. Et pulcre he mulieres vno censent noīe vt qb⁹
vna erat voluntas pariq; desiderium vnū esset vocabu-
lum. Ubi sciendū q̄ tres sunt status hominū saluandoꝝ
quoꝝ quilibet querit xp̄m et extra hos nemo saluatur. s.
incipientiū proficientium et perfectorū siue penitentiū
actiuoꝝ et contemplatiuorū Et hi tres status signātur
p tres marias q̄ querebant dominū quantū ad triplicez
nois maria īterp̄tationeꝫ Status penitentiuꝫ signatur
in maria magda que famosa peccatrix fuerat ⁊ penituit
. Et licet alibi per ipsaꝫ accipiatur vita contemplatiua vt
tū marcus hic de ea loquitur di. Maria autem erat de q̄
eiecerat. vii demonia sic inter penitentes reputatur im
mo ipsa in euangelio primiceria penitentiū fuisse dinos-
citur. Et s̄m hoc ꝯuenit ei nomē maria prout interpre
tatur mare amarū s̄m ethimologiaꝫ latinam vel s̄m de

riu alioꝝ hebraicū a vocabulo mara quod latine est ama
ra. Unde ruth. Nō vocetis me noemi .i. pulcram sed vo
cate me mara .i. amaram qꝛ amaritudine valde repleuit
me dominus. Quod verificabatur in maria magda. q̄
ante pedes domini lacrimis lauit maculas crimis. Sic
⁊ petrus penitēs flevit amare. Unde cuilibet aīe vere pe
nitenti dicitur illud. Tren. Magna ē velut mare ꝯtritio
tua filia syon. Status vero pficientium ⁊ actiuoꝝ signat
in maria iaco. que fuit mater iacobi minoris. Ad pficien
tes enim ptinet supplātare vitia ⁊ luctari ī exercitio spi
rituali virtutum. Cui ꝯuenit alia interptatio marie. put
interptatur dn̄a syriace. Quia eñ pficere volentes sunt
ī cōtinuo cōflictu ppter pronitatem ad malū ⁊ difficul
tatem ad bonū necesse est pficientes dn̄ari passionib⁹ p
ratione ne temptationib⁹ cedant ex q̄ lucta q̄ videlicꝫ
ratio pdn̄at sensualitati generantur virtutes nā virtus
in infirmitate pficitur. Status autē pfectoꝝ ⁊ ꝯtempla
tiuoꝝ signat in ma salo. que fuit mr̄ filioꝝ zebedei scꝫ ia
cobi maioris et iohā. hec postulauit filiis suis regnū sic
perfecti et contemplatiui non occupantur nisi circa re
gnū dei imo ipsi in se habent regnū dei et hic pgustabat
quodāmō regnū celoꝝ. Unde etiam salome īterptatur
pacificās nam ī hac vita nulla pax est hoi. nisi ī actu cō
tēplationis. Et huic cōsonat tertia interptatio nois ma
rie. put iterptat illuminata. Unde anīe ꝯtēplatiue dicit
illud. Isa. Surge illuminare hierlm qꝛ venit lumē tuū.
Quelibet istaꝝ mariarū habet sua aromata et vnguen
ta. Penitentium aromata sunt dolor ꝯtricionis pudor
confessionis et labor satisfactionis ex his cōficit vnguē
tum quo libenter vngit dn̄s. Cōficit aūt hoc vnguētum
ex mirra aloes et thure. Per mirrā que valde amara est
significatur amaritudo contritionis. Per aloes qḋ etiā
amaꝝ est ⁊ valet ꝯtra retentionē menstruoꝝ .i. peccatoꝝ
significatur verecūdia confessionis. Per thus cui⁹ odor
cū fumo ascēdit significat opa satisfactionis que p rectā
intentionem in deū dirigūt. Sed ex his tribus non con
ficitur bene vnguentum nisi apponat oleū miscdie diui
ne sine qua omnis penitētia ē iefficax admixto aūt hoc
oleo optimum vnguentū efficit et tale fuit vnguentum
marie magdalene que omnes partes pnīe pfectissime ī
pleuit assistente sibi miscdia saluatoris vt patet in euan
gelio. Ipsa eñ lacrimas copiose effudit ex amaritudine
ꝯtritionis conuiuātes non erubuit ex pia impudentia
confessionis pedes domini lacrimis lauit. capillis tersit
osculabatur vnxit et se totā xp̄i obseqo deuouit et impē
dit et hoc ex īmenso affectu satisfactionis. Proficientiū
aromata sunt patiā humilitas perseuerantia seu longa
nimitas ex quibus conficit vnguētum actiuoꝝ. Et hoc
vnguentum intrant mirra et gutta et cassia que fluunt a
veste vite xp̄i. Mirra bona est in omni vnguento ⁊ ideo li
cet posita sit in vnguento penitētiū conuenienter tñ po
nitur etiam in vnguento pficientiū et ponetur etiā ī vn
guento pfectoꝝ. Mirra eñ arcet vermes sic patiā arcet
vermes qui mordere solent cor patientis ne ꝯtra iniuriā
tē dolore mordeatur. Et hac patientia maxime op⁹ est

[Gregorius]

pficere volētibus exercitio spūali qꝛ fm greg. virtutes
inter pressuras passionū et pūcturas tēptationū crescūt.
Per guttā autem que et aromatica dicitur significatur
humilitas qꝛ gutta pellit omnes inflaturas et tumores

[Gregorius]

sic humilitas curat cordiū duricias. Hac etiam opus ē
proficientibus qꝛ fm greg. origo virtutis est et ideo illa
in nobis virtus veraciter pullulat que in radice ppria .s.
in humilitate pdurat a qua si abiicitur arescit qꝛ viuificā
te se ī infimis humorem pdit. Per cassiam q̄ ⁊ fistula di
citur significatur pseuerātia seu lōganimitas vt vicꝫ qs ī
exercitio spūali nō frangatur desperatiōe aut tedio nec
statuat sibi terminū ī pfectu sed semper tendat ad meli⁹
sine termino qꝛ in spūali profectu non est status. Cassia
eñ in aquosis nascitur et crescit in immensum sic bonus
proficiens aquis diuinarū gratiarū fecundat⁹ crescit in
imensuꝫ de virtute in virtutem et nunq̄ cessat donec vi
deat deum deoꝝ in syon. Sed ⁊ hec aromata nō bn̄ cōfi
ciuntur si nō apponatur oleū leticie vt vicꝫ hō leticiam
spūalē habeat in bonis opibus suis ⁊ illā ponat ī corde
atqꝫ conscientia sua nō in laudib⁹ hominū. Et istud est
vnguētū marie iacobi q̄ habuit quatuor filios .s. iacobū
q̄ interpretat supplātans ī passiones p patiam. symonē q̄
intptatur obediēs p hūilitatē. ioseph q̄ iterpretatur aug
mentum vel appositio p longanimitatē et iudam q̄ in
terpretatur glorificans .s. deū p spūalem leticiam. Per
fectorū vel cōtemplatiuorū aromata sunt carnis oīmo
da mortificatio deifica conuersatio et caritatis pfectio
ex q̄bus fit vnguentū suauissimi odoris qḋ intrāt mirra
cynamomū et balsamum. Per mirram eñ accipitur to
talis mortificatio carnis que conuenit pfectis. Nā peni
tentib⁹ conueniebat mirra mortificās peccata per ama
ritudinē contricionis proficiētibus conueniebat mirra
mortificans passiones vermēꝫ scꝫ remordentem contra
colleranti(?)m passionū sed profectis cōuenit mirra mor
tificans carnem a petulantia rebellionis ne vicꝫ caro in
aliquo rebellet spiritui. Et hec est mirra electa prima et
pbatissima de qua dicitur in cāticis. Manus mee distil
lauerunt mirram et digiti mei pleni sunt mirra probatis
sima. Manus enim .i. opera penitentium et actiuorum
distillant quidem mirrā vt dictū est sed digiti .i. subtiles
⁊ spūales exercitationes contemplatiuorum sunt pleni
mirra probatissima. Probata quippe est mirra peniten
tium probatior pficientiū sed probatissima est contem
platiuorū ⁊ pfectorū. Per cynamomū accipitur deifica
cōuersatio cynamomi eñ cortex cum frāgitur spiramē
tum visibile reddit ad modum nebule vel pulueris et va
let ad bonum odorem oris sic perfectus si frangitur vi
tuperatione vel iniuria corporali molestia vel inedia
laborum frequentia vel quecumque accidunt aduersa
semper spirat visibiliter odorem deifice conuersationis
et emittit odorem dulcis responsionis. Per balsamum
caritas perfecta intelligit que foras mittit timorē. et oē
cū quo ipsa stare nō potest. Balsamū eñ purū et nō ad
ulteratū corpora a corruptione cōseruat sic vbi caritas
pura et perfecta ibi nulla corruptio hominis interioris.

[Augustinus]

qꝛ fm aug. habere oīa sacramēta et malus esse qs potest
habere aūt caritatē et malus esse nō potest. Sed ex istis
pfectorū aromatibus non fit vnguentū sine admixtione
olei diuine dulcedinis que semp predicta tria comitatur
quod oleuꝫ degustauerat ppheta cuꝫ dicebat. Q̄ magna
multitudo dulcedinis tue. ⁊c̄. Et istud est vnguentū ma
rie salome que fuit filia salome vxor zebedei et mater ia
cobi maioris et iohannis. Per iacobum maiorem intel
ligitur totalis supplantatio vel mortificatio hominis ex
terioris. per salome intelligitur deifica conuersatio que
non est nisi in hoīe bene intra se pacificato per iohanneꝫ
caritas intelligitur: qꝛ erat pre ceteris a xp̄o dilect⁹ sed p
zebedeuꝫ q̄ interptatur fluitio intelligi potest diuina dul
cedo qua talis anima fluit ⁊ affluit delicijs internis. Ita
qꝫ quelibꝫ anima pro statu suo debet istas mulieres imi
tari. et cum istis vnguentis Jesum querere et vngere. vt
scilicet instanter penitentiā faciat viriliter temptatiōes
sustineat pacifice ad proximuꝫ se habeat. Ista eñ tria fa
ciunt apparere iesum. et cuilibet scd̄m statum suuꝫ scd̄m

[Bern.]

bern. Moraliter per istas tres mulieres signat in iusto
quolibet mens lingua manus que habent valde precio
sa vnguenta. ¶ Mentis vnguenta sunt tria: contritio. cō
passio et deuotio. Primum scilicet contritionis confici
tur ex vilissimis speciebus scilicꝫ ex peccatis que crescūt
in nostro horto pprio. Scd̄m scꝫ cōpassionis conficitur
ex amarissimis specieb⁹ scꝫ ex proximoꝝ miserijs q̄ crescūt
in horto alieno. Tertiū scꝫ deuotionis cōficit ex precio
sis spēbus scꝫ ex xp̄i beneficijs que crescunt in horto dn̄i
co. Lingue vnguēta sunt tria orō deuota: confessio inte
gra: predicatio vera. Primū scꝫ orōnis cōficitur ex her

bis que fuit intētio recta attētio firma affectio pia. Scđz
.s. confessionis conficitur ex herbis q̄ sunt pudor cōmissi
dolor amissi timor supplicij. Tertium .s. pdicationis cō
ficitur ex herbis que sunt fidei instructio mor̄ iformatio
vitior̄ increpatio. Manus vnguenta sunt septem mīe
opera de quibus est iste versus. Colligo cibo redimo te
go visito condo. Qui autem vult pdicta aromata et vn
guenta habere oportet ea emere. Ille .n. qui emit dat de
suo ⁊ accipit de alieno sic in operibus virtuosis oportet
aliquid ponere de nostro .s. voluntatem et aliquid recipe
a deo .s. operandi facultatem vel a deo recipimus grām
preuenientem de nostro apponimus voluntatem subse
quentem. Quamuis ergo multe alie mulieres dominuz
sequerentur iste tn̄ pcipue venerunt qr xp̄o plus obliga
te erant ex eo q̄ plura bn̄ficia ab eo receperāt. Maria .n.
magdalena multum christo tenebatur qr ab ea septem
demonia eiecerat. Maria autem iacobi et similiter ma
ria salomone xp̄o multum tenebantur tum quia nepos
ea𝔯 erat tum qr filios suos cardinales .s. apostolos fece
rat. Sed mirum videtur q̄ b. virgo cum istis mulierib⁹
ad monumentū non iuit sed domi remansit. Super hoc
autem psūt tres cause assignari. Una qa mater sepulcruz
filii sine magno dolore videre non potuisset et maxime
recenter sepulti. Si .n. sepulcrum filii vidisset quasi dolo
ris gladius animam eius perforasset. Et satis pbabile
est q̄ si ire voluisset iohannes eius custos hoc non pmi
sisset immo etiam ceteri apostoli dixissēt iohanni nullo
modo illic eam ire pmittas qr si ierit tantum sibi flebit ⁊
se mactabit q̄ fere se occidet. Secunda causa quia in pa
sceue et sabbato tantum fleuerat et tantum se mactaue
rat q̄ etiam sustinere non posset. Ut em̄ dicit Bernard⁹ *Bernar.*
oportuit q̄ inter manus discipulorum tanq̄ semiuiua de
cruce ad domum propriam portaretur vnde ⁊ aug. Illa *Augusti*
pia mater immani dolore eiulans et pectora delicata cō
tundens ita viscera omnia fatigauerat et membra vt iā
sensu deficiens vix potuisset ad funus christi peruenire.
Tercia causa est quia predicte mulieres putabāt corp⁹
christi adhuc in monumento esse et volebant put antiq
tus consuetudo erat ipsum corpus inungere vt conser
uaretur a fetore et a vermium corrosione et ab incinera
tione sed erant decepte qr corpus xp̄i erat deitate ībal
samatum ⁊ ideo si p .x. milia annor̄ in terra latuisset non
potuisset putrefieri nec incinerari nec a vermibus corro
di. Beata autem virgo sciuit q̄ ibi non erat sed qr iam im
mortalis ⁊ incorruptibilis surrexerat ⁊ ideo illuc ire no
lebat sicut nec poterat. Ipsa itaqz ex quo vnigenitum fi
lium suū teneri flagellari ⁊ crucifigi vidit delicatis ma
nibus delicata pectora tundens et se nimio dolore vigi
liisqz et ieiuniis affligens iam viribus pariter et spiritu
attenuata alicubi sola in secreto dom⁹ sedebat et de his
que sibi acciderant calamitatibus lamētabatur ⁊ flebat.
¶ Dn̄a igitur orante et lacrimas dulciter emittente: ecce
subito venit dn̄s iesus in albissimis vestibus glorie ⁊ re
surrectionis nouitatis sue. vultu serenus: speciosus: glori
osus: et gaudens ac matri desolate et merenti totus fe
stiuus apparens. Ac illa adorans ⁊ surgens cū lacrimis
pre gaudio euz amplexatur. ⁊ tota acerbitas meroris in
leticiā vertitur. Postea cōsedentibus eis pariter curiose
intuebatur eundē in vultu et cicatricibus per totū dili
genter querēs si omnis pena trāsisset et oīs dolor ab eo
discessisset. O quanto gaudio mater impletur cū ipsū ia
uersus est dolor magnus in gaudium magnũ mutate sũt
lacrime doloris in lacrimas amoris z exultationis. Ut
ergo audiuit hoc verbum maria sic enĩ consueuerat illaz
vocare magister suus persensit in ipso noie quandã sin-
gularẽ inuocationis dulcedinem z per eam cognouit ihz
a quo vocatur esse mgr̃m suũ vñ etiaz ansel. Noli magda
lene deserere cõmitatuz sed per actio aromatibus eũz ea
dñicum sepulcrum visitare memento. O sicut illa oculis
tu in spiritu cernere merearis nunc super lapidem reuo-
lutum ab ostio monumenti angelũ residente3 nunc intra
monumentum vnũ ad caput alium ad pedes resurrecti
onis gloriam predicantes nunc ipsum christum mariam
flentem z tristem tã dulci oculo respicientez tã suaui voce
dicentem maria. Rũpuntur ad hãc vocem omnes capit
cal hauacte ab ipsis medullis eliciuntur lacrime singul-
tus atq3 suspiria ab imis trahuntur visceribus maria O
beata quid tibi mentis fuit quid animi cũ ad hanc vocẽ
te prosternens z reddens vice3 saluatori clamares rab-
boni quo rogo affectu quo mẽtis desiderio clamasti rab
boni. Nunc plora dicere lacrime prohibent cum vocem
excludant affectus oẽsq3 z aĩe z corporis sensus nimius

Crisosto.
Bernar.
Gregorius
Gregorius
Origenes
Origenes
Gregorius.
Gregorius.
Origenes
Anselmus.

amor absorbeat. Et iterum nomiat dn̄s consuetum ancil-le nomen et cognoscit ancilla consuetam dn̄i vocē. Puto vel certe affirmo q̄ sensit solitam suauitatē qua voca-ri consueuerat maria o vox delectabilis. o q̄ntum blandi-menti q̄ntum sapuit amoris nec celerius hoc exprimi po-tuit scio que sis et que velis. Illico mutate sunt lachrime non enī credo mox esse restrictas sed quas contritum cor se torquendo prius exprimebat eas postmodū cor gau-dens effundebat o q̄ dissimilia sunt rabboni. et si tu su-stulisti eum dicito michi. o q̄ dissona sunt tulerunt dn̄m: et nescio vbi posuerunt eū. et illud quia vidi dominum et hec dixit michi hec ansel. Et currens ac procidens ma-ria ad pedes iesu vestigia eius adorādo statim voluit ex deuotione amplecti vestigia eius quē recognouit ac pe-des tangere et osculari vt consueuerat. o amor fortis et impatiens non enim sufficiebat ei videre iesum et cū ie-su loqui nisi etiā tangeret iesum sciebat enim quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Ipse vero volens fidē in corde illius vt ortolanus seminare et animā eius ad ce-lestia eleuare (dixit noli me tangere) scz manibus corpo-ris quē nonduz tetigisti fide cordis. q. d. potius volo vt tangas me tactu mētis credens me patri equalem q̄ ta-ctu corporis credens me hoīem purū et patre minorem adhuc enī carnaliter in eum credebat quē sicut hominē flebat. Prohibita est ergo qr propter defectum fidei in-digna erat. et ideo subdit (Nondū enī ascendi) .i. eleuat⁹ sum .s. in corde tuo (ad patrē meū) .i. ad equalitatem pa-tris qr nō credis me peruenisse ad equalitatē eius ac me filiū equalē ee coeternū patri qui me suscitasset a mortu-is sed esse sublatum tanq̄ cadauer purum ac si di. Quia me tanq̄ mortuum in sepulchro queris et resurrexisse nō credis ideo viuentē tangere non mereris tibi enī nondū ad patrem ascendi quem viuentem cum mortuis queris cum tibi ascendero ad patrem tunc mereberis me tange-

Anselmus.

re patri equalē vñ ansel. Sed o dulcis iesu cur a sacratis ac desideratissimis pedibus tuis sic arces amantem. no-li inquis me tangere vt quid domine quare nō tangam illa desiderata vestigia tua pro me perforata clauis psu-sa sanguine non tangam nec deosculabor an inimicitior es solito quia gloriosior. ecce non dimittam te nec re-cedam a te non parcam lachrimis pectus singultibus suspiriisq̄ rumpetur nisi tangā. Et ille inquit. Noli time-re nō auferet tibi hoc bonū sed differtur hec ansel. sic er-go maria dubiis plena luctu inquieta preparatione in-diguit ante q̄ ad tangendū tantam sanctitatē accederet. Si aūt illa que dn̄m resurgentē prima post matrem eius videre meruit que tantū dilecta est a domino et tota eius mancipata obsequio ab omī peccato ab eo liberata a ta-ctu pedū eius est prohibita q̄to magis pollutus viciis ne eū totū tangat conficiendo vel sumendo sed (vade) iā letificata (dic) et nuncia (fratribus meis) scz aplīs qr re-surrexi et (ascēdo) .i. ascendā (ad patrē meū) p generatio-nē et naturā (et patrē vr̄m) p adoptionē et grāz (deū meū) qr me hoīem creauit et sub quo ego homo sum sm̄ hūa-nitatē (et deū vestrū) qui vos creauit et ab errore liberā-uit inter quos et ipm̄ ego mediator sum. q. d. In primo est vt videant ascendentē. Loquit̄ in ꝑposito ingētū hō. qr ascendere non cōpetit ei scd̄m diuinā naturā que est al-tissima. qđ etiā patet ex hoc q̄ vocat aplōs fratres ꝑpter similitudinē et conformitatē hūane nature et ꝑpter spiri-tualitatē amicitie et etiā ꝑpter adoptionē gratie qr eius

Seuerianus

patris sunt filii adoptiui cuius ipse est filius naturalis. Vñ seueria. Vocat fratres quos corporis sui fecit esse ger-manos. vocat fratres quos patri suo adoptauit in filios vocat fratres quos benign⁹ iesus sibi p̄stituit coheredes.

Ambrosius.

vocat fratres propter specialitatē amicitie quā habuit ad ipsos. Vñ et amb. Descendisti quidē filius hoīs nec patri cū descenderes abfuisti sed descendisti nobis vt te oculis ac mentib⁹ videremus vt in te crederemus. ergo et ascende nobis vt te sequamur mētibus quē oculis vi-dere nō possumus hec amb. Stāt ergo dilecti cū iocūdi-tate et gaudio magno loquētes adinuicē sicut amic⁹ cuz amico. Ecce igit̄ et hic similiter magnū pasca. Sic itaq̄ dn̄s a matre rediēs apparuit primo marie magdalene q̄ ipsis aplīs vel aliquibus aliis. vñ hiero. Marie magda-

Hieroni.

lene p̄mo ostēdit̄ de qua eiecerat septē demonia qr mere-trices et publicani p̄cedent synagogā in regno dei vt la-tro p̄cessit aplōs. Locus aūt vbi dn̄s apparuit magda-lene distat .xv. passib⁹ a sepulcro. Hanc igit̄ mulierē q̄ ma-ne surrexit amare fleuit ardētissime dilexit diligētissime quesiuit et ideo pre ceteris inuenit et nos imitemur. eius q̄ exercitiū gerentes cū lacrimis et p̄seuerātia dn̄m que-ramus vt simul cum ipsa dn̄m inuenire et ab eo consola-

Orige.

ri mereamur. Vñ orige. Sequamur ergo fratres charis-simi huius sancte mulieris affectū vt ꝑueniamus ad effe-ctū. Ploret vnusquisq̄ ad iesum et queret fideliter iesū qr nō deesset aīe querenti illū. disce ergo o hō o peccator a muliere peccatrice cui tm̄ dimissa sunt oīa peccata sua. Disce peccator homo plorare dei absentiā ac intime de-siderare eius presentiā disce a maria iesum amare et ie-sum sperare iesum indesinenter q̄rere et querendo inue-stigare. nulla aduersa formidare. nullam consolationem extra iesum recipere. oīa p̄ter ipm̄ contēnere disce a ma-ria querere iesum in monumento cordis tui. reuolue la-pidem ab ostio monumenti dei amore omnem duritiam et repelle omne obstaculū a fide tua tolle ergo oēm con-cupiscentiā et omnē immundiciā a corde tuo et diligēter perscrutare si sit iesus in eo: si autē nō inueneris in te ie-sum sta foris et plora et permane in fide et respice foris ad alios si forte alicubi inuenies et videas in aliquo euz et plorando ora iesum vt dignetur intrare ad te et habi-tare in te. Et ne forte erecta ceruice repellas eum a te te humiliando inclinare et iterū prospice in monumēto dei qđ debet esse in te et si ibi videris duos angelos vnū ad caput et vnum ad pedes .i. si cognoueris in corde tuo quasi celestia desideria tā ad contemplatiuā vitam q̄ ad actiuam pertinentia per q̄ adhuc non possis iesū videre nec iesum habere noli his p̄tent⁹ esse noli adhuc defici-endo quiescere sed plora et quere iesum in te donec in-uenies et si forte aliquo modo tibi apparuerit et deside-rio tuo se representauerit noli presumere de te tanquam ex tuo desiderio vel merito tibi apparuerit et tanquam eum agnoscas sed bonitati pietatiq̄ eius attribue et in-terroga illum et ora vt indicet tibi seipsum audeo enim tibi confidenter promittere si in fide ad monumentum cordis tui steteris et plorando iesum quesieris et queren-do perseuerauerisi sicuz humilitate te inclinaueris se ex-emplo marie nullā aliā consolationē de iesu nisi ipsum recipere volueris ipso reuelante ipsum sine dubio inue-nies et ipsum agnosces ita vt non sit tibi necesse q̄rere ab aliis vbi est iesus sed tu magis indicabis eum nuncians q̄ vidi dominum et hec dixit michi hec origenes. Post aliquantulam vero morulam dominus discessit dicens quia et alios visitare eum oporteret. Tunc magdalena benedictione ab eo recepta et domino discedente reces-sit et iam credens ad socias suas venit et hec eis nuncia-uit. Ille vero de resurrectione domini gaudentes sed q̄ eum non viderant dolentes (recedunt) cum ea (de mo-numento) id est de loco ante monumentum .s. de septis horti in quo erat monumentum (cuz timore et gaudio magno currentes nunciare hec discipulis) dn̄i de ipso s̄m glo duplex erat i eis affectus .s. timoris et gaudiū alt de magnitudine miraculi aliter ex desiderio resurgentis et vterq̄ gressum concitabat femineū.

Oratio.

Piissime dn̄e o dulcissime magister q̄ bon⁹ es tu his q̄ recto sunt corde q̄ suauis his qui dili-gunt te. O q̄ felices sunt qui querunt te et q̄ bea-ti qui sperant in te. Uerum certe est q̄ tu diligis oēs dili-gentes te et nūq̄ derelinquis sperantes in te. Ecce enī hec dilectrix tua simpliciter querebat te et veraciter

inuenit te. Sperabat in te et non est derelicta a te sed plus est consecuta per te quam expectaret a te ¶ Obsecro ergo te domine da et michi diligere et querere te ac sperare in te vt et ego a te diligi et te inuenire merear et a te nunquam derelinquar Amen.

Quando dominus apparuit tribus mariis.
Capitulum lxxiij

Mat. xx viij et Johannis. xx.

Hieronimus.

Rabanus.

Hieronimus.

Cum ergo iste tres marie simul pergerent de monumento reuertendo anteque peruenirent ad ciuitatem et ad apostolos (occurrit) et apparuit (eis) dominus iesus Ubi hiero. Pergebant enim ad apostolos vt per illos fides seminarium spargeretur Que autem sic querebant quia ita currebant merebantur obuiam habere dominum resurgentem Et vt ait Rabanus per hoc ostendit se omnibus iter virtutum inchoantibus vt ad salutem perpetuam peruenire queant adiuuando occurrere Blanda quoque salutatione dominus deiectas erigens et verbo consolatorio tristes consolans ait (auete) ex eua forum autem aue vbi hiero. primo mulieres merentur audire auete vt maledictum eue mulieris in mulieribus solueret (Ille vero) vltra quam dici posset exhilarate (accesserunt) vt iam credentes et per fidem illuminate quia vt ait apostolus accedentem oportet credere (tenuerunt) ac deosculate sunt (pedes eius) ex deuotione humanitatem in qua surrexit probantes aperte de resurrectione eius certificare deum ac dominum adorauerunt adoratione latrie tanquam fidem trinitatis astruentes Unde cris. Tenuerunt pedes eius et cum magna abundanti ad eum leticia currentes acceperunt et per tactum coniacturam et certitudinem resurrectionis et adorauerunt eum. Fortassis aliquis vestrum vellet et similiter effici mulieres et pedes detinere iesu Potestis et nunc quicunque vultis non pedes et manus solum sed et caput detinere sacrum illud terribilibus potientes misteriis pura cum scientia Non hic autem solum sed et in illa die videbitis eum cum ineffabili gloria illa et plebe angelorum venientem si volueritis esse misericordes et audietis verba illa venite benedicti patris mei hereditate percipite regnum paratum vobis ante constitutionem mundi hec cris. Iste est modus veniendi ad veniam. scilicet accedendo ad pedes xpi vnde debemus ire ad osculum pedis christi per deuotam orationem eius. scilicet considerando humanitatem. Si vis aperte celsitudinem dei capere prius humanitatem michi christi. Moraliter acceditur ad christum per fidem illuminantem vnde in ps. Accedite ad eum et illuminamini tenetur per caritatem coniungentem. Unde in canti. tenui eum. scilicet dilectum nec dimittam adoratur per debiti cultus exhibitionem vnde supra in euangel. Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruias. Et tunc magdalene est datum. scilicet vt tangeret eum quod fuit ante dilatum. quando querebat viuentem cum mortuis in sepulcro et loco mortuorum. Cum magna igitur iocunditate loquuntur adinuicem et faciunt similiter pascha magnum hoc vt ait ansel. quamdiu potes morare non delitias tuas somnus interpollet nullus exterior tumultus impediat (Tunc ait illis iesus. Nolite timere) hoc dicit ad earum perfectam consolationem quia timor qui eas inuaserat adhuc totaliter ab eis non recesserat. Sicut occurrit currentibus aue te dixit gaudentibus statim orem excludit a timentibus Et subiungit (Ite nunciate fratribus meis vt eant in galileam ibi me videbunt) Ubi hiero. Non in iudea sed in multitudine gentium gratia enim transmigratura de iudea ad gentes precedet viam in cordibus preparando de galilea et hac maria latius est dictum ante precedens capitulum Uides hic et supra quod magister humilitatis vocat discipulos suos fratres eos amicabilius solido nominans vt securius ad eum accedant et non timeant accedere propter hoc quod eum in sua captione reliquerant et vt veram resurrectionem doceant vt ad honorem et ad amorem accendat vnde Rabanus Uera fraternitas est quam fratrem veneratur deuotum et corrupit dissolutum quam pisti obsequitur absenti non rodit sano applaudit infirmum non deserit placatum non prouocat iratum metuit vt maiorem hec Raba. Angelus apostolos vocat discipulos ratione humilitatis debite domino dans honorem iesus autem quamuis dominus vocat eos fratres et caritatis et humilitatis ratione in quo datur prelatis forma caritatis et humilitatis iuxta illud Eccli Rectorem te posuerunt esto in illis quasi vnus ex illis. Nunquam iesus omnem domus humilitatem dimisit sed vsque ad mortem fidem et seruauit. et etiam post mortem nec non et post ascensionem. Nonne in fine pedes discipulis lauit. Nonne humiliatus est vltra quam dici possit crucis patibulum sustinendo nonne post resurrectionem vocauit discipulos fratres nonne post ascensionem locutus est paulo humiliter quasi comparem suum saule saule quid me persequeris nec nominauit se deum sed iesum nazarenum nonne etiam in sede maiestatis consistens dicturus est in die iudicij quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis michi fecistis. Non sine causa virtutem hanc tantum amauit et suo nobis exemplo commendauit sine hoc enim fundamento frustra fit aliarum virtutum edificium vel constructio. Unde nec de castitate nec de paupertate nec de aliqua virtute vel opere confidas sine humilitate (Uenit ergo maria magdalena) cum aliis duabus ad denunciandum bonos rumores xpi (discipulis) tristibus de morte domini. hec enim dies boni nuncij fuit (nuncians) eis quia (vidi dominum et hec) que dicta sunt (dixit michi) scilicet nunciare vobis Mulieres opus faciunt euangeliste facte que apostole apostolorum festinant ad nunciandum mane misericordiam domini. Omnis qui recte intelligit aliis nunciare debet iuxta illud apoca. Qui audit dicat veni vnde per istam que pro omnibus fuit sollicita videre christi sepulcrum propter quod dominus ei primo apparuit significatur quilibet persona de cognitione veritatis diuine valde sollicita et per hoc meretur assequi cognitionem et talis debet veritatem agnitam nunciare aliis sicut maria nunciauit discipulis ne de abscondito talento debeat merito reprehendi Unde beda. In eo autem quod hec mulier discipulis christi resurrexisse nunciauit omnes monemur maxime quibus est commissum predicandi officium vt si quid eis celitus reuelatum fuerit studiose proximis propinent hec beda. ¶ Misericordissima dei pietas in hoc loco erga sexum femineum declaratur. Mulier resurrectionis accipit primum mysterium et mandata custodit vt veterem preuaricationis errorem aboleret. Inde secundum grego humani generis culpa absciditur vnde processit mulier in paradiso viro propinauit mortem a sepulcro mulier viris annunciauit vitam et dicta sui viuificatoris narrat que mortiferi serpentis verba narrauerat Mulier que fuerat ianua mortis prima predicat resurrectionem et ostendit ianuam vite ac si secundum greg. humano generi non verbo dominus sed rebus dicat. De qua manu vobis illatus est potus mortis de ipsa suscipite poculum vite Unde augu. Resurgentem deum priores femine apostolis nunciauerunt nunciauit viro suo mortem femina in paradiso nunciauerunt et femine salutem viris in ecclesia resurrectionem xpi apostoli erant gentibus nunciaturi apostolis femine nunciauerunt vnde ambro. sicut in principio mulier autor culpe viro fuit vir executor erroris ita nunc que mortem primo gustauerat resurrectionem prior vidit culpe ordine remedio prior et ne perperpetui reatus apud viros obprobrium sustineret que culpam viro transfuderat transfundit et gratiam veterisque lapsus compensat erumnam resurrectionis indicio Per os mulieris mors ante processerat per os mulieris vita reparatur vnde etiam beda o quam felices femine que triumphum resurrectionis mundo meruerunt annunciare a morte quam eua serpentino affatu seducta contraxit imperium disruptum predicare quanto feliciores anime virorum pariter et feminarum quotquot in die iudicij perculsus pauore a digna vltione reprobis ipse celesti gratia adiute triumphare de morte et gaudium beate resurrectionis meruerint

Crisosto.

Anselmus.

Hieroni.

Rabanus.

Beda.

Gregorius.

Augustinus

Ambrosius.

Beda

intrare hec beda. Et q̄ cōstantiā predicādi nō habet sexus inferior et ad exequendū infirmior et mulierib⁹ docere in eccl̄ia nō ꝑmittitur mandat viris officiū euangegelizādi. Dicaūt nunciat mulier iā nō vt mulier ſ₃ vt ecclesia gestans. Recte q₃ hec mulier q̄ leticiā dn̄ice resurrectiōis ꝑma nunciauit s. scā maria magdalena a septē demonib⁹ i. vniuersis vicijs et criminib⁹ curata esse memoratur. vt vbi abundauit petm̄ supabundare gr̄a monstraretur et ne quisq₃ digne penitens de venia cōmissoꝝ desperet et videns eā q̄ roterat subdita vicijs intm̄ culminis sublio esse ꝓmotā vt ipsis euangelistis atq₃ ap̄lis ꝑma miraculū resurrectionis euangelizaret tn̄ etiā vt nullus de sua innocētia presumat aut peccātē despiciat. tum vt pateat q₃ ex dei abundanti gratia peccatoꝝ aliq̄n resurgit melior q̄₃ ante casum fuerat. Sancti cū peccant lapis est motus nō euulsus. Cadat iustus labatur iustus resurgat iustus melior erit. Sanctis enim omnia coopantur in bonum.

Oratio.

O Jesu rx̄a redēptio amor et desideriū qui deuotis mulieribus te querentibus te desiderantibus et a tuo sepulcro redeuntibus resurgens a mortuis ꝓpicius occurrēs apparere voluisti quero ego te quē diligit aīa mea iesu dulcissime. quero et non inuenio. occurre igitur aīe mee querenti te o vnice fili dei patris et si differs in p̄senti tuā desiderabilem presentiam non auferas in futuro vt in vltima resurrectiōe fideliū michi tuis teipm̄ placitū ac benignū exhibeas vt de tua p̄ntia ꝑhenniter cū electis tuis merear iocundari. Amen.

De mendacio custodum. Cap. lxxiiij

Mat. xxviij.

Einde cū mulieres

abissent a monumento ad explendā iussionem dn̄icā (quidā de) militib⁹ illud custodientibus q̄ viderunt factū et audierunt verbū angelicū (venerunt) ipsa die resurrectiōis (in ciuitatē) Jhierl̄m (et principib⁹ sacerdotū) a qbus positi erant ad custodiendū sepulcrū xp̄i (nunciauerunt oīa q̄ fuerant facta) s. xp̄i resurrectionē et angeli terribilē apparitionē ac terremotū et ex his que viderant et audierant facti sunt vellēt nollēt testes et predicatores veritatis et resurrectiōis dn̄i triūphatoris mortis et hoc quippe est validum testimoniū qd ab inimicis et crucifixoribus xp̄i iudei audiant surrexisse ipm̄.

Crisostom⁹. Unde crisō. enī mira angeli apparitio et terremot⁹ ꝓpter milites facta sunt vt stupescerent et ab eis fieret testimonium veritatis. veritas enī a contrariis diuulgata magis effulget. Qd et contingit quādo predicti custodes nunciauerunt principibus oīa q̄ facta fuerant. ¶ Ubi notandum q₃ volentes impedire diuinā ꝓuidentiā cōtra suam intentionē ꝓmouēt illā. sicut fratres ioseph vendiderūt ipm̄ ne adorent eū et ꝑ hoc cōpulsi sunt eum adorare sm̄ ꝓuidentie diuine ordinē. Sic principes iudeoꝝ volentes impedire celebritatem noīs xp̄i fuerunt valde diligētes de custodia sepulcri et per hoc celebrata est fama de veritate sue resurrectionis et per ꝯñs sui noīs. Indocta igitur simplicitas fatetur veritatem astuta vero duplicitas principū modū q̄rit quo astruat falsitatē. vn̄ Raba.

Rabanus. simplex animi equitas et īdocta hoīm rusticitas sepe veritatē rei vt est sine fraude manifestat ac contra versuta malignitas falsitatē verisimilib⁹ verbis pro vero ꝯmendare decertat. hec rab. vn̄ nequicia iudeoꝝ ꝑ hoc nō quiescit q₃ cōgregati cū senioribus ad confingendū falsitatē consilio accepto dederunt militib⁹ pecuniā copiosā ad peruertendā veritatē iniungentes eis vt ad denigrādā resurrectionis famam dicerent q₃ ipsis dormientib⁹ discipuli eius nocte furati eum essent. Ecce aperrū mendaciū. vnde remig.

Remigius. o stulta et insania dormientes testes adhibes si dormiebant quō furtū viderunt si non viderunt quō testes sunt. Qr si etiā fures viderunt cur non eos detinuerunt. vn̄ et crisō.

Crisostom⁹. vere formā mendacij habebat quod dicebant. qualiter enī furarētur discipuli hoīes paupes et idiote et neq₃ apparere audentes si enī adhuc xp̄m viuū videntes fugerunt qualiter mortuo eo nō timuissent tot militum multitudinē. nūquid ostium sepulcri poterant euertere. lapis enī incubat magnus multis indigens manibus. nūquid etiā nō erat sigillum supimpositū. quare non ꝑsuasibilia sunt q̄ de futuro dicta sunt. vn̄ per que resurrectionē obumbrare conant̄ per hec eā faciūt clarere. dicentes enī q₃ discipuli furati sunt cōfitentur corpus nō esse in sepulcro furtum aūt ostēdit esse mendax custodia militū et discipuloꝝ pauor hec crisō. ꝑ hoc etiā moliebantur discipuloꝝ ꝑditionē imponēdo eis furti crimen. ¶ Spūaliter autē discipuli xp̄i fures erant q₃ ab ingratis iudeis scripturas noui et ve. testa. ablata in vsum ecclesie cōferebant et saluatorē qui eis promissus fuerat illis nocte dormientibus hoc est infidelitate torpētibus abstulerūt gentibus credendum tradentes. Et vt dicit seueria. amiserunt milites perdiderunt iudei sed discipuli magistrū

Seueria. suū nō furto sed fide virtute nō fraude sctītate nō crimine viuum nō mortuū sustulerunt. De tēpli vero erarius et oblatione pauperū non de bursis ꝓpriis acceperunt pecuniā et copiosā vt ea famā xp̄i extinguerent. cui⁹ sanguinē et vitā prius hmōi pecunia emerant. de cōi prodigi sumus adeo vt de ꝓprio nil erogem⁹ sic ꝓprietas diligitur et cōio cōtemnit̄. Un̄ hiero.

Hieronī. Custodes miracula cōfitentur illi aūt qui post tale testimoniū debuerant ꝯuerti ad p̄niam et iesum querere resurgentē perseuerant in malicia et pecuniā que ad vsus templi data fuerat vertunt in redemptionē mēdacij sicut et ante xxx. argēteos iude dederant ꝓditori. oēs igitur q̄ stipe tēpli et his q̄ cōferuntur ad vsus eccl̄ie abutunt̄ in aliis rebus in qb⁹ suā expleant voluntatē siēs sunt scribarū et sacerdotū redimentiū mendaciū et sanguinē saluatoris. Unde et hyla.

Hylari⁹. enim ergo resurrectiōis silentiū et furti mendatiū argēto q₃ honore seculi q̄ in pecunia est et cupiditate xp̄i gloria denegat̄. hec hyla. Istis etiā iudeis siēs sunt q̄ cum magnis sumptib⁹ et laborib⁹ conantur ad subuersionē veritatis. cuiusmōi sunt aduocati dolosi et doctores vane gloriosi et illi qui eos ad hoc inducunt quibuscunq₃ modis

Crisosto. Ubi etiā non mireris si pecunie milites supauerunt que apud discipulū tantā ostenderunt virtutē vt faceret eū magistri ꝓditorē. nichil enī clausum vel occultū qd non pecunia indagante sit ꝑuiū. ꝓpter qd Ec. nichil iniqui⁹ q̄₃ amare pecuniā. vnde et rab.

Raba. o pestis magna auaritie spbonis anis detestanda qd illesum qd incōcussū dimittis tu gen⁹ hoīm confudisti. tu discipulum comitem xp̄i ab ap̄l'atu ꝑcipitasti. tu milites custodientes xp̄i sepulcrum captiuasti nunq̄d bene dictū est pecunie obediunt omīa hec rab. O quot socios et heredes iudei et milites ī hoc scelere etiā apud magnos et potentes reliquerunt q̄ pecunia corrūpuntur et corrūpunt ac pro ꝑpalib⁹ et transitoriis agentis inique credunt nichilominus sed vanc q₃ sic aīe eoꝝ requiescāt in pace et ptē habeant cū xp̄o in resurrectione. Custodes vero (accepta pecunia) corrupti (fecerunt sicut erāt docti) et dixerunt (nobis dormientibus furati sunt discipuli iesu corpus ei⁹) s₃ mētita est iniquitas sibi et auaritia sicut et xp̄i discipulus sūt decepti. Hec autē irrisio heu multis hodie cōgruit pigris illa bona dn̄ice resurrectionis torpentib⁹. vnde pe. dam.

Pe. dam. Cauēdum est autē ne somno qs vel ad momentū quidē in cōpetentib⁹ horis assentiat et maxime iuxta diluculū. vt q̄ videlz tpe grau⁹ incumbit accidia canonicis nos inuenimat occupat⁹ officiis. absit enī nos tunc sopore vel ignauie tedere. q̄ videlz hora constat redēptorē nr̄m destructo mortis īperio surrexisse ne si tunc dormiam⁹ q̄n oriēte sole corporeo etiā interior noster hō lucē debeat in occiduā expectare qd absit vt irrisio nobis videatur illa cōgruere discipuli eius nocte venerūt et nobis dormiētib⁹ furati sunt eum. hec petr⁹. Istud aūt mendaciū militum iudei emerunt care qd adhuc eos tenet in errore. vnde

(diuulgatum est) et mãsit (hoc verbũ) q xp̃s furat⁹ fuisset nõ surrexisset tanq̃ verũ qd th erat falsuz (apud iudeos vsq̃z) mõ z (in hodiernũ diẽ) z vsq̃z hodie sunt ñ vident vel intelligunt errorẽ vñ raban⁹. Ex toz empti mendacij p qd resurrectionis denegant veritatem pseuerat i iudeis ne in xp̃m credant et reatu eos constringit perpetuo ad tempus autẽ mendaciũ preualuit sed non semp nã p̃ fictum mẽdacium iudeorum resulget efficax et irrefragabile testimonium resurgentiuz mortuoruz qz (multa corpora sanctorũ q dormierũt) sono mortis (surrexerũt post resurrectionẽ eius) tanq̃ testes sue resurrectiõis (z exeuntes de monumẽtis venerũt in sanctam ciuitatem) irl'm q dr sancta pp̃ter tẽplũ diuino cultui deputatũ z pp̃ter scrã sctõrum z ob distinctionẽ aliarz vrbiũ in quib⁹ idola colebantur vl' p antiquo noĩe vt math publican⁹ dicit (z apparuerũt multis) testificantes de resurrectiõe dñi scz idoneis ad declarationẽ resurrectionis dñice his scz qui videre meruerũt et resurgentẽ susceperunt sed non oĩb⁹ qz non erat resurrectio generalis q apparebit oĩbus z bonis z malis. Et hoc diuitus factũ ẽ cõtra iudeos z milites i testimoniũ q xp̃s dñs p̃mitie dormientiũ vere resurrexit a mortuis vnde cris. Aperta sunt monumenta z resurrexerunt mortui z intrauerunt in sanctã ciuitatem vt ĩexcusabilẽ relinquerent eã z dñi resurrectio firmaret hec cris. Forte hi fuerunt de quib⁹ ĩ ep̃lam ad heb. legit q multi affectauerũt sepeliri in terra sancta vt cum dño resurgente resurgerent. ¶ In euange. etiam nazareorũ legitur q duo viri sancti mortui ante .xl. annos venerunt in tẽpluz et scripserunt quomodo illi qui erant in lymbo exultauerunt in descensu dñi ad inferos z demones tristabãtur vñ leo papa qui mortalitatis grauabantur sepulcris discussa obstaculorũ mora p̃rosiliant appareant q̃z nunc in ciuitate sancta i ecclesia dei future resurrectionis indiciaz quod credendũ est in corporibus fiat in cordib⁹ hec leo. Recte autem in resurrectionis dñi tempore alii surrexerunt vt cum se p̃cipere desparet hõ qd in se cõsiderat deus hõ hoc in se fieri posse p̃sum eret qd in puris hoĩb⁹ factuz cognosceret vñ greg. ad instruendã q̃ ignorãtiã nr̃am ad roborandã infirmitatẽ nostrã sue resurrectiõis exemplũ nobis sufficere voluit solus illo in tempore mortu⁹ ẽ z tñ solus minime surrexit ne quis eñ dicat. sperare de se non debet hõ qd in carne sua exhibuit homo deus ecce cũ do hoĩes resurrexisse cognoscimus hec greg. Considera hic q̃ magna fuit neq̃cia iudeorũ circa dñm iesuz q esset post eius mortem non cessauit z q̃ magna bonitas circa illos de quorũ salute nichilominus curam habuit quibus exẽplis et nos p̃uocamur vt eius bonitatem circa iniuriantes imitemur.

Oratio.

D

Omine iesu xp̃e ad cui⁹ resurrectionis famã deuigrãdã iudei militibus pecuniaz copiosã dederunt et ad peruertendũ veritatẽ eos corruperunt da michi vt pecunia nõ corrumpar vl' corrũpã. nec pro t̃palibus z trãsitorijs inique agã sed sp̃ ĩ veritate p̃maneã et libere p eã dã etiã michi vt sic post resurrectionẽ tuã surgẽtes testes extiterũt tibi sic et ego merear de te verbo z opere testificari z in resurrectione gñali tecũ z cum tuis electis p̃tem hr̃e z cũ eis corã te in regno tuo sine fine te miserante gaudere. Amen.

Quomodo dñs apparuit petro z ioseph z iacobo minori et sanctis patribus. Capitulũ. lxxv.

C

Um ergo magdalena et socie eius redeũtes domuz narrassent discipulis resurrexisse dñm petr⁹ merẽs q dñm suum non viderat nec quiescere valens pp̃ter amoris vehementiã quã ad eũ hẽbat discessu subito ab alijs ad q̃rẽdum dñm z solus ibat versus sepulcrũ. Nesciebat eñ vbi eum alibi q̃reret. Dũ ĩ ggeret dño in via ei apparuit sic evangelista vbi vel qua hora factum sit non designauerit. Tunc petrus vidẽs dñm procidit in terrã et veniã petijt de hoc q eũ dereliq̃t et pluries negaret dñs aũt sibi peccata dimittens z euz cõsolãdo cõfortans dicit ei vt confirmet etiã fratres suos. Stant simul et cũ gaudio colloquuntur adinuicẽ et fit hoc illr̃ pascha magnũ. Singulariter ergo petro apparuit q singularit̃ eum negauit. Omniũ autẽ viroz qs euãgelistẽ z apostoli cõmemorãt p̃mo dñs Petro plurib⁹ de causis seu rõnibus apparere voluit. Prima est. vt q primo cõfessus est eum xp̃m esse. p̃mo resurrectionẽ eius mereretur videre. Secũda vt mẽtẽ eius q in passione tribulauerat reformaret z qui timore passionis eius euidentius ceciderat per spem resurrectionis prius resurgeret. Tertia vt petrũ trine negationis eius indultum ostenderet consolans eum ne desperaret. q̃rta vt ap̃latus eius ordinem consolidaret z ipsum in eo roboraret. Quinta vt eum facto doceret qualiter s̃bditis suis penitentibus cõdescẽdere deberet q̃tumcunq̃z peccassent. Sexta vt peccatorib⁹ omnib⁹ spem misericordie z venie daret ostendendo q peccatores non despiceret. Septima põt addi scdm cris. qui dicit. Nõ eñ simul omnibus se manifestabat vt sereret fidei semina. Nã qui p̃rimo viderat et certus erat aliis referabat. Deinde sermo prodiens p̃parabat aĩm auditoris visioni. Et ideo p̃rimo digniori z fideliori apparuit. Erat eñ opus anime fidissime que p̃rius acciperet hunc acceptuz vt minime turbaretur inopinata visione. Post petrũ vero alijs apparuit q̃nq̃z paucioribus q̃nq̃z plurib⁹ hec cris. Petrus vero benedictione a dño accepta rediens ad dñam z ad discipulos eis omnia narrauit z deinceps in omnibus multum fidelis deo permansit. Petrus interpretatur obediẽs et typum obedientie gerit quibus dñs sepius apparere cõsueuit. Discedens igitur dñs iesus a petro app̃uit ioseph qui eum sepelierat in monumẽto suo. Nã legitur ĩ euãg. nazareorum cum audissent iudei q ioseph a pylato corpus iesu petisset et ipsum ita honorifice in monumento suo sepelisset. Tunc indignati aduersus eum ceperunt ipsum eadẽ vespera qua sepeliuit dñm in quodã cubiculo diligenter clauso z sigillato recludentes incarcerauecunt alligantes eum ad columnam in ipso carcere z volẽtes post sabbatum eum occidere z ecce statim in ipsa die resurrectionis suspensa domo a quatuor angulis dominus ad eum intrauit z letus apparuit eumq̃z consolans faciem eius extersit et osculum dedit ac deinde saluis sigillis eum adducens et liberans in domum suam in arimathia ipsum adduxit. Vide quomodo dominus suos non obliuiscitur nec derelinquit vsq̃z quaq̃z sed tandem eos consolatur z adiuuat suo tempore qz ip̃e ẽ adiutor in oportunitatibus in tribulatione vñ cris. Mos siquidem dei iste certissimus vt cum mala ad tumulũ suũ venerint cunq̃z vident suos grauiter affligi z aduersarios tyrannide quadem contra se impietatis attolli vel toti⁹ mẽtis ebrietate bachari diuinitatis sue potentiaz per signa demonstret hec cris. Nichodemũ vero ipsius ioseph sociuz in sepeliendo dominum suum dicunt quidam interim latuisse propter metum iudeoruz. Joseph interp̃retat̃ augmentum vel appositio per longam etatem et typuz gerit perseuerationũ in bono opere q̃bus sepe ip̃e dñs dignat̃ apparere. ¶ Apparuit etiã dñs ipsa die iacobo minori vt in ep̃la ad cor. taugitur q in cena deuouerat z iurauerat se non comesturũ panẽ ab illa hora qua calicem dñi biberat donec eum a mortuis surrexisse videret cum ergo vsq̃z ad diem resurrectionis iacobus cibum non gustasset apparens dñs dixit ei z his qui cũ eodẽ erãt ponite mensam et panez. deinde panẽ accipiẽs bñdixit ac fregit z post dedit iacobo di. ei. Frater mi comede panẽ tuum quia filius hominis a mortuis resurrexit ista refert ioseph⁹ et ill' hier. in li. de viris illu. vide quomodo hic q nõ solum panem s̃balem s3 sup̃s̃balem scz iesum esuriebat z vtroq̃z consolari z refici meruit non enim permittit do

minus illos qui eũ vel ppter eũ esuriunt vel inedia defi cere sed dat in se sperantibus escã oportuno tẽpore ⁊ im plet eos bñdictione. Jacobus interpretatur luctator ⁊ typũ gerit eoꝝ qui in tẽptationib⁹ fortes sunt ⁊ vicia viriliter supplantant. quib⁹ etiã dñs frequẽter se manifestat. esto ergo petrus obediendo. esto iacobus vicia supplantãdo esto ioseph de virtute in virtutẽ pficiendo et in hoc pseuerando. et nõ obliuiscet dñs te per suã gratiã visitare ⁊ prout tibi expedire nouerit consolari. ¶ Et sciendum q̃ nũquam cui se dñs in quacũqꝫ specie dignat ostendere nũqꝫ dimittit sine cõsolatione et aliqua salubri reuelatiõe. qđ patet in oĩbus apparitiõibus post resurrectionẽ factis. Nam marie matri sue pre ceteris plus de morte ei⁹ dolẽti et resurrectionẽ eius expectanti totus festiu⁹ ⁊ gloriosus apparens totũ merorẽ in leticiã ꝯuertit itaqꝫ oĩs doloris pristini oblita fuit. Mariã etiã magdalenã cui ĩ spe cie ortolani apparuit plorantem consolabatur vocans eã proprio noĩe et dicens maria. quo verbo statim conuersa ac consolata ⁊ edocta cognoscens dñm cũ gaudio magno dixit rabboni. reuelauitqꝫ ei dominus mysteriũ sue voluntatis di. vade ad fratres meos et dic eis ascendo ad patrẽ meũ Jtẽ tres mulieres quibus occurrit consolatus est di. auete. et deinde subiungens nolite timere eisqꝫ mysteriũ suũ reuelauit di. Jte nunciate fratrib⁹ meis vt eant in galileã ibi me videbunt Jtem duobus discipulis euntibus in via apparuit in specie peregrini. quibus aperuit sensum scripture et eoꝝ corda fecit ardẽtia et demũ in fractione panis eos plene cõsolabatur sui noticia. Jtem cũ appareret discipulis congregatis in vnuꝫ in propria specie cõsolabatur eos di. pax vobis. quid turbati estis ego sum nolite ti. videte manus meas ⁊ pedes meos. et aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. et sicsiliter deus in qualibet alia sua reuelatione cõsolatus est videntes se cũ aliqua reuelatione. vñ nõ dubiũ est q̃n similiter ⁊ hic istos suos dilectos consolat⁹ sit. Et notandũ q̃ diuina consolatio acquirit primo per timoreꝫ scđo per lacrimationẽ seu lacrimarũ deuotionẽ tertio per tribulationũ sustinẽtiã quarto p sui hũiliationẽ quĩto p terrene cõsolationis vitationẽ. sexto per supnoꝝ ꝯtẽplationẽ. Dñs igitur iesus inde discessit quo nondũ sctõs patres post resurrectionẽ suã visitauerat quos in paradiso delitiarũ dimiserat. Rediit ergo ad eos pcedens in stola cãdida cũ multitudine angeloꝝ quẽ ipsi ĩ tanta gloria a lõge conspicientes cũ indicibili gaudio exultatione et iubilo canticis et laudibus eum susceperunt. et procidentes in terrã adorauerunt. deinde surgentes ⁊ stantes coram eo reuerenter ⁊ iocunde cõpleuerũt laudes suas feruenter et oĩ qua poterant deuotiõe o qualis cant⁹ ⁊ q̃n ta gaudia ibi erant vbi tanta contio sanctoꝝ simul psallebat. o q̃ bonũ et q̃ iocundũ talibus interesse. vel saltẽ aliqđ de his pcipere appropinqua ergo et tu si pmitteris et admiscere laudibus istis. vel saltem ausculta a longe ⁊ iocundare in eis.

Oratio.

Domine iesu xpe da vt sim petrus obediendo et iacobus vicia supplantando. ac ioseph de virtute in virtutẽ per augmentũ proficiendo ⁊ ĩ hoc per longanimitatẽ pseuerando vt tu qui illis in angustiis dignat⁹ es apparere: digneris et me sepe p tuã gratiã propitius visitare. da etiã michi vt sicut sci patres gaudiũ de tua psentia habuerũt cũ te post resurrectionẽ tuã glorificatum videre meruerũt ita et ego in illo ineffabili gaudio quo nunc tecũ gaudent in celis merear de cõspectu tuo semper gaudere cũ eis Amen.

Quomodo dominus apparuit duobus discipulis in via. Capitulum .lxxvj.

Luce .xxiiij.

Ipsa autẽ die resurrectionis dñi (duo ex .lxxij. (discipulis) ei⁹ de hierlm egressi (ibãt) versus (castellũ emaus) qđ distabat ab hierlm stadiis .lx. i. vij. milibus quingẽtis passuũ cõtra occidentẽ. Octo quippe stadia faciunt miliare vnũ ⁊ sic distabat ab hierlm p vij. miliaria et dimidiũ quoꝝ duo vel fm quosdã tria faciunt vnã leucã vnius istoꝝ duorũ nomen exprimit lucas: cui inquiens nomen cleophas alteri⁹ vero nomen tacet cã humilitatis. quia fm greg. creditur fuisse ipse lucas sꝫ fm amb. putat fuisse amaon filius rufi et cũ ipsi q̃si desperati de iesu adinuicem de his que acciderant scilicꝫ de eius conuersatione ⁊ morte tristes conferrent maxime dolentes quia euꝫ sine culpa et innocenter occisum nouerant venit dñs iesus ⁊ iunxit se illis scꝫ corporaliter et spũaliter (et ibat cũ eis) tanq̃ socius itineris interrogans et respondens ac verba salubria cũ ipsis conferens. vt fm bedã fidẽ sue resurrectionis mentibus eoꝝ incenderet et quod se facturum promiserat impleret. scꝫ vbi sunt duo vel tres in nomine meo congregati ibi sum in medio eoꝝ. Jn ipso loco in quo se eis iunxit postea capella facta fuit. Et quia intus in corde dñm amabant sed de eius resurrectione dubitabant ideo dñs eis foris in corpore apparebat sꝫ q̃s esset non agnoscebant. Hoc apud eos agebatur foris in oculis corporis qđ agebatur intus in oculis cordis. Quia eũ amabant videbant q̃ vero dubitabant euꝫ quẽ videbant non agnoscebant. Et hoc est quod dicit (oculi autẽ eoꝝ tenebantur ne eum agnoscerent) q̃ ĩcredulitas eorum ⁊ dubietas demerebatur q̃ xps cognitionẽ sui corporis ab eis retardaret. Tenebantur oculi eoꝝ veritate nõ falsitate sed ipsis non valentibus veritatẽ recipe vel pcipere. vñ nõ ab ipso dño iesu sed ppria dubitatione tenebantur. Ubi augu. q̃ aũt ait marcus eis in alia effigie dñm apparuisse. hoc lucas dicit q̃ oculi eoꝝ tenebãt ne cognoscerent euꝫ. oculis quippe eoꝝ acciderat aliqđ qđ ita manere permissum est vsqꝫ ad fractionẽ panis. Non quia dñs nõ poterat transformare carnem suã vt alia re uera esset effigies quam solebat intueri sed non ita est factum hec aug. (Et ait ad illos Qui sunt hi sermones q̃s confertis adinuicẽ ambulantes ⁊ estis tristes) Non querit ex ignorantia sed vt ex eorum responsione incredulitas eoꝝ cõuenientius arguatur. vt dicit greg. cõferebant quidẽ inter se quasi non amplius expectantes xpm viuẽtem sꝫ dolorosi q. pempto saluatore (Et respõdens cleophas dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierlm et non cognouisti que facta sunt in illa his diebus) hic solus nõ facit exclusionem alioꝝ peregrinoꝝ cum valde multi peregrini et de diuersis partibus venissent in hierusalẽ ad diem festuꝫ pasce sed notat exclusionem cognitionis ab isto sic apparente scꝫ noticie mortis iesu quã solus videbatur ignorare. vt sit sensus. Cũ multi peregrini his diebus venerint in hierusalem mirum est q̃ tu solus inter alios peregrinos ignores ea q̃ sunt nota aliis oĩbus. Ubi theo. q. d. Tu solus quasi tã peregrinus es et extra confinia hierlm habitans et expers eorum que in medio eius cõtigerunt vt hec ignores. vbi et beda. Peregrinũ putabant eum cuius vultum non agnoscebant. Sed reuera peregrinus erat eis a quorum nature fragilitate percepta iam resurrectionis gloria longe distabat et a quoruꝫ fide vtpote resurrectionis eius nescia manebat extrane⁹ Et cum non ex ignorantia sed vt ex responsione eos argueret de factis in hierusalem quenam essent eos interrogaret (dixerunt de iesu nazareno qui fuit vir propheta potens in opere) s. miraculorũ (et ser mone) scꝫ predicationis et doctrine quomodo esset traditus in mortem et crucifixus. Ubi beda Prophetam fatentur filium dei tacent vel nondum perfecte credentes vel solliciti ne ĩcideret in manus iudeorum persequentiũ quis nesciebant quis esset qđ verũ credebant celantes. Et subiungunt q̃ sperabant ipm redempturũ israel. quasi iam eum nesceret spes eoꝝ cuius causam subdunt q̃ iam tertia dies ab illis factis erat qua se resurgere predixerat ⁊ tñ adhuc discipulis non appareret licet tertia dies prope fi-

Gregor⁹

Ambro.

Beda

Augusti

Gregori⁹

Theoph

Beda

Beda

nem esset. Et addunt q quidā ex eis abeuntes ad monumentū terruerunt eos non de resurrectione christi quā annunciabāt sed de ablatione corporis eius non inuenti quam discipuli timebant. Et ipse dixit ad eos ex responsione eorum arguens ipsos (o stulti) propter cecitatē intellectus (et tardi corde) propter tarditatem affect⁹ (ad credendū in his q̄ locuti sunt, pphe) de xpi morte ꝛ resurrectione (nōne hec oportuit pati xp̄m) tū ꝓpter p̄ris p̄ordinationē tū propter xpi exaltationē tū propter humani generis redēptionē tum propter scripturarum impletionē (ꝛ ita) scꝫ ꝑ passionē ꝛ mortē (intrare in gloriaꝫ suam) ad quam nemo perueniet nisi per passionis viā (Et interpretabatur) ꝛ exponebat (illis in omnibus scripturis q̄ de ipso erant) īducēdo testimonia aliqua ꝛ aperiendo mysteria q̄tum ad ꝓpositū ostēdendū sufficiebat ostēdens eis oīa circa ipsum facta añ fuisse predicta. Firmitas eñ fidei in eo est quia oīa q̄ in xp̄o venerūt p̄dicta sūt ¶ Considera hic multiplicē dñi benignitatē ꝛ bonitateꝫ primo quia non potuit eius feruens amor sustinere suos sic tristari et errare vere fidus est amicus fidelis comes et benignus dominus iungit se ipsis q̄rit tristicie causaꝫ et exponit scripturas inflammās corda eorum. Sic quotidie facit nobiscum spiritualiter si enim aliqua perplexitate vel accidia grauati pie de ipso loquimur statim adest confortās corda nostra et illuminās et etiam amorem suum inflammans optimuꝫ eñi remediū est ꝯ tales ꝑplexitates loqui de deo sibi ꝛ cogitare de ipso, ꝓpt̄ qđ istorum discipulorū exēplo cū per viā incedimus de salutiferis loq̄ debem⁹ vt xp̄m nobiscū ꝑgentē habeamus et non solū ꝑgētēꝫ sꝫ etiā nos docēteꝫ sic istis discipulis cuꝫ quibꝰ ibat scripturas apiebat. Et vniuersaliter vbiqꝫ bonū est loqui de iesu bonū est eum in mēte semꝑ habere q̄ nec ipse obliuiscitur eoꝝ q̄ memores sunt ei⁹ sicut et hic videmus. Promisit eñ q̄ vbi duo vel tres cōgregati sunt in noīe eius ibi est in medio eorū. Spāliter añt de passione loquētes comitat̄ dominus quia amplius placet ei recordatio eorum q̄ ipse ꝓ nobis est passus Vñ ad hoc spāliter monet di. Recordare paupertatis mee s. contra diuitias et transgressionis ꝗ vilitatis s. contra honores absinthij et fellis scilꝫ contra delicias. Secundo considera bonitatem eius nō solum ex amore vt dictū est supra sꝫ etiā ex humilitate ꝓfūda. Cōspice quō humiliter vadit dñs oīm cuꝫ istis discipulis quasi vnus ex eis. Nōne tibi videtur redisse ad primordia humilitatis sed et in alio attende humilitatē eius q̄ nō est dedignatus hos discipulos inferioris gradus non ei erāt isti de aplis sed de alijs minoribus discipulis et tñ familiariter iungit se ipsis vadit et loquitur cum eis nō sic faciunt elati qui nolūt nisi cum ꝓcipuis viris āmbulare et cōuersari. Item in alio i elucet hic sua humilitas nam si considerès elatos videbis q̄ nolūt verba ꝑpulcosa spargere inter paucos q̄a ea perdita existimarent nec illos dignos ea suscipere reputarēt sed dñs etiā cū duob⁹ loquitur archana sua non vilipēdit paucos nec etiam vnū sicut fecit loquendo cuꝫ samaritana iuxta puteum. Tercio considera dñi benignitatem et vide quō discipulos suos instruit ac sermonibus consolatur ꝛ reficit inducēs eos ad credendum et di. (O stulti et tardi corde ad credendum) etc. q. d. nobis o stulti et tardi ad credendum O stulti et tardi ad inquirēdū precepta et voluntatē dei O stulti et tardi ad implendum intellecta et faciendum ea humiliemus ergo nos vt sacram scripturā inq̄ram⁹ ꝛ secundū eā viuam⁹ humiliem⁹ etiā nos ad tollerātiaꝫ passionum vt participes passionis xpi effecti simus socij resurrectionis ꝛ glorie ipsi⁹. Qui eñ nō cōpatitur nō intrabit in gloriam illā quā etiā ꝑcedit mandatoꝝ inquisitio et impletio vnde beda Hoc nobis i loco nō vllā scripturam interpretandi sed geminā nosipsos humiliandi necessitas incumbit qui neqꝫ in scripturis q̄tum oꝫ edocti neqꝫ ad implenda que nouimus q̄tum debet sumus

Beda

intenti naꝫ si moyses ꝛ omēs prophe christum locuti sūt et hunc per angustiā passionis in gloriā suam intiatuꝝ ꝑdixerunt quā rōe gloriantur se esse xp̄ianos q̄ iuxta virilitatum modulū neqꝫ scripturas qualiter ad xp̄m ꝑtineant inuestigare neqꝫ ad gloriam suam cum xp̄o h̄re cupiunt per passiones tribulationū desiderant attingere hec beda. Christus eñ per passionem et mortem tanq̄ ꝑ portam angustam intrauit in gloriā suā ostēdens nos per multas tribulatiões intrare in regnuꝫ dei. Delirant ergo ꝛ fatui sunt qui sine pati et tribulationibus ꝑsumunt intrare in gloriam alienā cum xp̄s sine his non intrauerit in gloriam suam sed oportebat multa pati illū cui⁹ naturaliter est regnū multo magis nos quoꝝ non est regnum nisi de grā oꝫ per multas tribulatiões intrare in regnum celoꝝ Exemplum habem⁹ de omnibus caris ꝛ electis christi qui omnes per viam passionis voluntarie venerūt ad regnum dei. Mirū quippe esset, si quis intrare nollet portam per quam rex suus intrasset vnde bern. Caput nr̄m per passiones ꝛ angustias celū introire videm⁹ ꝛ nos mēbra eius nobis alia itinera somniamus Monstruosa res est si per vnum foramen caput transire videmus ꝑ aliud corpus pudeat sub spinato capite mēbra fieri delicata. hec bern. Hereditas quippe transit ad heredes cum suo onere ꝛ honore deus autem hereditati beatitudinis eterne adiunxit onus i. tolerantiā passionis et cum isto onere habuit eam xp̄s quia vt hic dicitur oportuit christum pati et sic intrare in regnum dei habuerunt eam apostoli quia persecutionem pro xp̄o vt ipse eis predixerat sustinuerunt habent eam omnes fideles quia vt dicit apostolus omnes qui pie volunt viuere in christo iesu persecutionem patientur qui ergo vult assequi eternam beatitudinem et nullam pati tribulationem videtur q̄ velit esse et christo dignior et apostolis sanctior ꝛ cunctis fidelib⁹ melior. (Et cum appropinquaret castello quo ibant) ipse dominus (finxit se longius ire) vt s. eoꝝ augeret desiderium vt inuitaretur ab eis et teneretur vnde bernar. Simulabat se longius ire non quia volebat sed volebat audire. mane nobiscum dñe q̄m aduesperascit. Hec bern. In hoc tamen nulla falsitas fuit quia sicut aliquid potest fingi verbis ita et factis primum autem fuit sine falsitate vt patet in parabolis testamenti noui et veteris quibus aliquid fingitur verbis ab veritatem aliquam cōuenientius designandam et eodem modo hic xp̄s finxit se longius ire ad designandam distantiam a cordibus eorum ꝓpter fidei defectum vnde augu. Quod non ad mendacium pertinet non eñ quod fingimus mendacium est sꝫ quando id fingimus quod nichil significat. Cum autem fictio nostra fertur ad aliquam significationem non ē mēdacium sed aliqua figura veritatis sicut autem dicta ita etiam finguntur facta sine mendacio ad aliquam rem significandam hec augusti. Ipsi autem desiderantes adhuc audire ipsum (coegerunt illum) factis scꝫ manibus trahendo vt maneret ac verbis et rationibus alliciendo obnixe rogauerunt (di. Mane nobiscum quoniam aduesperascit et inclinata est dies) s. ad occasum quo exemplo scdm gregro colligitur q̄ peregrini non solum ad hospitium inuitandi sunt sed etiam trahēdi quilibet morti appropinquans ꝛ ad vesperū seu occasum vite tendens cōgruenter etiam posset hoc verbum dicere et dominum ad manendum secum corde et ore inuitare tandeꝫ (intrauit cum illis) ex recumbens cum eis (accepit panem ꝛ benedixit ac fregit ꝛ porrigebat illis) Conspice bene quomodo ad eorum inuitationē et coactionem benigne cuꝫ eis intrat mensam ponūt cibos offerūt panes accipit ac benedicens eos manibus sacratissimis frangit ꝛ porrigit illis Faciēs in hoc sicut añ passionē quādo adhuc inter eos cōuersabatur seu morabatur facere consueuerat. Vñ ꝑ hoc seipsum eis reuelat q̄re sic (aperti sunt oculi eorum) s. interiores (ꝛ cognouerūt eū) in modo fractiōis panis assue-

Bernardus

Bernardus

Augustinus

Gregorius.

tam eius cōsuetudinē videntes sic em̄ frangebat panem sola manu ac si scinderetur cū cultello. Cognouerunt eū ex modo frangendi et etiā bn̄dicendi panē. Legitur em̄ panē sic fregisse et bn̄dixisse pluries primo in quinqʒ pa num multiplicatione. scḋo in septē panum distributione tertio in sui corporis cōsecratione. quarto hic in discipu lor̄ illuminatione. In his autē iiij fractionibus significa tur quadruplex expositio sacre scripture fm̄ q̄ttuor eius sensus. s. historicū. tropologicum. allegoricum et anagogicū. Ubi aug. Non incōgruenter accipim⁹ hoc impedimentum in oculis eorū a sathana fuisse ne agnosceretur iesus sed tamen a xp̄o facta est pmissio vsqʒ ad sacramentū panis vt vnitate corporis eius participata remoueri intelligatur impedimentū inimici vt xp̄s possit agnosci. Ubi et theoph. sed et aliud innuit q̄ scʒ sumentibus sacrum panē aperiuntur oculi vt eū agnoscant magnā enī et ineffabilē vim habet dn̄i caro hec theo. Ista circa discipulos gesta quotidie facit dn̄s nobiscum inuisibiliter et in anima nam teneri vult et etiam inuitari per desideria et orationes ac sanctas meditationes et ideo oportet orare et non deficere. Ista etiam facit ad nostraʒ eruditionē vt scʒ intendamus in opera caritatis pietatis ꝛ hospitalitatis et quomodo nō sufficit diuina eloquia legere vel audire nisi cōpleantur opere quia dn̄s nō est cognitus dū loqueretur et dignatus est cognosci dū pasci tur pius et misericors dn̄s fidei istorū subuenit quos misericordes reperit eisqʒ misericordiā impendit. Hinc ergo cognoscere possumus q̄ fides sine operibus mortua est quia dn̄m quē discipuli nec ex visione nec ex scripturarū interpretatione et expositione cognouerāt mox vt opere q̄ scripture precipiunt perfecerunt eū in fractione panis cognouerunt. Audiendo scripturas ꝛ precepta dei illuminati non sunt faciendo scʒ ipsum tradendo ad hospitium et apponēdo cibū illuminati sunt quia nō auditores legis sed factores iustificabuntur apud deū. In operibus ergo pietatis et misericordie vt in hospitalitate et huiusmodi amplius cognoscitur deus q̄ in lectione disputatione et scripturarū expositione. veritas enim melius operādo q̄ audiēdo intelligit et melius ipso opere q̄ verbo manifestat. Nos ergo q̄ peregrini in hoc mūdo sum⁹ q: nō habem⁹ hic pmanentē ciuitatē sʒ futurā inquirimus si spūaliter in nobis habem⁹ q̄ in se habebāt isti peregrini erit dn̄s comes itineris nr̄i peregrini isti laborabant q: ambulabāt tristabant et de xp̄o cōfabulabant. sʒ xp̄s se eis iungit. cor vrit scripturas aperit longius se ire fingit. Si tales essem⁹ scʒ laborādo cōtra accidiā. tristando cōtra vanā leticiā. de xp̄o cōfabulādo contra vaniloquiū tūc xp̄s se nobis iūgeret cor accenderet. scripturas aperiret et intellectū daret licet aliqn̄ longi⁹ se ire fingeret vt nos pbaret. Itē peregrin⁹ ab oībus ad eū nō pertinentib⁹ se exonerat ꝛ alienat viā querit. sūmo desiderio patriā suam appetit et cor atqʒ oculos ab oībus ne retrahatur vel impediat auertit. Esto talis peregrin⁹ et apparebit tibi xp̄s et hec tria faciet tibi sicut fecit et illis duobus peregrinis. Tempus abbreuiat per dulce vite colloquiū viam instruit dans verum intellectuʒ vltimo pane benedicto per seipm̄ fracto reficit affectū et hoc si cōpellis ipsum se longius ire fingentem manere tecum. Per istos discipulos euntes in emaus signantur volētes implere cōsilia dn̄i q: emaus interpretatur desideriū cōsilij quibus dn̄s sepe sua visitatione dignatur apparere non autē dedit dn̄s istis discipulis sui tunc magnam copiā sed statim porrecto pane (euanuit ab oculis eor̄) vt ex hoc ipsorum argueret effectum simul ostendens se corp⁹ gloriosum habere quod per dotem agilitatis subito potest disparere subtrahebat carnalibus oculis species infirmitatis vt mētibus eoruʒ inciperet apparere glīa resurrectionis. Unde iam certi eū resurrexisse dixerunt ad inuicē (Nōne cor nr̄m ardens erat in nobis). s. ardore caritatis (dū loqueretur in via et aperiret nobis scripturas) nos instruendo ex eis q̄re eū nō tenuim⁹ q̄re ad pedes eius non corruimus. Quare nobis ipsis et cordibus nostris non credidim⁹ vbi eum q̄remus vbi inueniemus per q̄ vt dicit origeñ innuunt q̄ plati sermones a saluatore accendebant audientium cor ad amorē diuinum. Unde greg. Ex audito quippe sermone inardescit anim⁹ torpo ris frigus recedit fit mens in superno desiderio anxia a concupiscentijs terrenis aliena audire et libet precepta celestia et quot mandatis instruitur q̄si tot facibus inflammatur hec greg. Idcirco quoqʒ cito euanuit q: etiā alios cōsolari festinabat cum quibus r̄n simul istos consolatus est vt statim infra patebit. Oratio.

[Au. augustinus] [Theophil⁹.] [Orige.] [Gregori⁹]

O Domine iesu xp̄e qui discipulis eūtibus in emaus apparuisti ꝛ corda eorum tuo amore inflammasti illumina queso cor meum vt leta voluntate impleam tui consilij desideriū vtcʒ vt purificē me ab omnibus opibus malis et faciaʒ opera misēdie ac pietatis vt in futura resurrectione delicatā tuam inuitationem gaudenter cum electis tuis audiā te ita dicentē venite benedicti patris mei percipite regnum q̄ vob paratū est ab origine mundi quaʒ vocē dulcissimam fac me audire vnigenite fili dei. Amen.

Quomodo apparuit discipulis thoma absente. Capitulum. lxxvj

Urgētes autē eadē hora) predicti duo discipuli (regressi sūt) ipsa die (in hierlm̄) ad alios discipulos propt̄ metum iudeorū inclusos. Ubi theophi. Ardebat cor eorum igne verborum dn̄i quib⁹ intēdebant et adeo letati sunt vt nullam moram passi mox reuersi sunt in hierlm̄ vide hic discipulorū diligentiā et fidei feruoreʒ ad reuelāduʒ resurrectionē quia tūc dn̄s. s. vespertina hora aut mēta seu fatigatione itineris non tenti et remoto iudeorum timore ad annunciandū aplīs resurrectionem dn̄icam q̄ de ea in via cōpererent cucurrerunt impigri. Nec mirū si eadem die et hora surrexerunt erat enim dies boni nū cij et nō timere poterant si differrent vsqʒ in mane illud q̄ timebant illi qui dicebant hec dies boni nuncij est si tacuerimus et noluerimus nunciare vsqʒ mane sceleris arguemur. Predicatio enī non est differēda et ea q̄ sunt ad saluteʒ corʒ nō sunt tacēda sed reuelāda. Ex quo exēplo prelati moti ad diligentiaʒ p̄dicatiōis debēt accēdi (Et inuenerūt) in mōte syon sc̄tus cenaculuʒ (cōgregatos) et inclusos pp̄ter metū iudeorū ꝛ pp̄t dn̄ice resurrectionis gaudiuʒ qui prius dispersi fuerant pp̄t metuʒ iudeorū et pp̄ter passionis metuʒ (vndecim) et qui cū ipsis erant) de lxxij discipulis loquentes mutuo (dicentes) ipsis duobus (q̄ resurrexit dn̄s vere et apparuit symoni. Et (ipsi) duo ad maiorē certitudinem faciendā de resurrectione econuerso (narrabant illis q̄ gesta erant in via) et apparitionē factam eis (et quō cognouerūt eū in fractione panis) Sed quidam ex eis nec illis duobus nec alijs credebāt ex quibus vnus. Thomas erat. Considera modo quanta ibi leticia fuerit dum isti et illi vicissim sua gaudia nunciarent. Et dum hec loquerentur adiuicem exiuit. Thomas inde. Quo egresso dum adhuc alij colloquerētur de his que audierāt et viderāt. et (cū sero iā esset die illa) p̄dicta. s. (vna sabbator̄) i. p̄ma post sabbatū q̄ est dn̄ica hoc est eadeʒ die resurrectionis dn̄ice (ꝛ fores) i. ostia que fores dicuntur q: de domo ducunt foras (essent clause pp̄ter metū iudeor̄) quod etiaʒ diuina reuelatione est factum vt scʒ iesus intrans ad discipulos ianuis clausis manifestaret eis virtutem sue potestatis et gloriosi sui corporis venit domin⁹ iesus ad iudeos a desiderio eorū vocat⁹ indutus albissimis vestimētis gloriose resurrectionis sue et nouitatis et intrans ad eos ianuis clausis (stetit in medio eorum) vt videretur ab omnibus. quia congregati erant in nomine eius.

[Lu. xxiiij et Jo. xx.] [Theoph]

Beda / Theophi.

scdm bedā iō sero apparuit quia tunc maxie timidi erāt ⁊ fm theo. ꝑsto(l)abatur vt oēs cōuenirēt ostijs vero clausis vt se corpus gl(ori)osum cui aliud non resistit habere ostēderet. Ipse etiam ad cōgregatos venit et spiritus ad cōgregatos descendit quia xps ⁊ sp(irit)ussanctus non nisi in caritate congregatis assunt (Stetit in medio) vt omēs eū certitudinaliter agnoscerent ⁊ oēs consolationē sue presētie reciperēt. Et nota q(uod) sic dicit saluster⁹ medius locus est dignitatis ⁊ debetur honorabilioribus ꝓpter qd xps stetit in medio discipulorū sicut sol inter sidera vt eos illuminaret sicut flos inter lilia vt eos decoraret sicut princeps inter milites vt eos roboraret. sicut magister inter discipulos vt eos informaret. sicut pater inter filios vt eos concordaret. sicut cor inter membra vt eos viuificaret. ⁊ sicut cōis amicus vt oībus eis se cōmunicaret. Unde qn sumus plures aliquē diligentes si superuenit statuimus eum in medio vt singuli possimus eius frui pn̄tia est autem ibi altare in loco vbi dn̄s dicitur tunc stetisse. Cōsiderandū est hic q(uod) de se colloq̄ntibus dn̄s in medio stetisse dicitur vt intelligamus quia eū nobiscū habitantē habebimus si q̄tiens in vnū cōgregamur ea que ad eius laudē et nostrā salutē pertinēt agim⁹ iuxta qd ait vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. ¶ Quando autē iesus saluator ad discipulos venit ipsi erāt in timore sero factum erat in vnū erāt congregati et fores erant clause. In quibus quattuor insinuantur nobis valde nec(essari)a vt saluatorē quē expectam⁹ suscipere mereamur. Primū est timor q(ui) domū cōsciencie mundat scdm illud eccl. ¶ Timor dn̄i expellit pctm. nam qui sine timore est non poterit iustificari. Scdm est cōtemptus vane glorie qd significatur in hoc q(uod) sero factum erat ad eum em̄ dn̄s venit cui lux mundane gl(or)ie occubuit et qui vere eā contemnit. Tertiū ē vnitas q(uia) erāt in caritate congregati nō em̄ visitat saluator homies discordes vn̄ apl's. Pacē habete et deus pacis erit vobiscum. ¶ Quartum est stabilitas qua aliq(ui)s in domo ꝯscie manet nō curiose exterius euagādo. vn̄ fores sensuū claudende sunt et sic saluator est expectandus ꝑ istos vero discipulos in vnū foribus clausis cōgregatos significantur religiosi cum foribus quinq(ue) sensum clausi q(ui)bus domin⁹ sepe apparet eosq(ue) sua visitatione consolatur et letificat (Et dixit eis pax vobis) non pax t(em)p(or)is quia exponendi erant multis tribulatiōibus sed pax pectoris et pax eternitatis prima in p(rese)n(t)i scd'a in futuro. De vtraq(ue) dicitur in iohanne. Pacem .s. pectoris relinquo vobis in p(rese)n(t)i pacem meā .s. eternitatis que est sp(ecia)liter pax mea do vobis id est cito dabo dicit ergo (pax vobis) .s. reconciliationis quā ad deum factā nunciauit ac caritatis ⁊ vnitatis quā eis seruandā p(re)cepit itēq(ue) eternitatis ⁊ imortalitatis quā eis futurā ꝓmittit pacem offert qui propter pacem venerat. vn̄ pontifex p(rin)cipuus sponsus eccl'ie in persona christi sicut sp(ecia)lis vicarius eius dicit pax vobis cum in missa primo se vertit ad populum quia hec fuit prima vox xpi ad discipulos post resurrectionem instar vero aliorū sacerdotum dicit postea. dn̄s vobiscū vt se vnum ex nobis ostendat. Cum autem ecclia primitiua q(uo)tidie ⁊ g(e)n(er)aliter et post tm̄ diebus dn̄icis post vero tm̄ in tribus sollennitatibus cōmunicaret corpori et sanguini domini nūc ecclesia per osculum pacis quo designatur vnitas ecclesiastica cōmunicat in missa spiritualiter ⁊ si non sacramentaliter. Et pulcre resurgens a mortuis dn̄s primo pacem discipulis cōmendauit vt illos ad sui visionem peruenturos esse demonstraret qui pacem ⁊ concordiam corde

Crisosto.

et corpore seruant. ¶ Ex quo patet q(uod) illi sunt pacifici qui vere sunt xpi discipuli. Scdm Cris. discipulis dixit pax vobis quia prelium inexpugnabile ad iudeos habebant mulieribus autem gaudiū euangelizat q(uia) in tristicijs genus illud erat alternatum igitur viris qdā ꝓpter p(re)liū pacē mulieribus propter tristiciā euāgelizat gaudiū ⁊ ne discipuli eū aliū vel fantasma putarent subiungit (ego sum) .s. in persona propria nō res fantastica seu illusio dyabolica (nolite timere) vel dubitare quidam vero ex ipsis (conturbati) pre stupore ⁊ admiratione (⁊ cōterriti) p(ro) timore seu quodā naturali horrore q(uo) viui solent mortuos horrere (existimabant se spiritū q(ue)ē in passiōe emiserat nō carnē (videre) nōdū em̄ credebant vel tertia die verā carnem potuisse de sepulcro resurgere vel resuscitatā clausis ianuis ad eos posse intrare diuina autem prouidentia ꝑmissi sūt dubitare ad maiorē certificatiōē fidei de dn̄ica resurrectione. (Et dixit eis. Quid) .i. q(ua) de causa (turbati estis et cogitationes ascendūt) q(ua)si ab infimo tanq(uam) false et fantastice nō desup de celo descendentes tanq(uam) vere et bone (in corda vestra) infirma et dubitātia et q(uia) ad illud corpus qd videri poterat fides intuitiū dubitabat ⁊ veritatem carnis probaret exhibuit eis manus ⁊ pedes ⁊ latus ad videndum ⁊ palpandū declarās q(uod) ipse q(ui) crucifixus mortuus et lanceatus fuit in illo eodem corp(or)e surrexit (Videte inq(ui)t manus meas et pedes q(uia) ego ipse sū) q. d. Per hm̄ōi cicatrices potestis ꝑcipere quia ego sum qui passus fui ⁊ resurrexi. Per cicatrices enim remanentes ostendit q(uod) erat corpus numero. ¶ Resurrectio enim vera est eiusdem in numero iterata surrectio (Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere) quasi diceret Per hoc potestis etiā cognoscere me habere corpus verū non fantasticum. Ad dubitantium enī corda sanāda vulnerū facta sunt vestigia et lō vulnerum cicatrices ondit vt dubietatis et infidelitatis eorū vulnus sanaret. Ostēdit ergo man⁹ vt incitaret ad pugnandum q. d. Videte manus quibus pro vobis fideliter pugnaui has vobis ideo ostendo vt et vos pugnetis quia sine pugna victores non eritis. Viriliter ergo agite quia vincenti dabo sedere mecū in throno meo. Ondit etiam latus vt prouocaret ad amandum q. d. Videte latus apertum cor vulneratum vt videatis quātum dilexerim vos vt et vos me diligatis. Ostendit et pedes vt stabiliret ad perseuerandum vt ab inceptione bone vite non desistamus. Unde perseuerantia vel stabilitas est quādo homo nec minis nec amore nec timore nec cōmodo nec incommodo a bona vita vel a preceptis vel a voto qd vouit retrahitur. Sunt autē quinq(ue) p(ri)ncipales dyaboli impugnātes nos cōtra quos debemus esse fortes. Primus est amor culpe et iniustarum rerū vel amor carnis vel amor honoris qui in quorundā cordibus est ita fortis q(uod) pro eo celestem gloriam deserunt. Scd's est timor diffidētie qui etiam multos impugnat q(ua)si dn̄s nolit eos iuuare q(uod) possint in bono perseuerare vel q(uod) non possint sustinere duram pn̄iam cum tn̄ deberēt sustinere duriorem gehenne penā. Tercius ē dolor delectatōis carnis vel mundi dimittende vel iam dimisse o miser qd facis morbum eligis ꝓ sanitate mortē pro vita tristitiā pro leticia penā sempiternā ꝓ gl(or)ia. Quartus est pudor operationis bone q(ua)n quis cogitat q(uod) hoīes derident eū si hūili veste incedit si ieiunat orat peregrinatur et silia facit. Quintus est spes venie q(ua)n quis dicit deus est misericors non de facili nos dānat et xpiani sumus hoc si spes confūditur q(uia) spes est certa expectatio future beatitudinis ex meritis prouenie(n)s sed isti qui carent meritis nō proprie sperant sed presumunt hoc aūt q(uod) se palpabilem ꝓbuit factū est miraculose q(uia) corp⁹ dn̄i incorruptibile et imortale a corruptibilibus ⁊ mortalib⁹ naturalr palpari est i(m)possibile miro ergo ⁊ ineffabili mō secūdū grego.

Gregorius.

corpus suum palpabile prebuit vt reformaret nos ad fidem et corruptibile demōstrauit vt inuitaret ad p(re)miū si ue vt palpabile exhibuit et incorruptibile vt ostenderet se eiusdē eē nature cui⁹ fuerat ante passionē .i. carnē hēre et alterius gl'ie .i. eandē carnē icorruptibilē eē. Et q(uia) in domū resurrectiōe nostra generalis resurrectō est ꝑfigurata ondit ꝑ hoc nostra corpora p⁹ resurrectionē ita eē incorruptibilia ⁊ subtilia ꝑ effectū spiritualis potentie vt possint eē palpabilia a cōsilibus corp(or)ib⁹ per veritatē na

Beda

ture. Caro eñi nr̄a absq3 corruptiōe vel fragilitate mortis in veritate substātie est resurrectura. vñ beda. Parū fuit oculis se videntiū pbere si nō preberet etiā manibus cōtrectandū q dū palpanda discipulis ossa carnēq3 premonstrat aperte statū vere resurrectiōis que ꝛ in se facta erat nobis est futura significat. vñ ꝛ greg.

Gregorius

Non eñi in illa resurrectionis gloria corpus nr̄m erit impalpabile et ventis aereq3 subtilius vt eutiti⁹ dixit. sꝫ subtile qdem p effectū spūalis potentie palpabile aūt p veritatē nature.

Augustinus

Sed vt dicit aug. claritas qua iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui in xp̄i corpore cum resurrexit ab oculis discipuloꝝ potius abscondita fuisse q̄ꝫ defuisse credēda est non eñi eam ferret humanus atq3 infirmus aspectus quando ille a suis ita deberet attendi vt posset cognosci. Et cum quidam eorū adhuc dubitarent petiit ab eis si aliquid manducandū haberent vt per comestionē melius resurrectionē astrueret (At illi obtulerunt ei partem piscis assi) cuius forte iam aliā partem comederant (et fauū mellis) fuerunt aūt ei hec duo ꝓpterter oblata ipse eñi erat piscis assus per nature humane passionem sed fauus mellis per nature diuine dulcedinem In fauo quippe mellis vtraq3 natura sue persone exprimitur fauus eñi est mel in cera. hoc est diuinitas seu diuinitatis dulcedo in humanitate. Hec autem duo domino oblata significant duo que et nos debemus domino offerre scꝫ piscem assum per carnis mortificationem. et fauum mellis per mentis deuotionem vel in cibo suo dñs pisci asso coniungi voluit fauum mellis quia ipse vt piscis latere dignatus est in aquis humani generis et tundi mūdi fluctibus ac capi laqueo nostre mortis et assari igne ꝛ tribulatione sue passionis et decoqui in ara crucis et q piscis assus fuit in passione fauus mellis ꝛ melle dulcior nobis extitit in resurrectione. Piscem ergo assum et fauū mellis ei offerunt qui fidem passionis et resurrectionis eius tenent vel scd̄m theoph̄ per piscē assum significat vitam

Theophil⁹.

actiuā consumentē nostrā humiditatē laborū prunis cōtemplationē vero significat per fauū mellis propter dulcedinē eloquiorum dei et manducauit coram eis. per qd ostendit se habere corpus viuū anima vegetatiua aīatū. Manducauit quidem non q tunc cibo carnali sustentari indigeret sed vt in veritate carnis se resurrexisse mōstraret qꝛ comedere proprie ad corpus nō ad spiritū ptinet. vnde beda. ad insinuandā resurrectionis sue veritatem: nō solum tangi a discipl'is sed etiā conuesci cū illis dignatur nō quidē quasi post resurrectionē cibo indigens nec quasi nos in resurrectione quā expectamus cibis egere significans sed vt eo modo naturā corporis resurgētes astrueret ne illud nō corpus sꝫ spm̄ arbitrarent et sibi nō solide sꝫ imaginabiliter apparere. ¶ Scd̄m sensum ergo litteralē certificauit eos de sua resurrectione p tria. Primo per visum dicens (videte manus et pedes qꝛ ego ipse sum) scd̄o per tactū (di. Palpate et videte qꝛ spiritus carnem et ossa nō habet) tertio per gustū cū dixit (Habetis hic aliqd qd manducetur) mystice vero xp̄m resurrexisse vident q resurrectionis eius gloriam meditantur. ipm̄ tangunt ꝛ palpant qui sibi caritate copulantur. piscem assum offerunt q patientiā igne tribulationis decoctam habent pro noīe xp̄i sed illi offerunt fauū q mēbris eius exhibēt opera pietatis (ꝛ cum manducasset coram eis dedit eis cibo rū reliquias). s. ad maiorem probationē q vere residuū manducasset et ad insinuandū quia suam passionem eis imitandā esse ostendit que amara est in dolore corporis sed dulcissima in glia remunerationis illos ergo i suo corpore ad eternā requiem suscipit qui cū hic tribulationes pro deo sentiunt ab amore interne dulcedinis non recedunt q hic pro veritate q piscis afflictionibus assant illic quasi fauo vera dulcedine eterne beatitudinis satiabuntur. Deinde certificat eos de resurrectione per auditum di. (hec sunt verba) i res verborū. verbum eñi qñq3 dicitur vox quā pferimus. qñq3 res quā per vocem significamus (q locutus sum ad vos) s supra dicens. Ecce ascendimus hierosolimā ꝛc̄ (cum adhuc essem vobiscū) s in carne mortali ante passionis instātiā (quoniā necesse est impleri) per rerū exhibitionē (oīa q scripta sunt in lege moysi ꝛ prophetis et psalmis de me) In his eñi tribus vetus testamentum comprehenditur per hoc q loqbat sensibiliter et etiam rōnabiliter reducēs ad memoriā q eis dixerat ante mortē suā ostēdit se hr̄e corpus aīatum aīa sensitiua et intellectiua et eadem q pauo (tunc post predicta (apparuit illis) p gratiā internā (sensū) ꝛ intellectum qui scꝫ prius erat clausus (vt intelligerēt scripturas) et ex illis cognoscerent resurrectionem suam sicut p precedentia probauit veritatem sue resurrectionis q̄tū ad humanitatē sic per istud illā probat q̄tū ad deitatē qꝛ illuminare mentes ignorantium intellectu sacre scripture et subito est ipsius deitatis ꝓpriū. Sicut aū passionē declarauit se verbum deū ꝛ hoiem ita etiam post resurrectionem suā (et dixit eis) instruendo p doctrinam (qm̄ sic scriptum est) q. d. Bene debetis credere qm̄ sic scriptum est sicut euenit et sic contigit sicut scriptū ē vñ subditur (et sic oportebat xp̄m pati) s per lignū crucis (ꝛ resurgere a mortuis tertia die) qꝛ vt dicit beda pdidisset

Beda

xp̄s fructum passionis si non esset veritas resurrectionis oportebat autē nō quidē pro se sed p nobis vt per suā indebitam passionē a debita pena nos liberaret ꝛ per suam sanctam resurrectionē nos secum regnaturos ostenderet qꝛ sicut ait apl's mortuus est propter peccata nostra ꝛ resurrexit ꝓpter iustificationē nostrā aperuit eis scripturas tunc enī agnus qui occisus est iudicatus est esse dign⁹ accipere librum ꝛ p spm̄ deitatis soluere. vij. signacula eius hoc est q̄cunq3 scripta sunt de sacramentis incarnationis baptismatis predicationis ꝛ operationis ipsius ac passionis resurrectionis et ascensionis eius Ex hoc patet q sacre scripture non possūt sufficiēter intelligi nisi ille apiat q habet clauē dd. q apit ꝛ nemo claudit et cur pro nobis vt dictum est mori et resurgere voluit manifestatur cum subditur (ꝛ predicari in noīe eius penitentiam) s ex parte hoīs (ꝛ remissionē pctōrū) s. ex pte dei cuius solius est peccata remittere hoībus (i omnes gentes) non in vna tm̄ gente iudeorum vel in vna pte terrarum quia non est acceptio personaꝝ apud deum Cōmēdata igit̄ sui corpis veritate commēdat vt iam dictum est vnitatē ecclie. qꝛ vt dicit theoph̄. non tacebat

Theoph̄

amplius bipartitū esse humanū gen⁹ et iudeos et gentiles. a pn̄ia ergo sicut ꝛ xp̄i sic et p̄curso ris et apl'oꝝ incepit p̄dicatio et ne aliquis ꝓpter magnitudinē peccatoꝝ desperaret de venia subiunctū est incipientibus ab hierosolima Hierusalē eñi est in medio terre habitabilis et ideo cōuenienter ab illa incepit predicatio euangelii ꝛ p xp̄i discipulos circūquaq3 per orbē dispsos in oēm terrā exire sonus predicationis eoꝝ vñ dicit theoph̄ q ideo vt oēs in vnū vnirent mādauit incipere sermonē a hierusalem et ad gentes terminari nullus ergo pre magnitudine peccatoꝝ suoꝝ remissionē se posse consequi desperet quando ipsis hierosolimitis cognoscit indultum qui cruentis manibus et mendacibus vocibus ipm̄ sanguinem per quē genus humanū redemptum est effuderunt Vnde fm̄ bedā incipiunt ab hierosolima non solum qa

Beda

credita sunt illis eloquia dei et eoꝝ adoptio filioꝝ ꝛ gloria verūetiam vt gentes variis erroribus implicate hoc maxime iudicio diuine pietatis ad spem venie prouocētur q eis qui filiū dei crucifixerunt venia conceditur. vñ et criso. Insuper ne dicerent aliqui q obmissis notis suerunt se ostentaturos ad extraneos ideo primo ap̄s ipos

Crisosto.

occisores pandunt resurrectionis insignia in eadem ciuitate in qua prorupit temeratius ausus Vbi enim crucifixores credere videntur resurrectio plurimū demonstratur. Et quia ante passionem eis dixerat iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum hoc nunc opere ostenditur impletum. vnde sequitur (Gauisi sunt ergo discipu-

li viso dn̄o) .i. agnito et qui ante erant tristes et sic expa-
uefacti lerantur coram eo consolati quis enī sine magno
gaudio videret tantū pietatis spectaculū. Ostendit ma-
nus clauis perforatas quibus operatus est salutem ī me
dio terre pedes quibus predicando discurrit et in itine-
re lassatus fuit latus ex quo sacramenta redeptionis pro
fluere fecit in quibus omnibus ad dubitantiū corda sa-
nanda vulnerum sunt seruata vestigia et ideo in talibus
signis pietatis (gauisi sunt discipuli viso domino) quia
iste visus non potuit esse sī maxia leticia et gaudio. ¶ Et
sic duplex eorum tristicia est amota .s. de morte christi et
metu iudeorum erant enī cōturbati de ipsius christi mor
et iudeorū persecutione eis imminente poteratqz eos p
suam presentiam custodire & de sua resurrectione certi-
ficare (dixit ergo eis iterū pax vobis) geminat pacem p-
pter duo precepta caritatis .s. dei et proximi geminam
enī pacem seruant qui hanc geminam dilectionē habent
siue ideo repetit quia ipse est qui vtraqz vnū fecit Iterat
etiam pacem vt monstret per suum sanguinē esse pacifi-
cata que in celis & que in terra sūt q d. Pacem relinquo.
id est reliquias pacis .s. pectoris in p̄nti do vobis pacem
meā .s. eternitatis in futuro do .i. dabo vobis etiam hanc
pacem itero. vt ostendam vos deo reconciliatos homi-
nem angelis hominez homini vt homo deum diligat et
homo hominē ꝑpter deū & ꝑm eū simul quoqz demon-
strat crucis efficaciā per quam soluit oīa tristia et contu-
lit omnia bona et est pax. ¶ Deinde subiungit (Sicut misit
me pater) ad veritatem fidei docendā in iudea (& ego
mitto) .i. mittā vos ad hanc veritatē publicandā per to-
tum mundū. Meos vicarios vos constituo mea vice vo
bis mando meum officiū vobis cōmendo ad docenduz
ad predicandū ad baptisandū ad meū & patris nomē glori
ficandū (vos mitto) mediū & mediatorē se ostēdit cū ait
ille me et ego vos misit deus pater filium suum qñ eum
incarnari constituit misit filius aplōs quādo eos ad p̄di-
candū incarnationem eandē per orbem vniuersum dire
xit et sicut pater amans filium misit eum in mundum ad
pressuras et passionem tolerandas pro salute fideliū Ita
et filius amans apostolos misit eos ad mala et passio-
nes tolerandas pro suo nomine non ad mundi gaudiuz
vnde greg. Itaqz dicitur sicut misit me pater & ego mit-
to vos .i. ea caritate vos diligo cum inter scandala per-
secutorum mitto quia me pater diligit quē venire ad tole
randas passiones fecit et quia executio huius officij non
pōt cōueniēter fieri sine gratia spūssancti ideo (cum hec
dixisset insufflauit in eos & dixit. Accipite spirtū sactum
insufflando spm̄ dedit vt seipsuz esse ostenderet qui in facie
primi hominis spiraculū spirauerat vel certe vt ostende
ret spm̄ sanctū a se procedere sicut procedit a patre et nō
patris solius sed suum esse flatus enim procedit a flante
non tamē est intelligēdū q hmōi flatus christi fuerit spi-
ritus sanctus sed signū eius vñ augusti. Flatus ille corpo
reus substantia spiritussancti non fuit sed demonstratio
per congruā significationē non tm̄ a patre sz etiaz a filio
ꝑcedere spm̄ sanctum hec aug. Unde cōsuetudo ecclesia
stica obtinuit vt in eorū facie qui per grām spūssancti re
generandi sunt a sacerdotibus insuffletur et quia p spm̄
sanctum remissio peccatoꝝ tribuitur qui est fruct⁹ effect⁹
spūssancti recte post eundē spm̄ datū discipulis dicitur.
(Quorum remiseritis peccata remittuntur eis & quoruz
retinueritis retenta sunt) Ubi dedit eis ptātem ligandi
et soluendi ministerio non auctoritate eos quorum pecca
ta ipsi remiserint vel retinuerit .i. retinēda iudicauerint
vel nō remiserint hoc tamen intelligendum est. quando
iudiciū ecclesie diuino iudicio conformatur vñ augu. vt
euidentius ostenderet dn̄s a spūssancto quem donauit fi
delibus suis dimitti peccata non meritis hoīm cōtinuo
subiecit si cui dimiseritis peccata dimittuntur ei hoc est
spiritus dimittit nō vos spūs aūt deus est deus autem di
mittit non vos deus ergo habitās in tēplo sancto suo i
sanctis fidelibus in ecclā sua p eos dimittit pctā qa viuā
templa sunt hec aug. licet ergo solus de⁹ principaliter pec
cata remittat. tñ ministri ecclesie per virtutem clauiū ad
hoc ministerialiter opetanr dimittūtur autē pctā in eccle
vnitate et caritate constitutio sed non alibi vñ aug. eccle
caritas que per spm̄ sanctū diffunditur in cordibus nr̄is
participū suoꝝ peccata dimittit eoꝝ aūt qui nō sūt pticipes
tenet hec aug potestas ergo conficiendi corpus xp̄i da-
ta fuit discipulis in cena qñ dn̄s dixit hoc facite in meam
cōmemorationē sz clauiū ptās sup corpus xp̄i misticū q
ꝑmissa fuit petro & in petro ceteris post iterum expresse
alijs hec eis colata fuit et nois hic dn̄m aplōs ordinasse
e pos vñ aug. nemo tunc dubitat dn̄m aplōs epōs ordiasse
se cū insufflauo eis dixit accipite spm̄ scm̄ qrū remiseritis
pctā remittūtur eis et quoꝝ retinueritis retenta erūt vi-
des quō oīa ista sunt plena iocunditate & leticia & h nūc
esse magnū pasca o q̄lis domuncula in qua fuit ista quā
gloriosum habitare in ea ¶ Ex hoc facto apparitiōis do
mini tria spūaliter et mystice accipiūtur q in aīa fideli ap
partionē et presentiā verbi eterni mentaliter flagitāte
exiguntur. Primū est aīe ab oī ope exteriori vacatio qd
notatur per diē sabbatoꝝ p sabbatū enī requies significa
tur quo iudei ab oī ope vacabant. Secundū est viriū ab
oī specie extranea custoditio qd notatur per fores clau-
sas fores enī anime sunt sensus corporis et vires anime.
Tertium est virium oīm ad intima recolectio qd notatur
per discipuloꝝ congregatōez vires enī anime sunt quasi
qdam discipuli sub magisterio verbi eterni Sed domin⁹
non venit ad animā nisi de sero ꝑpter qd dr cū esset sero q
sero intelligitur perfectio boni opis non enī in initio bo
ni operis dn̄s apparet sed sero postqz sol diuine gratie
cursum suum in perfectione operis peregit tunc de⁹ bo-
mini se ostendit. ¶ Jesus autē veniens in animā operat
ibi quinqz. Primo stat in medio discipuloꝝ omniū virtū
virtū .i. in initio aīe quē inhabitat et ipsam eētiā anie q
medium est omniuz potētiaruꝫ gratiā pficit et fecūdat
cōferendo sibi esse diuinū. Secundo annunciauit disci-
pulis pacem ecce quibus loquitur pacē qz discipul. Esto
et tu discipulus discipline xp̄i capax et audiēs. Tertio
ostendit eis manus et latus conferendo .s. eis et diuinas
operationes que per manus & affectiōes que p latus vbi
cor latet designantur. Quarto facit gaudere discipulos
excitando videlicz in eis gaudium ineternū quia gauisi
sunt discipuli viso dn̄o. Quinto insufflat dando eis sps-
tium viuificationis ad nouam vitā vt viuant tam sibi qz
alijs ad salutez Sed dn̄s cuz discipulis tunc parū stetit
qz multū sero fuit tamez forte etiam ipsi coegerunt eum
aliquātum plus stare rogantes ne sic cito recederet nec
hoc dn̄o displicebat tenere enīz vult prout supra dictuz
est. Tandem benedicens discessit ab eis. Cumqz ab eis
eū amisisset redijt thomas qui ante dn̄i aduentum exiue
rat (dixerunt qz) animo leto (alij ad eū) nūciantes ei bonū
nuncium (vidimus dn̄m) sic enī ante passionem appella
uerunt eum. Qui dixit se non crediturum nisi videret et
etiam tangeret cicatrices vulnerum vt si visus decipere
tur saltem tactus nunciaret veritatem. Volebat certifi
cari duplici sensu .s. visu et tactu isti enim duo sensus sūt
qui minus decipi pñt tanta qppe viderat mortis suppli
cia q resurrectionis et vite nō poterat accipere argumē
ta nisi nō solū visu sed etiā tactu perciperet ea vñ cris. alijs
enī grossiori exīs eaz q et per sēsuz grossissimuz .s. tactuqz
rebat fidem etneqz oculis credebat. Remanserunt aūt
discipuli famelici et furibundi de dilosuo de quo tantā
copiam habere consueuerāt et eū sepe suspitijs & deside
rijs reuocabant. Vidisti quotiens hodie pasca habui-
tiā nā oēs predicte apparitiones in die resurrectiōis fue
runt de quibus tm̄ quinqz in euāgelio scripte sunt & has
quinqz repn̄tat sacerdos in missa quinquies se vertens
ad ppl'inz quasi pro apparitione repn̄tans eis vultū sed

Crisosto. — Gregori⁹ — Augusti. — Augusti. — Augustinus — Augustinus — Crisostom⁹.

tertia versio est cū silentio q̄ significat tertiā ex his apparitionē factam petro q̄ nescit vbi vel qn̄ facta fuerit hec apparitio ꝑ hoc etiā eas repstitat q̄ quinqȝ dn̄s vobiscū dicit. s; forte audisti nō tn̄ sensisti q̄ nec forte in passione cōpassionē habuisti credo eīm q̄ si in passiōe cōpati scires et mentē vnitā et nō sparsam ad secularia aut supflua vl' curiosa haberes in qualibet vice sentires pasca. ꝛ hoc tibi cōtingere posset q̄libet die dn̄ica si mēte integra feria sexta et sabbato te in passiōe dn̄i prepararez. quia scdm̄ aplm̄. Si fuerim⁹ socij passionū erim⁹ et consolationum. Tunc vero dn̄s iesus redijt ad sctōs patres qui corā eo nō ociose sed vigilanter laudib⁹ insistebāt iocundantes. Stabant eīm in canticis et laudib⁹ oēs scti patres et angeli corā dn̄o reuerenter alacriter ꝛ deuote. ac tanq̄ȝ gloriosi iubilant cōtinue. cōspice igitur eos et tucū leticia ꝛ eis congratulare ac disce deū venerari et laudare et sibi gratias agere et sua beneficia recognoscere ac toto conatu ad illam gloriā tendere non cesses vbi semper in conspectu dei tui cū tam nobili multitudine in laudib⁹ dei perseueres.

Oratio.

Alme fili dei patris q̄ forib⁹ clausis apparuisti discipulis in vnū cōgregatis: obstrue queso claustra sensuū meoꝝ interioꝝ et exterioꝝ contra pericula temptationū scīo timore reuerentie tue. mortifica in eis oīa mala cum vinculo tue caritatis delicate et illumina eos cum lumine religionis diuine vt merear tua leta visione consolari. pacēqȝ pectoris in presenti et eternitatis in futuro te donante valeā inuenire vbi cum angelis ac omnibus sanctis et electis tuis te laudare merear sine fine. Amen.

Quomodo dominus apparuit discipulis inclusis thoma presente. Caplm̄. lxxvij

Johānis. xx.

Ueniente autem

octauo die resurrectiōis iterū apparuit dn̄s iesus discipulis suis nā q̄ nō malicia s; ignorantia thomas dubitauit noluit pius mgr̄ tā dilectum discipulum in infidelitate relinquere sed ad fidem ei⁹ reformandā iterum dignatus est apparere. igitur (scdm) in ꝑdicto monte syon (iterum essent discipuli intus et thomas cum eis) pastor bonus et de pusillo grege sollicit⁹: (venit ianuis clausis et stetit in medio eorum) vt possit videri ab omnibus (et dixit illis pax vobis) stetit in medio et dixit. pax vobis. nunq̄ȝ potest esse pax in collegio nisi prelatus sit in medio ita q̄ non plus ad vnā partem inclinetur q̄ȝ ad aliā. columna nunq̄ȝ sustinet edificium si sit ad partē prope parietē et nō in medio omnia elementa preter terrā mouentur q̄ nō sunt in medio. terra autē immobilis est quia in centro est et in medio. sepe dn̄s pacē discipulis nunciat et cōmendat ac ꝑsuadet habere q̄ȝ sine pace impossibile est deo placere in eis eīm qui pacē et concordiā diligunt habitat deus quia factus est in pace locus eius pacem veniens attulit et hinc abiens pacem reliquit quia tota perfectio x̄piane vite et religiōis in pace et dilectione consistit. cū magna ergo diligentia debemus eam inquirere et studiose obseruare. Unde gre. nazanzenus. Pudeat ergo nos pacis munus deserere quā nobis hinc discedens christus reliquit. Pax et res et nomen dulce quā et dei esse accepim⁹. Juxta illud. pax dei. et eius esse deum iuxta illud de⁹ pacis. et ipsam esse deū iuxta illud. ipse est pax nostra. pax bonum cōmendatum ab omnibus et obseruatū a paucis. que autem causa est fortassis ambitio dominij aut facultatum. aut liuor. aut odium aut contemptus aut aliquid huiusmodi ex his q̄ dei ignaros videmus incurrere. (Deinde dicit thome) quasi respondens petitioni eius superposite (infer digitum tuum huc et vide manus meas) non q̄ in digito sit visus sed quasi diceret Tange hoc et experire. Unde videre in hoc loco pro sentire et intelligere ponitur. q̄d

Greg. nazan.

genus locutionis adeo vsitatum est vt per oēs sensus currere videatur sicut cum dicimus audi et vide q̄ȝ modulate cantat. Olfac et vide q̄ȝ suaue redolet. Palpa et vide q̄ȝ lene sit. Gusta et vide q̄ȝ dulce sit. Unde in exo. dicitur. Cunctus ꝑplus videbat voces .i. sentiebat. visus ergo propter sui certitudinē pro oīni sensu accipitur. vn̄ scdm̄ aug. noīe visus generaliter alij quattuor sensus cōsueuerūt nominari immo etiā aliquādo pro intellectu accipitur vt cum alicui dicitur vides tu hoc .i. intelligis vel simpliciter dici potest q̄ iesus ad verba thome respōdet in quo etiam suam deitatem declarat in q̄ȝtū absens corporaliter eius verba sciebat thomas enim duplici sensu scilicet visu ꝛ tactu certificari volens dixerat (nisi videro in manibus eius fixurā clauoꝝ et mit digi. me. i lo. cla. et ma. meam in latus eius non credā. Jhs vero q̄si rn̄dens dicit ei (Infer digitū tuū huc) .s. in locū clauoꝝ (et vide manus) perforatas ꝛ clauorū fixuras. Deinde subiungit (ꝛ affer manū tuā ꝛ mitte in latus meū) lācea perforatū ꝛ cognosce me illū eundē esse q̄ pepēdit i cruce. Magnum certe fuit vulnus illud sacratissimi lateris in quo nō digitum sed manū mitere debebat mystice ꝑ digitū significatur discretio per manū opus nostrū monet ergo digitū et manū in locū clauoꝝ et lācee mitere vt quicq̄d in nobis est discretiōis ꝛ opis in suitiū x̄pi expendamus. Deinde subdit (et noli esse in credulus) hoc est ad credendū tardus (s; fidelis) hoc ē fide firm⁹ q̄ in pctō infidelitatis me iterū crucifigis causam mee iterās passiōis. hoc dixit iesus q̄ thomas dixerat discipulis resurrectionē christi nunciantibus se aliter non crediturū. Sicut ergo thomas pre ceteris dubitauit ita pre ceteris palpare et videre monet. vbi cris. Tu vero cū videris de credente discipulū excogita dominatoris clementiā quāliter etiā pro vna aīa ostendit seipm̄ vulnera habentem et accedit vt saluet vnū nō eīm ei statim apparet sed post dies viij. vt in medio a discipulis admonitus accēdatur ad maius desideriū et fidelior fieret in futurum. Tunc thomas cicatrices dn̄i tetigit et non solum corde credendo sed etiā ore cōfitendo q̄ vtrūqȝ ad salutē requirit: exclamās (di. Dn̄s meus et deus meus) .s. tu es (dn̄s me⁹) scdm humanitatē in qua me sanguīe tuo redemisti ꝛ cōparasti (et deus meus) scdm diuinitatē qua me creasti ꝛ de limo formasti iam nichil dubito certus sum. confirmo resurrectionē. predico immortalitatē. tu es dn̄s me⁹ et magister me⁹. ego seruus tu⁹ et filius ancille tue. tu es deus q̄ȝ deus meus qui me creasti et pro me carnem suscepisti quam vt me redimeres morti tradidisti. et vt me tecum resuscitares nunc a morte resurrexisti. hec est fides mea. ita sentio et ita credo. O felix thoma q̄ȝ felicē habuit licentiā manus tua magna quippe licentia ꝛ magna grā ē mittere manum in latus illud dulcissimū in latus illud saluberrimū in latus inq̄ȝ vn̄ ab ira saluamur vnde a culpa sanamur vn̄ in grā generamur vn̄ in glīa sublimamur. Ipse ergo thomas q̄ dicitur didim⁹ ꝑpter dubiū eorū in credēdo q̄ didim⁹ grece gemin⁹ ē latine hn̄ etiā dr̄ abissus q̄ altitudinē diuinitatis certa fide penetrauit q̄ntā dr̄ remunerationē fides hēbat manifestat cū subdit (dicit ei iesus) beatificādo ꝯfessionē ip̄i⁹ (q̄ vidisti me thoma) .i. q̄ expert⁹ es etiā per tactū (iō credidisti beati q̄ nō viderūt et crediderūt) in h̄ versiculo nō solū fides thome cōmendat s; etiā nr̄a salus futura ꝑdicit ac si diceret dn̄s tu q̄dē beat⁹ es q̄ cū me vidisti credidisti s; ꝛ illi beati erūt qui nō vidētes me corpe credituri sunt mēte. Ubi scdm aug. ꝑteriti tpis visus ē verbis ꝑpter certitudinē tanq̄ȝ ille qui q̄d erat futurū i sua nouerat ꝑdestinatione iam factū q̄ apud ei⁹ penitētiā oīa futura ꝑterita sunt s; aliud thomas vidit et palpauit corpore et aliud credidit corde q̄ fides saltē quo ad actū nō pōt eē de visis et apparētibus. nā fides est argumentū .i. ostēsio nō apparentiū arguere eīm dicebāt antiqui ostēdere. hoīem nāqȝ seu hūanitatē vidit et tetigit ꝛ deū seu deitatem que in p̄nti videri

Crisosto.

Augusti.

Augusti.

non potest credidit. dicendo eni dominus me⁹: humanā naturā cui dn̄s ē totius creature dominū: dicēdo vero de⁹ me⁹ diuinā q̄ oīa ꝯdidit confessus ē: et vnū eūdē deū et dn̄m.

Theop. Unde theo. q̄ prius infidelis fuerat. post lateris tactū optimū theologū oñdit: nā duplicem naturā vnicā q̄ ypostasim xp̄i edisseruit: nos ergo consolando subiungit: beati qui nō viderūt et crediderūt.

Gregori. Ait greg. letificat aūt valde quod sequitur. beati q̄ nō viderūt et crediderūt in qua sententia nos specialiter signati sumus: q̄ eū quē carne nō vidim⁹ mēte tenem⁹. si fidē nostrā opibus sequimur: ille eni vere credit: qui exercet opando qd̄ credit. hec gre. de his antē q̄ fidē nō leten⁹ retinent paulus dicit: cōfitentur se nosse deū: factis autē negant. et iacobus. fides sine operibus mortua est.

Crisosto Cū ergo vt dicit cris. aliquis sic isto tp̄e dixerit vtinā in tēporibus illis fuissem et vidissē xp̄m miracula faciētē tunc excogitet btī qui nō viderūt et crediderūt. potuit aūt esse q̄ post cōfessionē qua dixit dn̄s meus et deus me⁹. dn̄s iesus insflans dixerit: accipite sp̄m sctm̄ quorū remiseritis pctā zc. l3 hoc nō dicat euangelista: q̄ multa fecit iesus q̄ nō sunt scripta in libro hoc. vnde sic q̄ virtutē suā non alligauit sacramētis potuit sine signo sensibili dare spiritumsanctum. et conferre ei potestatem et ordinem episcopalem. Nam credendum est q̄ cum sicut alios episcopum ordinauit. attende hic

Crisosto q̄ christus thome apparuit qñ in errore fuit in quo magna xp̄i pietas oñdit q̄ ꝓpter vnū solū venit. Ait cris. cōsidera dn̄atoris clementiā qualiter etiā ꝓ vna aīa oñdit seipm̄ vulnera habētē et accedit vt solū vnū. hoc aūt de thome dubitatiōe dispēsatorie ꝓmissum est vt euidētioribus argumentis resurrectio dn̄i ꝓbaret. Nō eni dubitatū

Gregori. est ab illo ne dubitetur a nobis. vñ f̄m grego. nō casu sed diuine pietatis dispēsatione gestū est vt ille electus discipulus tūc deesset. qui audita resurrectione dubitaret dubitās palparet et palpās crederet vt a nr̄is cordib⁹ oēz dubitationē expelleret et dum in magistro suo vulnera palparet carnis in nobis vulnera sanaret infidelitatis plus enim in nobis incredulitas thome q̄ aliorū credulitas ad fidem profuit q̄ duz ille ad fidē palpando reducitur: mens nostra oī dubitatione postposita in fide solidatur et non solū nostrā fidē roborauit: sed etiam hereticorum errorē dicentiū iesuz verum corpus non habuisse

Leo pa. exclusit. Unde et leo papa: suffecit thome ad fidē ꝓpriā vidisse quod viderat: sed nobis opatus est vt tāgeret qd̄ videbat vnde greg. de ipsius thome z alioꝝ etiā discipu-

Gregori lorū dubitatione sic dicit q̄ resurrectionē dominicā discipuli tarde crediderunt. non tā illorū infirmitas q̄ nostra vt ita dicam: firmitas fuit: ipa nāq3 resurrectio illis dubitantibus ꝑ multa argumēta mōstrata ē: quam dū nos legentes agnoscimus q̄d aliud q̄ de eorū dubitatione solidamur. minus eni michi maria magdalena ꝓstitit: q̄ citius credidit: q̄ thomas q̄ diu dubitauit ille eteni vulnerū cicatrices tetigit: et de nostro pectore dubietatis vulnus amputauit. hec greg: Dispensationis autē grā: non ex curandi ipotentia dn̄s q̄ mortis regna destruxit signa mortis delere noluit sed pluribus de causis vestigia passionis .i. cicatrices vulnerū in corpore licet incorruptibili reseruauit: primo ad astruendā et probandā resurrectionem: ac reformandā et corroborandā discipulorū fidem de sua resurrectione dubiam. vt credāt q̄ ipse qui crucifixus fuit in eodem corpore numero resurrexit: Leo eni q̄ vulnera ostēdebat manifestabat q̄ idē resurrexerat q̄ in cruce pepēdit vnde Luc. videte manus meas et pedes meos: quia ego ipse sum secundo ad cōmendandaz eius circa nos dilectionē: vt q̄muisceticorditer sumus adiutio ostensis sue mortis indiciis insinuet: nosq3 ad dilectionez rependendā magis prouocet. Unde in apoc. Qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris i sanguine suo: tertio ad ostendendam nostrā redemptionē: quia illa vulnera fuerunt nostre redemptionis signū. vnde Ysay: ipse vulneratus est propter iniq̄tates nostras: ideoq3 misericordias dn̄i cantare non cessent. sed dicant q̄ redēpti sūt a dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in seculū mia ei⁹: quarto ꝓpter nostrā edificationez et īstructionē: si eni in corpore xp̄i glorioso etiā manebant signa sue passionis: et nos dn̄i cōpatiendo eadē vulnera cōtinue in mente portare: et ꝓ eis grās agere debemus vnde apostolus. Hoc sentite in vobis: qd̄ et in xp̄o iesu. quinto propter nostri recordationē et memoriā apud se semp retinendā. Nequaq̄ enim nostri obliuiscitur ꝓ quibus sic crudeliter plagat⁹ dignoscit. Unde in Ysaya. Ego tui non obliuiscar ecce in manib⁹ meis descripsi te. sexto ꝓpter dei patris reconciliationē vt deus pater ignoscat humano generi ꝓ quo filius sic voluit plagari. Unde apostolus. Aduocatū hēm⁹ apd̄ patrem iesum xp̄m iustū et ipse est ꝓpiciatio pro pctīs nostris nā pr̄i pro nobis supplicat obedientiā repn̄tās et q̄le genus mortis ptulerit semper oñdēs quod ē q̄dā

Bernardus modus interueniendi pro nobis. Unde bern. Securū accessum habes o homo ad deum vbi habes filium ante patrē matrem ante filium filius ostendit pr̄i lat⁹ et vulnera mater ostendit filio pectus et vbera nec vlla poterit ibi esse repulsa: vbi tot caritatis occurrūt insignia. Septimo ad impiorū confusionē vt ostensis eis in iudi-

Augustinus cio vulneribus: denunciet q̄ iuste damnari debeant. Vñ secūdum aug. Conuincens eos de peccato sue mortis dicet. Ecce hominē quē crucifixistis: videtis vulnera q̄ inflixistis. agnoscite latus quod pupugistis: quoniaz ꝑ vos et propter vos apertū ē nec intrare voluistis. Octauo ad electoruz exultationez dum in deo suo insignia amoris

Beda ꝓcipui quē ad eos habuit videbunt. Nam secūdū bedaz magnū gaudium erit sanctis videre vulnera in carne cristi fulgida per que victor triūphauit de morte z saluauit electos: veniens ergo dn̄s ad iudiciū in eadē forma oīb⁹ apparebit .s. iustis z iniustis. vt iusti videntes quanta et qualia pro eis sustinuit: in eius amore amplius exardescant: et in laude ac gratiarū actione proficiant. iniusti vero deterius puniantur confundantur et pereant. quātomagis tantis beneficiis ingrati extiterunt: z largiora beneficia dei indignius contempserunt. Nono vt triūphū seu titulum triumphalem et signum victorie sue oī carne ostendat z imppetuum circunferat que eum victorē diaboli per infinita secula demōstrent: verbigratia. miles ꝓ totius gentis salute fortiter egit. et multis vulnerib⁹ ꝑfossus est: hostem tamē interfecit: eiusq3 spoliis distributis victoriam sue genti reportauit: ait illi medicus. vis sanari sine omni cicatrice. vel cum cicatricibus sine omni deformitate. puto qd̄ in signum sue victorie: z pro exemplo animandi alios ad idem reseruaret sibi cicatrices. ille eni cicatrices sunt in xp̄o non in deformitatem: sed in ma-

Crisostom⁹. Augustinus gnam pulcritudinez: vnde dicit crisosto. q̄ cicatrices sūt in cristo super radio solis lucidiores. vnde etiam secūdū aug. in illo regno apparebunt in corporibus beatorum martyrū cicatrices vulnerū que ꝓ xp̄i nomine ꝑtulerūt sicut stella i celo: sicut lapis p̄ciosus in annulo: sicut flos i stipite: z sic ē rube⁹ color i rosa nō eni deformitas in eis. sed dignitas erit. z quedā q̄uis in corpore. nō corpis sed virtutis pulcritudo fulgebit: nec iō tn̄ si martyrib⁹ aliqua amputata z ablata sunt mēbra sub ipsis mēbris erunt in resurrectione mortuorū sed vbi mēbra vt predicerent ꝑcussa sunt vel secta ibi cicatrices sed tn̄ eisdē mēbris reddītis non ꝑditis apparebūt cōspice nūc dn̄m z cōsidera solitā ipsius benignitatē humilitatez z amorē feruentez quō vicz mōstrat thome z aliis discipulis vulnera vt tollat oēz obscuritatē de cordibus eorū ad ipsorū et nr̄am vtilitatē. Stat igitur cum eis per aliquā morulā loquēs de regno dei cōsolatoria stant et ipsi cū eo in eorū leticia magna audiētes illa verba excelsa et aspicientes faciez eius plenam gaudio ac decore et gratia. Attende bene eos familiariter circumcirca stantes. Sta et tu reuerēter et verecunde sed gaudēter a longe tamen si forte misericordia mot⁹ faciat te vocari licet imeritū. Tandez dicit

eis q in galileam vadãt et q ibi eis apparebit sicut promiserit et benedictione data discessit ab eis. Ipsi vero remanserunt vt paruo de ipso famelici et sitibundi sed plurimum confortati. Oratio.

Dñe iesu xpe qui thome dubitanti loca clauorum et lancee ostendisti et eum per digiti et man⁹ immissionem ab errore reuocasti da mihi vt tuorũ vulneruz et passionis semper habens memoriã digitum et manum hoc est quicqd discretionis et operis ĩ me fuerit totum in seruitium tuũ mittam et expendã et cũ Thoma confitear qz tu es dñs meus qui me sanguine tuo cõparasti et deus meus q me creasti vt qđ de credentibus salute futura et predixisti in me merear experiri et te largiente beatus apud te inueniri Amen.

Quomodo dñs apparuit septem discipulis ad mare tyberiadis. Capitulum lxxx.

Joban. xxi.

Postea facto inter

tuum sicut teipsum. In his duobus preceptis tota lex pendet et prophete. si ergo nō vacat omnes paginas sacras perscrutari omnia inuoluta sermonum euoluere. omnia scripturarum secreta penetrare. tene caritatem vbi pendent omnia. Ibi tenebis quod tibi didicisti tenebis etiam quod non didicisti: si n. nosti caritatem aliquid nosti vnde illud pendet quod forte non nosti. Et in eo quod in scripturis intelligis caritas patet et in eo quod non intelligis caritas latet. Ille itaqȝ tenet et quod patet et quod latet in diuinis sermonibus qui caritatem tenet in moribus: et iterum quanta est ciuitas que si desit frustra habentur cetera si assit habentur omnia: et iterum homo fide et spe et caritate subnixus et eas inconcusse retinēs non indiget scripturis nisi ad alios instruendos. Multi per hec tria in solitudine sine codicibus viuunt hec aug. Est etiam tantum bonum caritas. vt non tantum defectus nostros suppleat: sed etiam bona aliena nostra esse faciat. vnde Gregorius. Aliorum bona opa nostra sunt. que si imitari non possumus in aliis amemus et amantium fiunt quecūqȝ amantur in nobis. vnde et augusti. Pensent inuidi quantum bonum est caritas que sine labore nostro aliena bona nostra facit. Et iterū si amas vnitatem etiam tibi habet: quisquis in illa aliquid habet: tolle inuidiam et tuū ē quod habeo tolle inuidiam et meum est quod habes. Liuor separat. caritas iungit hec aug. Per caritatē quippe est homo in participio omniū bonoꝝ ecclesie et ex defectu caritatis amittit homo meritū omnium bonorum ecclesie. et etiam boni operis proprij. Et vt dicit bern. caritas est virtus in qua nec minimū opus respuitur. sine qua nec maximum acceptatur. Et breuiter concludendo caritas inter virtutes tenet principatum. quia sine ipsa ad perfectionis culmen nemo conscendere valet. tūc eīn homo perfectus ē: quando caritate plenus ē. Deinde quia magnis eis infixit exigens eorū sensus et eos cōfortatus ait (Et ecce ego vobiscum sum) protectione diuine virtutis: cooperatione laboris et operis ac etiam sacramentali presentia corporis (omnibus diebus vsqȝ ad consummationem seculi) inclusiue cum finitis laboribus: e consummato seculo mecum regnabitis cuius rei pignus est presentia mee deitatis. et gratie etiam in presenti. Ex quo patet quanta merces pie conuersationis. qualeue pignus future beatitudinis etiam in presenti fideles moneat et quod vsqȝ ad finem mūdi fides non deficiat quātumcunqȝ tribulationis agitetur ac si dicat sm Crisost non excusetis vos nec michi dicatis difficultatē iniūctorū negocioꝝ quia ego vobiscum sum. qui omnia faciam leuia hec Crisosto. Magna pmissio. magnus et insuperabilis clipeus securitatis ego inquit vobiscum sum in vobis pugno. vos defendo. nichil timentis. sitis securi. Si n. deus pro nobis. quis contra nos dicamus ergo in deo faciemus virtutem: ipse ad nichilū deducit tribulantes nos et inimicos nostros. et spāliter pdicatoribus euangelij pmittitur assistentia dūi cum dicit (et ecce ego vobiscum sum). s. dirigendo sermones ad salutem audientium et meritum vestrum sm Crisosto. non tātū loquitur illis qui tunc erant: nec cum illis solum dixit se futurum esse: sed et p ipsos loquitur oībus futuris q̄ post illos credent cū quibus etiam semper erit. Non eīn vsqȝ ad consummationem seculi apostoli pmansuri erant sed sicut vni corpori loquitur fidelibus quibus cōiungitur vt caput membris hec Criso. Quamuis. n. dūs quo ad penitentiam corporalem abscessurus esset a discipulis. tamen p presentiam diuinitatis et spūalem influxum suoꝝ donorum et sue gratie presens semper manet et manebit cum fidelibus vsqȝ ad finē seculi. Sapiēs n. et fidelis: natura nauē non dimittit donec fuerit ad portum applicata. ecclesia vero est nauis et xps est nauta regens ipsam quia eā nō dimisit nec dimittet donec ad portum paradisi perueniat. hec ecclesia in Apocalipsi de celo descendere dicit quia scdm aug. celestis est gratia qua deus eam facit. vbi Rabanus. Ex hoc autem intelligitur quod vsqȝ ad finem seculi non sunt defuturi in mundo qui diuina mansione et inhabitatione sunt digni. Quod autem dicit vsqȝ ad consūmationem seculi secundum bedam finitum pro infinito ponitur. Nam qui in presenti seculo manet cum electis eos protegendo et per occultos instinctus spūs sancti dirigendo: ipse cum eis post finem seculi manebit eos remunerando et sine fine sua presentia satiādo. vnde et Leo papa: qui enim ascendit in celos non deserit adoptatos. et ipse deorsum confortat ad patientiam qui sursum inuitat ad gloriam. Manebit etiam cum fidelibus in presenti seculo non solum virtualiter sed etiam per presentiam corporalem in eucharistie sacramento. vbi est christus totus: sed post finem videbunt eum facie ad faciē luce clarius. Rememorat autem eis vt ait Criso. et consummationem seculi: vt eos magis attrahat. et ne presentia singulariter inspiciant solum que simul cum presenti vita dissoluuntur: sed et futura bona et sine fine mansura. q. d. Tristia que sustinebitis simul cum presenti vita dissoluētur cum et totum seculum in consummationem deueniat. bona aūt quibus potiemini sunt in eternum mansura. hec Crisosto. Considera nunc bene discipulos et ea que modo sūt eis dicta quia sunt valde magnifica Sant ī magna iocunditate cum domino: manifestat eis q̄liter ē dominus oīm dat eis mādatū de pdicādo: dat formā baptismi dat et vigorē pmaximū dū dicit quod ip cum eis erit. Et stans benignus familiariter inter eos predicans et loquens de regno dei. magna eos iocunditate repleuit et leticia inenarrabili. Vides quantam consolationem dat eis et quot ostendit insignia caritatis Apparet quod isti dominum cum desiderio et sollicitudine expectare curauerunt. Et ideo leti eum aspicere meruerunt. ¶ Sic et nos contingere sentiremus. si i expectando dominum et ad uentum eius seruidi et solliciti essemus. Per istos quibus dominus in monte thabor predicto apparuit cōtemplatiui designantur quia in hoc monte transfiguratus dñs et talibus ipse frequenter apparere dignatur. Deinde dñs ab eis discessit et more solito ad sanctos patres rediit. discipuli vero cum magno gaudio remanserunt et postea in hierusalem redierunt.

Oratio.

Domine iesu xpe fili dei viui qui corda discipuloꝝ de morte tua dolentium tue exibitione presentie gaudio incredibili in monte eis apparens perfudisti da mihi misero vt nunc celsitudinem perfectionis ascendens i yma studeam desideria terrenorum calcare et ab infimis voluptatibus ad superna desideria transire quatenus te merear quandoqȝ in altitudine celorum videre. Fac etiam domine me omnia que mandasti seruare et mane nobiscum in hoc seculo protegendo et dirigendo et post finem seculi remunerando et sine fine tua presentia satiendo. Amen.

Epilogus apparitionum domini post resurrectionem Capitulum. lxxxj.

Habes igitur duodecim apparitiones post dñi resurrectionē vsqȝ ad ascensionē absqȝ duabus cum ascensione proximo dicendis. et sic apparitiones q̄tuordecim fuerunt. de quibus tantum x. in euangelio scripte sunt. potes etiā meditari de pluribus nam verisimile est quod benignus dominus sepe matrem et discipulos et magdalenam dilectam discipulam visitauit confortās et exhilarans eos qui sic vehementer de sua passione conterriti et contristati fuerant. Ub etiam bn̄s aug. sentire vr loq̄ns de xpo post dñi resurrectionē nō oīa inquit scripta sūt crebra. n. erat eius cum illis cōuersatio priusq̄ ascendisset in celum. Et forte ipsi sancti pr̄es. maxime abrahā et dauid ad q̄s spālis facta fuit pmissio filij dei veniebāt cū eo ad videndū illā

Gregorius | Augustinus | Bernardus. | Crisostom⁹. | Crisostom⁹. | Augustinus | Rabanus. | Beda. | Leo pa. | Crisosto | Augustin⁹

excellentissimam filiā suā matrem dñi que ꝑ eis et oībus gratiā inuenit e redēptorem genuit. O q̄ʒ libenter eā cō spiciebant ⁊ q̄ʒ reuerēter se eidē inclinabant. ⁊ oī qua po terant benedictione cōplebāt. q̄uis ipsi non viderentur ab illis q̄ corꝑaliter erāt. Potes etiā hʼ ꝯsiderare benigni tatem caritatē et humilitatē dñi more solito qui in omni bus factis eius relucent q̄ etiā postq̄ʒ gloriose vicerat ⁊ resurrexerat peregrinari adhuc per dies xl. voluit vt su os discipulos ꝯfirmaret et roborarēt. Digne nanq̄ʒ post tot annorū curricula post tot labores ⁊ afflictiones post tam crudelē ignominiosam et acerbā mortē poterat tri umphator ad suā gloriā remeare et apostolos per suos angelos cōfortare. ꝑ suo nutu cōformare sed hoc nō pa tiebat caritas sua ꝑsonaliter voluit cōuersari cum eis. et veritatē resurrectionis multis cōprobauit argumentis. id est sensibilibus et euidētissimis signis multa in corpo re ꝓprio ostendēs preter naturaʒ corporis immortalis vt sic veritatē resurrectionis astrueret ⁊ ab apostolis eo rumq̄ʒ posteris oēm omnino causā hesitationis āmoue ret. In corpore eī ꝓprio cicatrices ostendit cū tñ a natu ra corporis īmortalis penitus aliena sit omnis deformi tas cicatricis comedit cū eis ⁊ bibit cum tamen corpus spirituale ciborū alimonia minime indigeret. Sed scien duʒ est cibos a dño ante mortē sumptos in eī⁹ alimoniā cessisse q̄ illos in se cōuertit. post resurrectionē vero sum ptos nullā ei alimoniā prebuisse. q̄ illos in se non cōuer tit cū haberet corp⁹ glorificatū et incorruptibile. sʒ mox spirituali eius virtute absumptos sicut absumitur aqua missa in igne aliter absorbet aquā terre sitiēs aliter exic cat radius solis calēs ista absorbet et in se trahit indigē tia iste exiccat et consumit potentia. Manducauit ergo dñs post resurrectionem potestate non necessitate vt eo modo resurrectionē et vitā verā nō ymaginariā ostēde ret. si nō ostēderet veritas resurrectionis ꝑdita esset fru

Augustinus

ctus passionis. vñ augu. Et de saluatore q̄dʒ fides xp̄ia na non ambigit. q̄ʒ post resurrectionē in carne spiritua li sed tñ vera cibū et potū cū discipulis sumpserit nō ali mentorū indigentia: sed ea qua ⁊ hoc poterat potestate. nō eī edendi ⁊ bibēdi talib⁹ corporib⁹ aufert ꝑtās sed egestas. q̄ñ certo ⁊ inuiolabili munere īmortalitatis in duentur vt nō nisi velint possibilitate non necessitate ve scant. hec augu. Preter hec argumenta lucas scribēs hi storiam actuū apostolorū ponit et alia. Fuit enim argu mentuʒ vere resurrectionis q̄ per dies xl. multiformiter apparuit eis loquens de regno dei. non est intelligendū q̄ singulis quadraginta diebus apparuit eis: sed q̄ infra numerum tot dierum pluries apparuit exhibendo se o culis videndum et manibus palpanduʒ cum eis come dendo et bibēdo sicut ante consueuerat vt resurrectionē suā pluribus modis ostēderet: sed ad demōstrandū glo riam sue resurrectionis nō decebat eum cum illis vt pri us conuersari cōtinue ne putaretur ad vitam mortalem resurrexisse. Facto ergo interuallo apparebat discipu lis et nō cōuersabatur cōtinue cū eis vt ostenderet se re surrexisse ad īmortalem vitā ab hoībus huius vite sepa ratam. Itaq̄ʒ nō statim post resurrectionem ascendit vt multipliciter resurrectionē ꝓbaret: et discipulos cōsolā do refoueret. vt nostrā informaret patientiā. q̄ debem⁹ equanimiter expectare mercedē nostrā vñ sicut fuerunt xl. hore mortis eius scʒ quatuor parasceues vespertine. et triginta sex duarū noctium et vnius diei: ita xl dieb⁹ cū eis cōuersatus est post resurrectionem. quia diuina cō solatio excedit humanam tristiciam pro eis fecit hoc et pro nobis sed non aduertimus. dilexit et diligit sic vehe menter et nō diligitur. cum tñ ad talem et tantū ignē nō solum calefieri sed etiam ardere debemus. vñ Beda. re

Beda

surrectionem suam certam et veram multis et variis do cumentis persuadere dignatus est propter edificandaʒ fidem et fugādā de corde perfidiā omnēq̄ʒ dubitationē de sua resurrectione tollendam. vnde etiā Bernar. xp̄o

dicitur triplex panis. subcinericius in incarnatione re uersatus in resurrectione. triticeus in nude deitatis ostē sione. panis subcinericius est de⁹ hō nā quid est de⁹ nisi vita et panis. quid est homo nisi cinis et puluis. et q̄d est in vna persona deus latēs et hō patiēs nisi panis subci nericiꝰ. Panis ergo subcinericiꝰ est panis sub cinere de us latens sub hole. ⁊ hoc erat xp̄s ante resurrectionē pa nis reuersat⁹ est econuerso hō de⁹ scʒ post resurrectionē. Prius enim quasi cinis panē occultauit post vero qua si panis cinerem celauit. quando eū habuit corpus glo rificatum tunc humanitas in eo quasi celata fuit. Unde ante passionem humanitas ī eo manifestata fuit deitas latebat et ideo tunc per miracula et predicationē deita tem probare ⁊ mundo ostendere oportebat. Post resur rectionem vero magis probationi humanitatis q̄ʒ dini nitatis insistebat. vnde tunc visu: tactu: esu: et multis ali is argumētis se verū hominē esse approbabat. Panis triticeꝰ sine omni cinere ē sine furfure. sñ enigmate: sʒ de simi la purissima hec ē nuda deitas. Hic panis ē de⁹ de⁹. Nā deuotiōi nō sufficit semel dicere de⁹. vox n. deuota ē de⁹ deus meus hoc faciat mihi deus ⁊ hoc addatur vt sit de⁹ de⁹ me⁹. Quid n. proderit mihi deus si non sit deus meus. hec bern. Et sciendum q̄ non iniquis hominibus et mundi amatoribus sed solis apostolis aliisq̄ʒ fidelib⁹ post resurrectionem suam saluatorē apparuisse legimus neq̄ʒ n. conueniens erat vt christus a mortuis resurgens factusq̄ʒ iam eternus et immortalis iniquis hominibus deo mortuis et a vita que christus est separatis se mani festaret. Unde et ante dixerat adhuc modicum et mun dus. s. qui modo non me videt oculis carnis iam me nō

Theophil⁹.

videt vos autem videbitis me. vnde Theo. De cetero nō conuersabatur inter plebem quia. s. post resurrectionem conuersatio eius non erat digna hominibus sed diuina magis quod etiam est forma resurrectionis future ī qua sicut angeli conuersabimur et filij dei. hec theo. Manife

Augustinus

stauit autem se discipulis suis et aliis fidelibus vt viuus videretur a viuētibus. vn de dicit aug. q̄ quādo surrexit non est visus nisi a suis. vnde et in actibus. Hunc deus suscitauit tertia die ⁊ dedit eum manifestum fieri nō om ni populo sed testibus preordinatis a deo nobis qui mā ducauimus et bibimus cum illo postq̄ʒ resurrexit a mor tuis. Fuit autem conueniens q̄ nō omnibus sed testib⁹ tantū preordinatis resurrectionem suam manifestaret quia infima per media reducit ī suprema et ideo quosdā mediatores elegit ꝑ quos vniuerso orbi resurrectio ma nifestari posset. Si ergo dominus per dies xl multifor miter apparens discipulis ac edens loquensq̄ʒ cum eis et argumentis nos illuminauit ad fidem ⁊ promissis ere xit ad spem vt sic tandem donis celitus datis accēderet

Hieronim⁹.

ad amorem et secundum hiero ostendit immortalitateʒ mortalibus ad gratiarum actionem debitam. vt intelli gamus quid fuerimus et sciamus quid futuri erimus De misterio autem predictarum apparitionum et dua

Beda

rum sequentium sic dicit Beda. Hac ergo fi eqnētia cor poralis sue manifestationis ostendere voluit dominus ī omni loco se bonorum desideriis presentem esse diuini tus. Apparuit namq̄ʒ ad monumentum lugentibus fe minis adest et nobis eius absente recordatione salubri ter contristatis. Occurrit reuertentibus a monumento. vt agnita resurrectionis gaudia predicarent adest et no bis dum bona que nouimus proximis fideliter annun ciare gaudemus apparuit in fractione panis his qui se peregrinum esse putantes ad hospiciuʒ vocauerūt adest nobis cum peregrinis et pauperibus quecunq̄ʒ possu mus bona libenter impendimus adest et nobis in fracti one panis cum sacramentū corporis eius videlʒ panis ⁊ vini casta ⁊ simplici ꝯscientia sumim⁹. Apparuit in ab dito de sua resurrectione loquentibus adest et nobis q̄ modo eius dono idem agimus adest et nobis sp cum ab intrinsecis opribus ad temp⁹ vacantes de eius grā locu

turi conuenimus apparuit cum foribus clausis intus in deorum metu residerent. apparuit cum minorato eodem metu apertis eum gressibus in montis verticem quererent affuit quodam confortaturus suo spiritu ecclesiam cum ab infidelibus premeretur et ad publicum venire ac dilatare prohiberetur adest eidem et nunc cum inclinato ad fidem culmine regali terror quieuit persecutionis et omnis mundi sublimitas apostolicis est substracta vestigijs: apparuit piscatoribus eosque apparens diuinis adiuuit beneficijs adesset nobis cum necessarijs vite temporalis recta intentione curamus iustisque nostris laboribus subsidium adiungit sue pietatis apparuit recumbentibus adest et nobis cum iuxta apostoli monita siue manducamus siue bibimus siue aliud quid agimus omnia in gloriam dei facimus apparuit primo in iudea deinde in galilea post hec in iudea rursum die quo ascendit in celum aderat ecclesie cum primo solius iudee terminis clauderetur. adest modo cum iudeis ob culpam perfidie delictis transmigrauit ad gentes et aderit in futuro cum ante finem seculi reuertetur ad iudeam. et sicut apostolus ait intrante gentium plenitudine sic omnis israhel saluus erit. Nouissime illis apparuit ascendens in celum: aderit et nobis vt eum post mortem ad celos sequi mereamur si ante mortem est in bethaniam vnde ascendit id est in domum obedientie sequi curamus. Ipse etenim celum ascensurus bethaniam venit quia sicut apostolus ait. factus est obediens vsque ad mortem. mortem autem crucis. propter quod et deus eum exaltauit. venimus ibidem et nos si quod ille monet agimus: quod promisit intendimus. Esto fidelis ait vsque ad mortem et dabo tibi coronam vite. Fit quoque ipsius gratia largiente vt qui nobiscum vsque ad vite huius terminum manet post hanc nos vitam ad videnda secum celestis vite premia subleuet. Hec Beda. Sicut ergo quadragesimam sicut quinquagesimam christus nobis sacrauit: et nos vtramque solennitate mistice instituit. de quibus simul beda sic ait. vtranque sane hanc solennitatem: hoc est quadragesime et quinquagesime non quorumlibet hominum sed ipsius domini ac saluatoris nostri. prima nobis sanxit auctoritas quadragesime videlicet in eo quod diebus ac noctibus quadragesimam ieiunauit in deserto. Ubi etiam versutias temptatoris ministerijs fruebatur angelicis vbi suo nos informaret exemplo quia per maceratione carnis aduersarij spiritualis machinas euitare: et ad angelorum debeamus consortium peruenire. Porro quinquagesime nobis gaudia in eo seruanda monstrauit Quod post resurrectionem seipsum discipulis viuum Et multis argumentis per dies quadraginta prebuit: et illos sue frequentia visitationis letabundum hoc tempus habere fecit ac festiuum. In quo non solum futuri seculi gaudia que cum illo sumus habituri presignauit. verum et ineffabilem circa nos sue pietatis affectum ostendit qui deposita iam infirmitate corporis et per resurrectionis virtutem in celestem gloriam commutata. dignatur tamen adhuc discipulorum interesse conuiuio vt socios eos habere possit in celo et precepta quibus ad regnum dei perueniant viuatius ipsa familiaritate commendet: atque memoria illius temporis roboret. de quo eis ante passionem suam promittendo predixerat. et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo sed et in celum ascendens nequaquam eis prisce sue presentie dulcedinem abstulit sed eandem potius promissio spiritussancti carismate cumulauit denique mox illi regressi sunt in hierusalem cum gaudio magno. et erant semper in templo laudantes et benedicentes deum hoc quoque nobis gaudio ac laude et benedictione celesti qua spiritussancti prestolabantur aduentum vsque ad diem quinquagesimum quem greci penthecosten appellant sollennitatis huius leticiam docuerunt esse protelandam Merito ergo sacro sanctis diebus his nos maioribus epulis atque hymnis celestibus vacamus ob reuerentiam dominice resurrectionis

Beda.

ob memoriam dominici conuictus cum discipulis simul et ob spem nostre future quietis ac vite immortalis. Sed et genu in oratione minime flectemus quia flectio genuum penitentie et luctus est indicium Quod etiam omnibus diebus dominicis obseruandum propter eiusdem resurre vel dominice vel nostre sacramenta patres instituerunt Recte ergo quadragenario dierum numero ieiunium annue celebramus. vt per hoc spiritualiter admoneamur quia quamdiu in mundo viuimus pro celestium premiorum adeptione semper laborare debeamus. Recte etiam quinquagenario dierum numero statum future nostre beatitudinis in ymagine veneramur ieiunia videlicet relaxando alleluia canendo stantes orando que sunt aptissima perpetue quietis resurrectionis et laudis presagia. hec Beda

Oratio.

Domine ihesu christe per gloriosam resurrectionem tuam quia discipulus et fidelibus tuis viuus et immortalis apparuisti per grantissimam moram et colloquia dulcissima qui cum eis per .xl. dies habuisti in quibus multis argumentis apparens eis et loquens de regno dei eosque confortans et cum eis conuescens vt resurrectionem veram in te probarent et crederent totalem dubitationem de ipsorum cordibus abstulisti obsecro te ihesu bone et pie da mihi inter testes preordinatos a deo testem fieri resurrectionis tue non lingua tamen et verbo sed opere et veritate. Amen.

De ascensione domini nostri iesu christi Capitulum .lxxxij.

Circa ascensionem do

minicam te vigilem esse oportet nam hec sollemnitas valde sollemnis est vt infra patebit. Et saltem hoc ad attentionem te animet quia ipsius nunc dominus completo sue peregrinationis cursu et presentia corporali recessurus. vnde ipsius verba et facta sunt attentius consideranda quelibet enim anima fidelis debet sponsum suum dominum deum suum in eius discessu diligentissime et vigilantissime obseruare et que per eum dicuntur et fiunt viscerosius mente amplecti ac eidem se deuotius et humilius recommendare et totaliter animum suum ab alijs abstrahere quadragesimo autem die a resurrectione voluit dominus ascendere vt demonstraret eos qui decalogum legis per quatuor euangelia impleuerint posse celum scandere. Tunc itaque sciens dominus iesus quia venit eius hora vt transeat ex hoc mundo ad patrem cum dilexisset suos nunc vero vsque in finem dilexit eos. Accipiens igitur de paradiso terrestri sanctos patres et omnes illas sanctas et benedictas animas ac benedictos helye et enoch ibi remanentibus et adhuc viuentibus venit ad .xi. discipulos suos qui erant in monte sion cum matre ipsius et alijs Omnes siquidem tam apostoli quam alij. discipuli necnon mulieres habitabant in monte sion sed in cenaculo in quo dominus cenauerat habitabant tunc maria et .xj. discipuli. ceteri vero discipuli et mulieres circumquaque per diuersa hospitia erant diuisi. Dum ergo recumberent seu comederent .xj. apostoli in illo cenaculo cum b. virgine et forte alij. sed digniores sunt tantum expressi apparuit eis dominus et comedit cum eis benignus magister ante discessum suum in signum et memoriale specialis dilectionis et gaudij. Quia enim apostoli non erant eum amplius in carne visuri ideo antequam recederet manducauit cum eis quemadmodum amici cum abinuicem separari debent simul manducant et bibunt. Omnibus igitur simul hora tercia comedentibus cum magna leticia in hoc vltimo domini in conuiuio vt omnes testes essent et narrarent quod communiter viderunt et audierunt sciens dominus iesus tempus esse vt reuerteretur ad eum qui misit ipsum (exprobrauit illis incredulitatem eorum) quam prius habuerunt vt succederet credulitas (et duriciam cordis) lapidei vt succederet cor carneum caritate plenum (quia his qui viderant eum resurrexisse) a mortuis (non crediderant) nisi et ipsi eum viderent cum vtique post resurrectionem suam euangelium predicantibus gentes crediture erant eum resur

Mathei xvj. et luce xxiiij.

rexisse quem non viderant. Ergo inexcusabilis es si testi
monio videntis rem de qua testatur non credideris. Ex
probratio est obiectio ex probro. qz probrum fuit q̄ tan
tis visis argumentis resurrectionis: et tantis auditis si-
gnis per testes propositis non crediderunt. Quāuis em̄
petrus et maria magdalena et duo illi discipuli quibus
in via dominus apparuerat certissime firmissimeqz nun
ciarent dominum resurrexisse seqz illum vidisse. ceteri ta
men illis non credebant. Hanc autem exprobrationem
maxime tunc dominus fecit cum ad predicandum per
vniuersum mundum discipuli ire debebant quasi daret
eis intelligere et diceret. Multomagis debebatis vos
nunciantibus resurrectionem eam credere anteq̄ me vi
deretis q̄ gentes qui credent vobis predicantibus euā
gelium et me non videbunt. ¶ Post illam quippe expro
brationem dixit eis vt irent in mundum ad predicandū
Idcirco etiam tunc eos increpauit cum corporaliter re-
liquit: vt defectum suum cognoscentes remanerent hu-
militores. ostendens eis in suo discessu quanti ei humili
tas placet: quasi eum peculiariter eidem recōmendaret
vt verba que recedens dicebat in corde audientium ar-
tius impressa remanerent post increpationem igitur ad
monendo dixit eis (Euntes) et continuis pfectibus in
predicando pficientes (in mundū vniuersum) nō ī iude
am tm̄ (predicate euangelium) quod omnez aliā doctri
nam precellit sicut caput corpori preeminet. qz scḋm in-
[Innocē.] nocē. euangeliū est verbum verbi quod erat in principio
apud deum sermo sermonis quia regalibus sedibus ve
nit sapientia sapientie que attingit a fine vsqz ad finē for
titer: et disponit oīa suauiter (Predicate inqt euāgeliū)
nichil aliud (oī creature) .i. humano generi seu indifferē
ter z sine acceptione oī hoī. p quo facta est oīs creatura
vel iō q̄ habet participiū z cōuenientiā seu aliquid cōmu
ne cū oī creatura. vn̄ z homo microcosm⁹ .i. minor mun-
dus dicit̄ quasi oēm creaturam continēs. Per esse enim
cōuenit cū inaīatis. per viuere cū vegetabilib⁹ et plātis
per sentire cū aīalibus per intelligere cū angelis. ideo
designat̄ nomine oīs creature. Item hō dicit̄ oīs creatu
ra qz pp̄ter eum oīs creatura mundi videtur esse produ
cta sumus em̄ quodāmodo finis oīm. Uel (oī creature)
cui predicanduz est. Et multa in scripturis inueniuntur
quibus hec vna determinatio sufficere potest quale est il
lud. cum exaltatus fuero a terra oīa trahaz ad meipsum
scz trahenda. et illud. caritas oīa credit scz credenda. Ita
dicit̄ deus erit oīa in omnibus id est vnicuiqz sufficiētia
et illud. oīa quecūqz audiui a patre meo nota feci vobis
oīa scilicet ad salutem z beatitudinem pertinētia. Et sic
in alijs suo modo accipere poteris. Hoc autē q̄d de euā
gelio predicādo dicit̄ fiendū erat post receptionē et con
firmationem spūssctī. qz ante non erāt scḋm mandatum
xp̄i ab hierusalem discessuri. In hoc etiā q̄ de euangelio
oībus predicando mandat̄ iudeorū abiectio et gentium
electio apertissime monstrat̄. Qui ergo prius dixerat in
viam gentiū ne abieritis nunc dicit (predicate euangeli
um oī creature) .i. oī nationi. primo iudeo: secundo gēti-
li. qz vult omēs hoīes saluos fieri et ad agnitionē verita
tis venire. ¶ Deinde salutem promittendo credentibus
et dānationē cōminando incredulis subiunxit (Qui cre
diderit) fide formata et per dilectionez operantē scz p se
vt in adultis vel per aliū vt in paruulis (z baptizat⁹ fue
rit) baptismo aque si fieri poterit (saluus erit) eterna sa-
lute a peccatis et penis liberante. Non em̄ sufficit fides
absqz baptismo per quez aliquis incorporatur christo si
assit facultas recipiendi baptismū ab aliquo. Si aūt nō
assit facultas sufficit baptismus sanguinis vt in martiri-
bus qui pro xp̄o interficiuntur anteq̄ sint baptizati vel
flaminis vt in habentibus fidem christi desiderantibus
baptizari: sed preueniuntur morte anteq̄ hoc possint im
pleri. Per alios ergo paruuli credunt in ecclesia sicut ex
alijs trahunt peccata que illis in baptismo remittuntur

confessione aliena. Pium est em̄ vt id quod per alienuz
peccatū amiserūt: p alienū auxiliū vt ecclesie z patrinoꝝ
in q̄b⁹ credere dicunt̄ recuparare et recipere possint. (Qui
vero nō crediderit) p se vel per aliū (condēnabit̄) eterna
damnatione p meritū iusticie infidelitatis sue nō ait qui
baptizatus nō fuerit qz p fidē sine baptismo saluat̄ hō
cum eum excludit articulus necessitatis nō contēpt⁹ re
ligionis. Unde q̄d dictū est nichomedo nisi q̄s renatus
fuerit ex aqua et spū nō pōt introire in regnū dei sic dz
intelligi qui contēpserit renasci. Noli autem presumere
de fide nisi ostendens eam in ope qz sine hoc non pote-
rit te saluare. Fides em̄ sine opibus mortua est sicut et
[Gregorius] opera sine fide. vn̄ greg. Fortasse autem vnusq̄sqz apud
semetipm̄ dicat. Ego iam credidi saluus ero. Uerū di-
cit si fidem opibus teneat. Uera etem̄ fides est q̄ in hoc
quod verbis dicit moribus non cōtradicit et ille credit
q̄ exercet operando quod credit. vn̄ et iacob. Quid pro
derit fratres mei si fidē quis dicat se habere opera autē
non habeat. nūqd poterit fides saluare eum. Sicut em̄
corpus sine spiritu mortuum est ita fides sine operibus
mortua est. Deinde etiam signa pro fidei augmētatiōe
et confirmatione promittēdo adiungit. (Signa autem
eos q̄ crederint hec sequentur) pp̄ter meritum fidei suo
tempore et cū fuerit necesse. (In nomine meo) inuocato
z honorato .i. in virtute noīs mei (demonia eicient) q̄d
de multis legim⁹ q̄bus imundi spūs obediebāt (linguis
loquētur nouis) hoc factū est in die penthecostes ī apo
stolis et alijs credentibus (serpentes tollent) .i. auferēt
vel dispergēt q̄d de apostolo paulo patz (Et si mortife
rū q̄d biberint non eis nocebit) q̄d de Iohāne euāgeli
sta factū fuit (Super egrotos manus imponēt z bene
habebūt) q̄d etiā multi fideles fecerūt. Omnia em̄ hec
in primitiua ecclesia nō solū aplos et alios maiores sed
etiā frequēter alios simplices credētes fecisse legimus
pro infidelibus cōuertendis z vt fides credentium cre-
sceret ac nutriret̄ z firmaret̄ miraculis qua nunc radica
ta z aucta nō sic necessariū est nunc fieri sicut passim tūc
fiebant qz sufficit ea que facta sunt solummodo legere z
audire ac eis fidem adhibere. Si ergo queratur quare
predicatores z fideles moderni talia signa non faciunt
[Gregorius] respondetur scḋuz greg. quia cum fides catholica sit
sufficienter probata per miracula christi et apostoloruz
eius nō oportet vltra hanc probationē reiterare ampli
us. Sicut etiā arbusta cū primo plantatur frequenter
irrigantur quousqz conualuisse videantur cum autez in
terra radicem fixerint talia subtrahuntur. Uerumtamē
deus in posteris temporibus etiā multa miracula fecit
ad consolationē fidelium vt patet de tempore martiriū
et confessorum. Fiunt tamen scḋm eundem grego. spiri-
tualiter nunc in ecclesia que olim corporaliter fiebant ī
ea. Nam sacerdotes populum exorcisādo baptizando
et ad penitentiam vocando. demonia eiiciunt. Dūqz se-
cularia verba relinquentes fidei et noue legis misteria
insonant linguis nouis loquuntur. Qui duz bonis suis
exhortationibus vitia et maliciam de alienis cordibus
auferunt serpentes tollunt. Et dum hereticoruz libros
legunt vel mortifera ī confessionibus seu pestiferas sua-
siones audiunt sed tamen non consentiunt et ad praua
non pertrahuntur mortiferum est quod bibunt sed eis
non nocebit. Qui quotiens proximos in fide vel bono
opere infirmari conspiciunt dum eis tota virtute con-
currunt et exemplo sue bone operationis illorum vitā
roborant vel aīas īfirmas suis orationib⁹ sonāt z deo
recōciliāt (super egros man⁹ īponūt vt bene habeant.
Que nimirū miracula tanto maiora sunt quāto spiritu
aliora z quāto p hec nō corpa s; aīe suscitāt̄. In hoc etiā
instruimur q̄ verbis p̄dicam⁹ bonis operibus cōfirme-
mus. Itē demonia eiiciunt qui demonū temptatiōes fi
de et signo crucis repellunt. ¶ Linguis loquūtur nouis

qui dei laudes et verba sacra narrant dimissis friuolis et ociosis. Serpentes tollunt q̄ detractores efficaciter reprehendunt. Mortiferum bibunt sed eis non nocet q̄ psuasiones pestiferas seu amara conuitia audiunt sed surda aure transeunt ⁊ pro nihilo ducunt. Sup egros manus imponunt et bene habebunt qui per bona verba et opera alios a peccatis retrahunt et in bonis confirmant. Et hec similiter signa spiritualia sunt corporalibus meliora quanto que sunt anime corporalibus pferunt. Et dixit eis (Uos autē) specialiter (estis) .i. eritis testes horū .s. que vidistis et audistis et que locutus et operatus sum in medio vestri vel horū supius descriptorū quantū ad xp̄i incarnationē predicationem passionē ⁊ resurrectionem. Et ne turbati cogitarent quō nos homines ydeote testimoniū phibemus gentibus et iudeis qui te occiderunt subiūgit .(Et ego mitto) .i. mittā cito ⁊ de ꝓpinquo ponēdo presens ꝑ futuro et ratione certitudinis ⁊ ratiōe ꝓximi temporis (ꝓmissum) vobis auxiliū (patris mei ī vos) .i. spiritūsanctum ī signo visibili vt sufficiatis ad testandū ⁊ ad p̄dicandū constanter vbiqȝ veritatem euangelij. Pater em̄ promisit cum dixit effundā de spiritu meo super omnē carnē. q̄ filius ꝓmisit dicens cum venit paraclitus quē ego mittā vobis a patre ideo et pater ꝓmisit cum opera trinitatis sit indiuisa. Qui licet procedit ab vtroqȝ est tamen patris auctoritate spirationis. Et ne imperfecti predicare presumerent adiunxit (vos autem) qui debetis esse testes mei (sedete) et manete hic (in ciuitate) hierl'm (q̄aduſqȝ induamini) .s. vndiqȝ tāq̄ armatura spūali (virtute) nō humana .s. celesti .i. spiritussancti gratia ex alto id est de celo. Hoc idem tangitur in actibus cū dicit et cōuescens .i. simul cum discipulis comedēs p̄cepit eis ab hierosolimis ne discederēt sed expectarēt ꝓmissionē patris. q. d. hic et ibi nō estis sufficiētes ad p̄dicandū cōstanter veritatē euangelii donec confirmati fueritis per donū spiritussancti vt stetis ante reges et p̄sides intrepidi vnde

Crisostomus.

cris. Sicut milites inuasuros multos nemo sinit exire donec armati sint sic ⁊ discipulos ante spiritussancti descensum ad conflictum egredi non permisit. Cur autē non xp̄o p̄sente vel eo discedente statim spiritus venit. Dicebat em̄ eos fieri cupidos rei ⁊ deinde recipere gratiā. Tunc enim magis ad deum erigimur cum incibit necessitas. Dicit autē (donec iduamini virtute ex alto) nec expressit quando vt sint iugiter vigiles. Quid igitur miraris si diem nouissimū non pandit vbi diem hunc proximum pandere noluit. hec cris. Licet ergo christus dedisset discipulis scripturarū intellectū et commisisset p̄dicationis officiū tamen distulit executionem p̄dicandi vsqȝ ad spiritussancti receptionē in signo visibili per hoc insinuans q̄ p̄dicans actu prius debet habere sufficientē sacre scripture noticiā et gratiam spiritussancti p coniecturā .s. q̄ non sit conscius sibi de peccato mortali. Debent quippe predicatores sedere in ciuitate id est in claustro vbi debet esse ciuium vnitas vacādo ibi studio et contemplationi vt ibi hauriant quod postmodū in

Hieronimus.

p̄dicatione aliis effūdant. Unde hiero. Nihil nobis rectum videatur nisi quod discimus vt post multū silentium de discipulis magistri efficiamur. docemus autē homines ī ecclesiis quod nescimus. oēs alias artes abs doctore non discimus sola hec tam vilis et tam facilis ē vt preceptore vel doctore non egeat. ¶ Unde secundū

Gregorius

greg. Notandum est q̄ sunt a predicationis officio vel imperfectio vel etas prohibet et tamen precipitatio impellit. Qui ammonendi sunt ne dum sibi tantum onus officii precipitatione arrogant viam sibi subsequentis melioris abscidāt. Et vt considerent q̄ ip̄a veritas que repēte quos vellet roborare potuisset vt exēplū sequētibus daret ne imperfecti predicare presumerent. Post q̄ plene discipulos de virtute predicationis instruxit illico adiunxit. (Uos autem sedete in ciuitate: quoadusqȝ induamini virtute ex alto). In ciuitate quippe sedemus si intra mentium nostrarum nos claustra constringimus ne loquendo exterius euagemur vt cum virtute diuina perfecte induemur tunc quasi a nobismetipsis foras etiam alios instruentes exeamus. Hec Gregorius. Comedunt igitur et gaudent discipuli propter presentiam dn̄i sui: sed nichilominus propter discessum turbati. Tanta enī amoris teneritudine eum diligebāt q̄ etiā verba discessionis sue equo animo sustinere nō poterāt. ¶ Cumqȝ comedissent (eduxit omnes) verbo scȝ non manu (foras) .i. extra ciuitatē (in bethaniā) id est versus bethaniā q̄ mōs oliueti ad quem exierūt est in via versus bethaniam. et bethania in latere montis oliueti est sita. (Eduxit eos foras) vt viderent eum ascendentē p hoc insinuans q̄ ciuitas tumultuosa non est locus aptus ad diuinorum contemplationem. Prius eduxit eos foras extra ciuitatem vt significaret non habere nos hic manentem ciuitatem. deinde in bethaniam que interpretatur domus obedientie: vt qui ex obedientia descendit et humiliatus est ad mortem ostendatur ex merito obedientie ascendisse. et exaltatus in celum secūdum illud humiliauit semetipsum factus obediens vsqȝ ad mortem. propter quod et deus exaltauit illū. et vt signet per obedientie opera contransituros ad celestia. et q̄ nō est ascēsus in celum nisi per obediendie meritum ¶ Sicut ergo inobedientia hominem de paradiso eiecit: sic obediētia introduxit. Item secūdum Bedam eduxit eos in betha-

Beda.

niam propter situm eiusdem ville que in latere montis oliuarum posita est. quia videlicet obediētes ecclesie domus in ipsius summe montis id est xp̄i latere fidei: spei dilectionisqȝ sua fundamēta locauit. ¶ Postq̄ ergo eos foras duxisset: tunc dixit eis q̄ in montem oliueti transirent: et inde eum in celum ascendentem viderent. Quia inde ascendere volebat in celum. Et tunc disparuit ⁊ euanuit ab oculis eorum. ¶ Per montem intelligitur eminentia spiritus in contemplatione. per oliuas autem pinguissimi spiritus deuotio. ¶ Ulterius vero post ista non restat nisi saltus anime in celum. Igitur apostoli vndecim cum matre domini ac aliis discipulis et mulieribus vnanimiter statim venerunt in montem oliueti: et ibidem iterum dominus eis apparuit. Ecce quomodo habes hodie duas apparitiones. Conspice nunc bene eos et cuncta que fiunt. Considera nichilominus sanctos patres ibidem inuisibiliter existentes: quomodo libenter et reuerenter intuentur dominū et affectuose benedicunt per quam tantum assecuti sunt beneficiū quomodo etiam intuentur illos pugiles et duces diuini exercitus quos inter omnes ad expugnandum et vincendum vniuersum mundum elegit dominus. ¶ Tunc qui-

Actuū

dam ex his qui conuenerant ceperunt eum interrogare dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnum israhel. ¶ Quidam imperiti et carnaliter sapientes vidēdes alienigenam regnare et iudeos sub preside esse: desiderabāt q̄ regnū ipm̄ nationi iudaice redderet ⁊ q̄rebāt de restitutione regni israel temporalis. ⁊ si rex iudeis daretur hoc tempore putantes tunc a domino regnum restituendum. et a domino alienigenarum scilicet gentilium qui iudeis dominabātur liberandum sicut et duo discipuli putabant dicentes. nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus israhel. Ac si isti interrogantes eum dicerent. Nunquid hoc tempore regnabis sicut dauid et salomon et dominaberis nationibus. Alij vero magis instructi scientes restitutionem illam nō nisi finaliter futurā scȝ circa tēpora iudicij querebant de restitutione regis israel spiritualis scȝ de liberatione ⁊ dilatione ecclesie ac si diceret. Nunqd̄ hoc tēpore facies q̄d ꝓmisisti ecclesie. vn̄ aug. Ergo discipuli xp̄i deducturi aspectu

Augustinus

ascensurum christum interrogauerunt eum et dixerunt ei. Dn̄e si in hoc tēpore presentaberis et qn̄ regnum israel. ¶ Quod regnum. De quo dicimus adueniet regnum

tuum qm̄ regnum tuū. Qm̄ regnum tuorū: quando regnū
humilium q̄diu tēpus superborum. Quando venturum
sit quid ad te. Sic viue quasi hodie venturū sit: et non ti
mebis cum venerit. hec aug. Dn̄s autem sup hoc nō cer-
tificauit eos ex quodā tn̄ in respōsione ei9 posito possent
intelligere restitutionē illam multis temporibus diffe-
rendā. (Non est inquit vestrū nosse tēpora vel momēta
que pater posuit in sua potestate) .i. numerū tēporū et mo
mētorū vsqz ad finē seculi q̄ tm̄ patent scientie patris mei
Non est q̄ppe aliquorū nosse tpa vltra q̄d reuelatur vel
traditur per scripturas q̄ hoc est presumptionis sz sm̄
scripturas nosse est eruditionis ac si diceret Ad vos non
pertinet scire futura que in sola dei dispositione sunt posi-
ta de quorū numero est regni iudaici restitutio. Nam ip-
sum restituendum non est carnaliter sed spiritualiter qm̄
circa finem seculi iudei credent in christum qui fuit rex eo
rum et quando regnabit in domo iacob. vere sine fine se-
culi in eternū. Nihil inquam ad vos querere de secretis
huiusmodi nec ad ea percipienda estis ydonei sz de his
que ad vos spectant estote solliciti quia reuera (accipie-
tis virtutem sancti spiritus superuenientis in vos) cuius
virtute purificari et roborari vt possitis mea verba loqui
et doctrinam meam ferre (eritis mihi testes) conuersatio
nis et doctrine mortis et resurrectionis mee primo (ihe-
rusalem) secundo (in iudea) postea (in samaria) tandez
vsqz ad vltimum terre) ac si tacite diceret. Ante regni il-
lius restitutionem non solum hierosolimam sz et omnes
fines iudee et samarie ac etiam mundi terminos per cir-
cuitum euangelii fama percurret. Primo siquidem pre-
dicatum est euangelium in hierusalem sed propter lapi-
dationem stephani et mortem iacobi gladio occisi egres-
si sunt de hierusalem predicantes in finibus iudee postea
transierunt ad samaritanos et inde processerunt per mū-
Augusti. dum ad alios. vbi augu Quo autem peracto ab aposto-
lis est predicatio ista completa quando adhuc vsqz sunt
gentes in quibus modo ceperit et in quibus nondum in-
ceperit impleri. Non vtiqz hoc sic a domino mandatum
est apostolis tanq̄ ipsi soli quibus tunc loquebat tantū
mun9 fuerint impleturi sz sicut eis solis videtur dixisse ec
ce ego vobiscum sum vsqz ad consummationem seculi q
tn̄ eum vniuerse ecclesie promisisse que alijs morientibus
alijs nascentibus hic vsqz in seculi consummatione futu
ra est quis non intelligat hec aug. Et quia euangeliū pri-
mo predicatum ē in hierusalem inde ē q audita pronun
ciatione euangelij vertimur ad orientem quasi ad hieru-
salem gratias agentes et dicentes gloria tibi domine q̄
Augusti. inde venit ad nos euangelium Unde scriptum ē de sion
exibit lex et verbū domini de hierusalē. vn̄ et aug. Cepit
.n. ecclesia ab hierl̄m ista terrena vt gaudeat in deo i illa
hierusalem celesti ab hac .n. incipit ad illam terminat In
illa tota ecclesia erit ab ista exordiū fidei sumpsit hec Au
gustinus. Sed verba euangelij leuita pnunciaturus ver-
tit faciem contra aquilonem vt ostendat verbum dei diri
gi contra eum qui per aquilonē designatur s. ptra diabo-
lum quo dicebat in corde suo sedebo in latere aquilonis
et ero similis altissimo. (Et dominus ihesus postq̄ locu
tus est eis) que ad eruditionem sue pertinebant consola
Ambrosi tionis vnūquemqz osculatus est in intimo amore cordis
Quia secundū Ambrosi. apostolis reliquit oscula pacis
deinde valedicens eis (eleuatis manibus) vt suos patri
offerret (benedixit eis) scilicet bona optando: promittē
Theoph do: conferendo: vt eos contra hostem muniret vt bonis
celestibus augeret. Et vt dicit Theophilus forte in hac
benedictione vim conseruatiuam eis instruxit vsqz ad spi
ritus sancti aduentū. Ex loco isto duxit ecclesia in con-
Origeñ. suetudinem q episcopi in fine misse dent benedictionez
vbi Origenes. Qd autem eleuatis manibus benedixit
eos: significat q deceat benedicentem cuiqz ornatum es-
se varijs operibus et arduis respectu aliorū. sic enī ma-
nus tolluntur in altum hec origenes. In recessu suo be-
nedixit christus discipulis: sicut pater recedens a filiis
benedixit eis et hoc fecit primo propter maiorem eorū
necessitatem scdm illud. cum essem cum eis ego seruabā
eos. et cetera vbi petit eos post recessum suum seruari a
malo. Secundo ad ostendendum finalem et perseuerā-
tem erga eos suam dilectionem secundū illud. cum dile-
xisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. In-
struxit etiam per hoc superiores in ecclesia vt recedētes
a subditis benedictionibus eos deo commendent. His
finitis ad orientem versa facie: vt dicit Damascenus ce- Damascen9.
pit sua propria virtute non aliena eleuari ab eis et ascen-
dere videntibus illis. quos scilicet tanta visione dignā-
batur et videndo deducētibus. vt scilicet desiderium ve-
niendi ad ipsum in eis excitaretur et triumphaliter pro-
prio motu per dotem agilitatis in celum supremum vn-
de venerat ferebatur. Tūc mater et omnes alij aspicien-
tes eum in celum eleuari, pciderunt in terram adorātes
et propter discessum lacrimas continere non poterant.
multū tamen gaudebant q ipsum sic gloriose celum pe-
tere cernebant. O q̄ libenter mater cum filio de hoc mū-
do recessisset: sed eā ad tempus hic manere dn̄s voluit.
q̄ propter confirmandos credentes vtile et expediens
fuit. Nostre etiam fidei necessariū erat. q̄ ipsa post ascē-
sionem dn̄i inter apostolos cōuersando multa eis reue-
lauit que de misterijs filius cognouerat. vnde anselmus Anselmus.
Sed o bone iesu filius tue dulcissime matris piissime fi-
li quomodo pati potuisti vt te in regnum glorie tue re-
meante illam quasi orbatam in miserijs mundi relinque-
res: et non eam statim regnaturam assumeres. Erat vt
michi videtur necessaria nostre fidei cōuersatio sua post
ascensionem dn̄i inter apostolos eius q̄ licet ipsi per re-
uelationem spiritus sancti edocti fuerint omnez veritatē
incōparabiliter tamen manifestius ac eminentius ipsa
p eundem spm̄ ipsius veritatis intelligebat pfunditatez
ac per hoc multa eis p illā reuelabant que in se non solū
simplici sciētia sed et ipso effectu et ipso experimēto co-
gnouerat de misterijs eiusdē dn̄i nostri iesu cristi Nec di-
latio sue assumptionis quoquomodo iacturā inferre va-
lebat imensitati amoris et gaudij sui qm̄ ipsa perfectio
amoris et gaudij ita illam reficiebat plenitudine sui. vt
hoc ipsum ei ad augmentū amoris et gaudij magno ope-
re fieret q illic esse videbat vbi deum quem pre cunctis
amabat velle magis sciebat Igitur vbicunqz erat et ip-
sa in deo et deus in ea iocundabatur qua ipsi iocundita-
te s. lix hoc pre ceteris vbiqz fieri cupiebat quod sapien-
tie dei potissimum placere intelligebat. hec Anselmus.
¶ Et est notabile q dominus suos primo de ciuitate e-
duxit. secundo eos in bethaniā duxit tertio eis benedi-
xit quarto ascendit. in quo datur intelligi q peccatorem
primo educit de peccato secūdo ipsum in bethaniam .i.
in domū obedientie ducit statum eius mutando. tertio
ei benedicit grā replendo. quarto ascendit .i. ascendere
facit ad superiora transferendo. Et ascēdens dn̄s iesus
duxit secum illam multitudinem nobilem s captiuā ca-
ptiuitatem id est captiuos a captiuitate inferni quos se-
cum victor eduxerat et celi apertam iam porta pandens
iterante eos se sequentes vt micheas propheta dixerat
exules introduxit in regnum patris sui cōciues illos fa-
ciens angelorum et domesticos dei: quatenus et ruinas
angelicas restauraret et eterni patris honorem cumula-
ret: et se triumphatorem ostenderet: et dominum exer-
cituum comprobaret. Dn̄s itaqz gloriosus candidus et
rubicundus splendidus et gaudiosus precedebat eos
viam eis ostendens et ipsi sequebantur eum cantantes
et iubilantes. ¶ Interim autem michael prepositus pa-
radisi pergens ad patriam celicā nunciauit q dn̄s ascen-
deret ad eam. Et ecce omnes beatorum spirituū ordines
occurrerunt eidem decenter et seriatim per acies suas.
Unus ex eis non remāsit: qui dn̄o suo obuiā nō veniret
¶ Et inclinantes secum omni reuerentia qua poterant

eū cum hīmnis et cāticis ieffabilibus deducebant. Quis enī posset cantus ꝛ iubilos qui ab ipsis fiebant explicare et q̄s posset hoc gaudiū enarrare ꝗ̄ illud gaudium quis dicere posset qđ tam tristissimi ipsis ꝗ̄ sanctissimi patres habuerunt cū sibi adinuicē occurrerunt. Omnes iubilabant ꝛ psallebant nam iuxta ꝓphetam ascendit deus in iubilatione qđ maxime refertur ad vocem iocunditatis redemptorū cū ipso descendentiū q̄ prius voce lacrimabili clamauerunt in ꝑtibus inferni aduenisti desiderabilis quem expectam⁹ in tenebris ꝛ dn̄s in voce tube. qđ refertur ad sonum ꝑdicationis apostolorū qui tunc fuit eis iniūctus domino dicente eūtes in mūdum vniuersum ꝑdicate euangelium omni creature et tunc .n. in omnem terrā exiuit sonus eorū: tn̄ post spiritussancti receptōem. Cūq̄ʒ psallerent tā angeli ꝗ̄ aīe beate dn̄s iūctis manibus deuote et sursum aū pectus erectis et nubecula sub pedibus ascendit et omnes beati similimō iunctis manibus cū domino ascenderūt. Domino aūt ascēdēte q̄dā chori angelorū ipm ꝑcedebāt quidam sequebantur alij a dextris et alii a sinistris cum ipso comitabantur simul et cum beatis animabus. Ascendebat vero domin⁹ placide molose, ꝓpter ꝯsolatōem mr̄is et discipulorum quousq̄ʒ poterant videre eū. Extunc autē (nubes) lucida et candida (suscipit eum ab oculis eorū) carnalibus quia claritate nubis circūdatus vlterius non est visus vt qui xp̄m secundum carnem nouerant vltra iam sic non noscerent. Ascendit vsq̄ʒ ad nubes ea forma quam ante passionem habuit susceptus autē a nubibus ea q̄ in monte apparuit. Quasi in globo baiule nubis ascendit non per moduʒ vehiculi et quasi ad ascendendū egeret ministerio angelorū vel nubis q̄ȝ sua propria virtute ferebatur sed ꝑ modum obstaculi vt ab oculis mortaliuʒ non videretur. Et vt per hoc ostenderetur q̄ȝ omnis creatura parata est obsequi suo creatori nubes .n. que subtraxit eum ab oculis īsipientium et angeli assistentes ibi ostēdebāt q̄ creatura corporalis et spiritualis subiecta est obsequio christi. Et tunc in momento cum omnibus angelis et patribus sāctis erat in patria celestis beatitudinis. Ascendit ergo christus et per nubem celos penetrans assumptus est in celum ethereum seu empireū non virtute aliena sʒ ꝓpria tum ratione deitatis que omnia potest tū ratione humanitatis gloriose quia corpus gloriosum obedit ad nutuʒ anime q̄tum ad motū localē per dotem agilitatis que ē in tali corpore. Vn̄ non curru non angelis subleuatus legitur q̄ȝ qui fecerat omnia sup omnia sua virtute ferebatur. Enoch vero ab angelis trāslatus esset helyas curru subuectus est in celū aereū non virtute ꝓpria q̄ȝ homines puri erant et virtute indigebant aliena et quia eorū corpora nōdum sunt glorificata. Stabant autem mater et discipuli et magdalena et alii intuentes in celum euntem illum q̄diu apparebat oculis eorū. Unde Ambrosius. Stabāt beati apostoli toto suspensi corpore et ascēdentem ad celum dominū quia incessu non poterāt oculis sequebantur. Et licet ad deducendum saluatorem visio humana defecerit fidei tamen deuotio nō defecit. Vsq̄ʒ ad nubem .n. deducunt christum oculis vsq̄ʒ ad celos autem cum christo fidei deuotione comitātur. Unde ait apostolus sciens fidem nostram in celis esse cum domino. Nostra autem conuersatio in celis est. Hec Ambrosi⁹. O q̄d erat videre dominum sic gloriose ascendentem. Et si quis potuisset audire et videre illos beatissimos spiritus et animas sanctas cum eo pariter incedentes forte pre gaudio anima illius a corpore separata fuisset et cuʒ eis etiam pariter ascendisset. (¶ Cumq̄ʒ) iam dominus subtractus esset ab oculis et conspectu eorum. adhuc tamen suspensis vultibus (intuebantur in celum). ¶ Propterea (duo) angeli in forma virorum (steterunt iuxta illos in vestibus albis) vt gratulatio monstraretur ex ipsis indumētis (et dixerunt eis. Viri galilei q̄d statis hic aspiciētes in celū) Galilea apostolorū ꝑria fuit. vn̄ ꝛ viri galilei dicuntur: ac si dicerent. Statis hic et in celū aspicitis quasi obliti q̄d facere debeatis. Redite in ciuitateʒ et expectate promissionem patris sicut dictuʒ est vobis. Recedite nec expectate iesum vt modo redeat: sed in fine temporū (sic veniet quēadmodum vidistis eū euntē in celum) Id est sicut baiulis nubibus vidistis eum in celum ascendentē: sic baiulis nubibus videbitis eū in aere ad iudiciū descendentē. et (quēadmodū vidistis eū ascēdētem in celū) in forma humana: cui cōpetit videri oculis corporalibus ꝛ moueri de loco ad locū (ita veniet) in eadē forma ꝛ carnis substantia ad iudiciū. q̄ȝ sicut fuit iudicatus in forma humana sic veniet ad iudicandū mundum. veruntn̄ iudicatus fuit in forma humana passibili: ascendit autē in celū et veniet ad iudiciū in forma humana gloriosa et impassibili. vn̄ aug. Sic veniet quēadmodum vidistis cum euntem in celū id est in forma humana in qua iudicatus est iudicabit vt etiā illud propheticum impleatur. videbunt in quē pupugerunt. Et iteruʒ Itaq̄ʒ si rediturū eū credimus: nos expectare debemus ne sic nos comprehendat aduentus illius: non suspicantes sicut comprehendit nunc castigatio delinquentes. cohertio nanq̄ʒ presentiū imaginē habet in se futurorū. Cauēdū est ergo ne si in presenti verbere nō corrigimur futura seueritate damnemur hec aug. Cōsidera hic quomodo dn̄s iesus de suis sollicitus fuit. Nam statim cum euanuit ab oculis eorū misit angelos suos: tum vt mestos de absentia dn̄i consolarent̄ et confortarent: tum vt eum vere ascendisse in celū scʒ in regionē angelorum demonstrarēt. nō sicut Enoch et Helias qui translati sunt in paradisum terrestrē. qui licet eminens sit: tum tn̄ pertingit sublunarē regionē: tum ne diutius ibi morarent̄ ꝛ nimiū ibi stantes fatigarent̄: sed potius recedentes promissum patris expectarēt. Angelis itaq̄ʒ disparentibus ibi in loco vbi steterunt nouissime pedes eius. adorantes xp̄m scʒ deū et hoīem vt deo personaliter vnituʒ (reuersi sunt a monte qui vocat̄ oliueti) propter copiam oliuaruʒ (sabbati habēs iter) .i. itinere sabbati scʒ spacio miliarij distans ab hierl'm q̄ nō ampliori spacio licebat iudeis progredi in sabbato de villa vel ciuitate in qua erāt sed circa per mille passus deambulare poterant. ¶ Vetus editio habet a monte trium luminum. Si autem dictus est mons oliueti q̄ȝ de nocte ex parte occidentis illuminabatur igne tēpli vbi erat ignis iugis in altari. mane a parte orientis primo excipiebat radios solis anteq̄ illustrarent ciuitatem. habebat etiaʒ copiā olei quod est luminis fomentū. (Et regressi sunt in hierusalē cum gaudio magno) q̄ȝ omia misteria erant impleta in cristo letantes de dei et dn̄i sui glorificatione. quem post triūphū resurrectionis etiā celos cognouerāt penetrasse de humani generis cōpleta redemptione. de restauratione ruine angelorū et de deiectione demonū. de confusione iudeorum infideliuʒ. de spiritussancti promissione. de humane nature exaltatione. de certa spe generalis resurrectionis et ascensionis future ex quo enim caput resurrexerat et ascenderat: idem et de membris pro certo sperare poterant. Hanc autem vltimam processionem discipulorum post iesum: qui vnanimiter sunt egressi et post ea vnanimiter sūt regressi repūsētat ecclesia dominicis diebus egrediendo de ecclesia et redeundo ad eam quasi de hierusalem rediens in hierusaleʒ. Unde in eo q̄ de ecclesia egredimur crucem dn̄i preferēdo representam⁹ q̄ illi egressi sunt preeunte crucifixo. in eo autem q̄ cum cruce dn̄i redimus licet illi sine crucifixo redierint representamus quod ait. vobiscum sum vsq̄ʒ ad consummationem seculi q̄ȝ licet non redierit crucifixus cum eis presentia corporali: rediit tn̄ cū eis presentia spūali. In primitiua aūt ecclesia huiusmodi repūsētatio fiebat q̄nta feria que tunc sollennis erat pro veneratione ascēsionis sicut prima feria .s. dies dn̄ica pro reuerētia resurrectionis Sedq̄ʒ superuenerunt festa sanctorum. et celebrare to

Ambrosius
Augusti

festa erat quasi onerosum. ideo sollennitas quinte ferie est sublata et processio ad dñicam translata. De loco autem ascensionis dicit sulpitius episcopus hierosolimitanus q cum ibi postea edificata esset ecclesia locus ille in quo steterūt christi ascendētis vestigia nunq̄ potuit sterni pauimento postmodum immo resiliebant marmora in ora collocantium. Calcati etiam a domino pulueris hoc dicit esse documentū q vestigia impressa cernuntur ibidem et eandem adhuc speciē velut impressis vestigiis terra custodit. Et vt ait beda cum terra eadem a credentibus quotidie minuatur tamen eadem vestigia pristinum statum continuo recipiūt. Nec summum ecclesie cacumen propter dominici corporis meatū contegi potuit. sed a terra trāsitus christi vsq3 ad celum patet ¶ Adhuc est ibi ecclesia in qua solebant esse nigri monachi cum abbate. et est ibi sancte egiptiace sepulchrū et locus vbi apostoli cōposuerunt simbolum Tunc descenderunt apostoli cum matre dñi et alijs mulieribus ac discipulis in cenaculum montis syon et ibi morabantur expectantes promissionem prout a dño erat eis mandatum ibi est locus vbi beatus mathias inter ascensionē et penthecosten fuit loco iude in apostolum electus. (Et erant omnes vnanimiter in oratione perseuerātes) et assidue debitis horis sine intermissione orantes. et per orationē ad receptionē spūssancti se preparantes quotidie vt promissum mererentur accipere. Et quāuis dictum sit q erant perseuerantes in oratione et nō sit additū in ieiunio. quidā tn̄ a festo ascensionis vsq3 ad penthecosten ieiunant exemplo apostolorum quos aiunt ieiunasse in spacio illo. quia dictū est in euangelio. venient dies in quibus auferetur sponsus ab eis. Et tunc ieiunabunt. Orabant ergo et ieiunabant q2 xp̄s sponsus ab eis ablat⁹ carne recessit (Et erant semp̄) id est cōmuniter vel frequenter (in templo) qđ est loc⁹ orationis (laudātes) deū de beneficijs suis (et benedicentes) i. magnificātes de p̄missis diuinis. et orātes deuote pro recipiēdis spiritussancti donis vel laudātes (deum) de propria sua bonitate in se ac p̄ dñi sui glorificatione et ascensione. (et benedicentes) id est gratias agentes de bonorū suorum cōmunicatione ac pro spiritussancti promissione: et eorū per angelos facta consolatione. Non aliquo mundano distrahuntur sed oībus cōtemptis iugiter diuinis laudibus insistunt. vt in loco orationis et inter laudū deuotiones p̄missum sancti spiritus aduentum promptis et paratis per oīa cordibus expectant. Vicissim quidem habitabant modo in templo ad orationē. modo in cenaculo ad quietem Unde hoc aduerbium semp̄ dicit ibi frequentiam et opportunitatem nō more suo durationē continuam. Quos nos imitantes in sacra vita semper degamus laudantes deū et benedicentes. Sic enim et nos quotidiana illius merebimur benedictione sublimari si quotidie triumphalis illius in celū ascensionis memores: laudantes et benedicētes deum in hierusalē id est superne pacis. sperata ac desiderata visione quiescimus. et orantes vt dona ipsius recipere possimus. similes hoībus expectantibus dñm suum quando reuertatur a nuptijs. Unde beda Et semper et loco hoc maxime fratres carissimi meminisse nos decet sermonis domini quo discipulos glorificās beati inquit oculi qui vident que vos videtis. quis etenim dicere: qs digne valeat cogitare quā beata compunctione oculos ad terram deflexerunt. quibus ipsum quem adorabant celi regem deuicta mortalitate quam assumpserat ad paterne claritatis solium iam redire conspexerant. ¶ Q̄ dulces lacrimas quanta spe et leticia feruentes pro ingressu celestis patrie fuderunt quo deum ac dominum suum partem sue nature iam ferre cernebant. ¶ Merito ergo tali spectaculo refecti: postq̄ adorauerunt vbi steterunt pedes eius postquam vestigia que nouissime fixit lacrimis rigauere profusis confestim redire hierosolimam. vbi aduentum sancti spiritus expectare sunt iussi. ¶ Et

Sulpitius. Beda. Beda

vt digni celestibus promissis existerent: erant semper in templo laudantes et benedicentes deū scientes certissime quis illa solūmodo corda spiritussancti inuisere et inhabitare dignatur que locum orationis frequentantia q̄ laudi et benedictioni diuine viderit esse dedita. Unde et in actibus eorū legitur de ipsis. (Hi omnes erant vnanimiter perseuerātes in oratione) Quod nobis est testimonium operis apostolici solerter imitandum videlicet et qui celestia promissa habemus qui pro his accipiēdis sedulo supplicare precipimur et omnes ad adorādum conueniamus et in oratione persistamus et vnanimi domini deuotione predicemur. Nec dubitandum est q sic nobis orationibus pius conditor auditis accomodare et spiritus sui gratiam nostris quoq3 cordibus infūdere dignabitur q nostros quoq3 beatos faciet oculos et si nō vt apostolorum qui cōmorantem in mundo dominū qui docentem et miracula facientem qui po⁹ triumphū mortis resurrexisse et ad celos redeuntē videre meruerūt certe vt eorum de quibus thome apostolo dicit quia vidisti me credidisti beati qui non viderunt et crediderūt. Cunctis etenī credentibus siue illis qui incarnationis eius tempora nascendo precesserunt siue his qui ī carne eum viderunt siue nobis qui post eius ascensionē credimus communis ē eius hilarissima p̄missio qua dicit. ¶ Beati mundo corde qm̄ ipsi deum videbūt hec beda. Domin⁹ ergo iesus cum vniuersa p̄dicta felici multitudine aperiens ianuas paradisi vsq3 tunc humano generi clausas intrauit triumphaliter et gaudēter in eas. Ascendit autem in celum empireum sup̄ omnes alios celos īmo sup̄ omnē spiritū beatum et oēm creaturā et supra id quod nominatur in hoc seculo vel ī futuro. Et nota q triplex esse celum insinuat apostolus. vbi fatet̄ se raptū vsq3 ad tercium celum. Inter quos celos. s̄m aug primū ē corporale luna et stellis ornatū secundum est spirituale spiritibus angelicis deputatum tercium est sup intellectuale soli diuinitati appropriatū. Ad hoc tercium rapt⁹ fuit paulus q2 non ad visionē corporum celestium nec ad cognitionē celestiū spirituū sed ad cōtemplationem nudā diuine essentie rapt⁹ fuit s̄m aug et in hoc celum ascendit christus (Et sedet a dextris dei) nō q sessio dei intelligatur corporaliter. vt xp̄us homo sedeat a dextris et pater a sinistris sed dicit̄ sedere propter iudiciariam potestatē quam a patre accepit. q2 sedere iudicātis est. ¶ Sedere autem a dextris si referatur ad xp̄m ratione deitatis. sic ista sessio importat equalitatē cū patre. q2 conregnat patri in equalitate maiestatis s̄m deitatē s̄m quā filius est patri equalis. Si autē referatur ad xp̄m rōne humanitatis hoc potest esse dupliciter. Uno modo inquantum est vnita actualiter ipsi deo. et sic ista sessio importat quandam sociationem honoris q2 eadem veneratione veneratur humanitas inquantum vnita verbo cum ipsa deitate sicut vestis regia cum ipso rege quando est ea actualiter indutus. et sic christum in dextera dei patris sedere est humanitatē in gloria diuinitatis requiescere. Alio modo scd̄m se. et sic sedere a dextris patris designat esse in potioribus eius bonis sicut dextera est pars nobilior et potior corporis Merito christus dicitur sedere ad dexterā dei sedere quidē q2 laborauit. ad dexteram autem q2 in sinistra aduersitatis diu fuit. del vero dicitur q2 post obiectionem merito gloria sequit̄ Dicitur ergo sedere. q2 equalis est patri in potestate iudicādi. dicit̄ et stare qui suos iuuat in milicia presenti. nos credim⁹ xp̄m a dextris patris sedentem q2 credim⁹ eum regnantē et quiescentē que notant̄ per sessionem. Stephanus autem vidit eum a dextris dei stantem. q2 in tribulatione positus habuit eum propugnatorē et susceptorem que notant̄ p̄ stationē ¶. Sicut enī sedere quiescentis est et iudicantis ita stare pugnantis et adiuuantis. Sedens ergo ad dexterā patris iugiter vultui benignissimi patris apparet et vulnerum que pro nobis p̄tulit cicatrices ostendit ad īterpel

Augustinus.

De ascensione domini nostri

laudum pro nobis. Omnes vero sancti patres et beatissimi spūs iubilabāt coram deo laudes. Si enim moyses et filii israhel post transitum maris rubri cecinerunt carmen dño et maria prophetissa soror eius et relique mulieres eā sequentes canebant dño in tympanis et choris quanto mag⁹ modo omnes hoc faciūt cunctis aduersitatib⁹ superatis. Oēs igitur ibi constituti psallūt. oēs cantant. oēs exultant. oēs letant. oēs gaudent. oēs iubilant. oēs manibus plaudunt. omnes tripudiant. oēs iocundātur Uere nūc in superna hierusalē auditur cāticū leticie. et p oēs vicos eius ab vniuersis dicitur alleluya. Nunq̄ ab origine mundi tale festū et tam sollēne pasca celebratum est in patria neq̄ vnq̄ erit nisi forte post diem iudicij cū omnes ibi cū corporibus gloriosis presentabimur electi Magnum itaq̄ et sollēne est hoc festū. Nā quicquid deus vsq̄ modo fecit: fecit vt ad hunc diē perueniret. Celū et terra et oīa que in eis sunt facta sunt propter hominē homo autē propter gloriā celestem habendā ad quā vsq̄ nunc pertingere post peccatū non poterat quantūcūq̄ iustus esset. Quia ergo oīa cōpleta sunt in ascensione magnificus valde est dies iste. Hodiernus quippe dies proprie est festū sollennissimū dñi iesu. q2 hodie incepit sedere ad dexteram patris et requiem capere a labore sue peregrinationis. Est etiā proprie festū omniū supernorum spirituū. q2 de dño suo quē ante ibi in humanitatis forma non viderant nouū susceperūt gaudium et q2 hodie primo inceperunt restaurari ruine ipsorū. in tanta multitudine beatorū. et cognoscunt numerū suum per peccatum diminutū per dñm iesum reintegrandum. Si ergo gaudiū est in celo corā angelis dei super vno peccatore penitentiam agente: quale putamus gaudiū eorum fuisse quādo tot milia aīarum sanctarū ad suū viderunt consortiū transire. Etiā proprie est festū patriarcharū: prophetarum et aliarū aīarum sanctarū. q2 ad supernam patriam hodie primitus intrauerūt. Si ergo festū facim⁹ de aliquo sancto ad celos migrante: quāto magis de tot militibus. et quanto magis de sancto sanctorū. Et etiam festum domine nostre: que filiū suū vnigenitū in ea carne quā de se assumpserat nouerat totam oculis suis gloriose sic vidit tanq̄ deū verū superexcelsa conscendere et omnes celos dominandi iure penetrare ac in dei patris cōsessum ascendendo pertingere. Est etiam nichilomin⁹ proprie festū nostrū q2 humana natura hodie sup⁹ celos est exaltata. et homo perditus ad regna celestia et ad societatem angelorū per dominū iesum est reuocatus. Ipse enim dei filius qui exiuit a patre: non per loci mutationem sed per eternā generationem et personalē distinctionem hodie reliquit mundū quātum ad presentiā corporalem et iuit ad patrem faciendo naturā mortalē paterne glorie consortē. Igitur valde sollēnis est dies iste. et aīa que dñm iesum bene diligeret merito hodie exultaret. Si diligeretis me inquit gauderetis vtiq̄. q2 vado ad patrem. Unde leo papa dicit quidem dñs iesus discipulis suis. Si diligeretis me gauderetis vtiq̄: q2 vado ad patrem. Uobis enim hec prestatur ascensio. et super omnes celos ad patris dexterā collocāda vestra in me humilitas eleuatur. Uniui enim vos michi: et fact⁹ sum filius hominis vt vos filij dei esse possitis. Quia igitur xp̄i ascensio nostra pfectio est. et quo pcessit gloria capitis eo spes vocat et corporis. dignis dilectissimi exultemus gaudijs et pia gratiarū actione letemur. Hodie enim non solum paradisi possessores firmati sumus: sed etiā celorū in christo superna penetrauimus. ampliora adepti per ineffabilē xp̄i gratiam quā per diaboli amiseramus inuidiam. Nam quos virolentus inimicus primi habitaculi felicitati deiecit: eos sibi cōcorporatos dei filius ad patris dexteram collocauit. vnde et aug. Hodie sicut audistis fratres dñs iesus christus ascendit in celū: ascendat cū illo et cor nostrū. Sicut enim ille ascendit nec recessit a nobis sic et nos cū illo iam sumus quāuis nondum in corpore nostro iam factum sit quod promittitur nobis. Cū ascēdit in celū nos ab illo non separamur. Non nobis inuidet celum: sed quodāmodo clamat mea membra estote si ascendere vultis in celū. In hoc ergo oēs interim roboremur. in hoc votis oībus estuemus in hoc meditemur in terris q̄ cōputemur in celis. Tunc exuturi carnē mortalitatis nūc exuamur anime vetustate. Facile corp⁹ leuabitur in alta celorum si nō premat spiritum sarcina peccatorum. et iterū q2 vero tēporali christi presentia viduati sumus ad eternā eius visionē tota intentione festinemus eiq̄ dicamus. Tibi dixit cor meū quesiui vultū tuum. vultum tuū domine requirā. tota nanq̄ dispensatio humanitatis christi nichil aliud fecit nisi vt intentionem nostrā ad superna dirigeret. et ex tempore nostre mortalitatis ad manifestā visionē sui perduceret ac perductos eterno vultus sui gloria satiaret. ¶ Et iterum hec quippe sollennitatis huius est ratio vt christum ad dexteram patris iam regnare credamus et interim eum quasi geminis virtutum alis caritatis scilicet et spei subsequamur. vt cū tradiderit regnum deo patri sine fine cum eo regnemus. ascendamus cū christo interim corde. vt cum dies promissus aduenerit sequamur et corpore. hec aug. vnde etiā grego. vnde fratres carissimi oportet vt illuc sequamur corde: vbi eū corpore ascendisse credimus desideria terrena fugiamus. nichil iam nos delectet in infimis qui patrem habemus in celis et si adhuc hic tenemur in infirmitate corporis. sequamur tamen eum passibus amoris. non autem deserit desideriū nostrū ipse qui dedit. iesus xp̄s dñs noster. hec greg. Ascēdit ergo christ⁹ vt corporali presentia subtracta prouocet affectum mūdi et toto corde eum desideremus. Et ideo que sursum sunt queramus quo ad vim intellectiuam que sursum sunt sapiamus quo ad vim affectiuam sic ascēdit corde miles quidā qui in ptibus vltramarinis oīa loca in qbus saluator noster fuerat sollicite cū lacrimis visitauit et dū oīa sancta loca deuote pq̄siuisset vltimo venit i mōte oliueti vnde domin⁹ ascēdit vbi post longā orōnē cum lacrimis dicit. Ecce domine vbiq̄ que siui te diligenter. vsq̄ dum veneri ad locū vbi celos ascendisti nescio vbi ampli⁹ te requiram iube ergo spm̄ meū suscipi vt ad dexteram pr̄is videam te residentē in gloria. et his dictis spm̄ suum sine dolore reddidit sic vt nos dominū per singula sua opera et virtutū exercitia q̄ramus vt tandē ad eum ascendere valeamus. Ascensio domini olim in scala iacob prefigurata fuit que vna extremitate terrā et alia celū tāgebat et angeli per eam descendebant et ascēdebant sic christus de celo descēdit et reascēdit q̄si celestia et terrestria reuenire voluit oportebat enim q̄ mediator dei et hoīm deus et homo esset q2 aliter pacē inter deum et hominē reformare non posset deus enim altissimus est et homo infim⁹ erat et ideo christus inter celū et terrā scalā faciebat descendūt autem angeli per illā nobis gratiā apportādo et reascendūt animas nr̄as in celū reportando hanc etiā ascēsionem xp̄s pnotauit quādo parabolā de vna oue ex cētum pdita et inuēta pdicauit ouis vna pdita ē q̄n hō mādatū dei transgress⁹ ē de⁹ autem nonaginta nouē. i. nouē choros angelorū in celo dimisit et veniens in hunc mūdum hoīem perditū p. xxxiij. annos quesiuit et intantū se fatigauit q̄ de toto corpore suo sudor sanguinis emanauit. Inuentā autem ouem super humeros posuit et portauit quando crucē p peccatis nostris pprijs humeris baiulauit amicos ad congratulandum sibi inuitauit quādo cum homine ascendit et omnes celi curiam letificauit Hec etiam ascensio domini olī fuit in translatione helie prefigurata. Helias legem dei ī iudea predicauit et trāsgressores legis audacter increpauit. ppter quod magnā sustinuit a iudeis psecutionē sed apud deū meruit i paradisum trāslationē. Ita xp̄s in iudea viā veritatis docuit et propter hoc a iudeis multas persecutiones sustinuit sed deus illum super omnes celos exaltauit et nomen

Leo papa.

Augustinus

Gregori

quod est super omne nomen filii dedit. Oportebat enim pati xp̄m ꝛ ita intrare in gloriam suā ꝛ multo magis oportꝫ nos tolerare propter vitam eternā. Oratio.

Jesu corona celsior qui resurgēs a mortuis ad patris ascendisti dexterā trahe ad te mentē meam vt te solum ardēter desiderē ꝛ inquirā. Da quo toto desiderio meo ꝛ studio tendere quo te credo ascendisse vt in presenti quidē miseria solo tenear corpore tecum autem sim cogitatione ꝛ auiditate vt ibi sic cor meum vbi tu sis thesaurus meus desiderabilis et amabilis. Trahe me post te. vt per tuam gratiam de virtute in virtutem ascendens te deum deorum videre merear in syō. Amen.

De scripture euangelice ac fidei fine et vtilitate. Capitulum lxxxiij.

Jo. xxi. Sunt ꝛ multa alia signa et facta in multitudine incōprehensibili existentia preter ea q̄ ab euangelistis sunt scripta (q̄ fecit iesus) in terra in se ꝛ in aliis tam actibus cordis q̄ oris ꝛ operis ante suam resurrectionem ꝛ post eandē (q̄) pre multitudine sui (nō sunt scripta) Que si scribantur per singula) q̄ ad facta pticularia ꝛ conditiones virtutem eorū (nec ipsum arbitror mundū) i. hoies huius mundi (capere posse libros q̄ essent scribēdi) Nō enim spacio locorum credendū est mundū capere non posse qꝛ si eo scribi non possent si scripta non ferret sed capacitate intellectus legentium ꝛ audientium ꝛ q̄ ad incredulitatem infidelium ꝛ ad mysteria ꝛ sensū comprehendi fortasse non possent. Facta enim et verba xp̄i non sunt hois tm̄ sed ꝛ dei qꝛ illa hūanitas erat organū diuinitatis et ideo non pñt ad plenū ab hoibus explicari vel etiā cōprehendi quod patet ex hoc qꝛ a principio ecclesie ceperūt sancti ꝛ doctores libros scribere ad explicationem verborum et factorum christi et adhuc ad plenū non sunt elucidata immo si mūdus duraret per mille milia annorū et libri scriberentur nunq̄ ad plenum elucidarentur quia sicut dictum est facta sunt et dicta dei que sunt nobis incomprehensibilia propter eorū excellentiā respectu intellectus nr̄i. ꝛ ideo debemus subiugare et captiuare intellectum nostrum in obsequiū xp̄i vt ei assentientes p fidem q̄ est in enigmate tandē veniamus ad contemplandū facie ad faciē. Unde scḋm cris. Nec iohannes nec alii euangeliste oia dixerūt

Crisosto. sed que erant sufficientia attrahere ad fidē audiētes. Qui qui non credit his q̄ dicta sunt neqꝫ pluribus attenderet qui vero hec suscipit nullo indigebit alio in fidei rōnem. Tantū enim conscripserunt q̄tum ad fidem credentiū sufficere posse cognouerunt et iō pauca de pluribus elegerunt vt facilius intelligantur diligentius querantur fide credantur et memorie tradantur. vnde aug. Cum multa fecis

August. set dn̄s iesus non oia scripta sunt electa sunt aūt q̄ scriberentur q̄ saluti credentiū sufficere videbātur hec august. Materia quidem euangelii ꝛ omniū euangelistarū ē eadem. s. sancte trinitatis mysterium xp̄s s̄m diuinā ꝛ hūanam naturam dicta ꝛ facta eius alio sequꝫ dicta ꝛ facta ad ipsū omēs enim agunt de istis et materia istorū. Intentio vero et finis oim est per xp̄i gesta ꝛ doctrinā fidem de eo astruere qḋ ex fine libri iohis perpendit vbi dr̄. Hec autē scripta sunt vt credatis scꝫ fide formata caritate quia iesus est christus filius dei. s. naturalis in potentia sibi equalis et per consequens idē in deitate. quia natura diuina ē indiuisibilis. Credatis inquā corde ad iusticiā ꝛ ore confitemini ad salutem opere ostendentes ad fructum vite qꝛ fides sine operibus mortua est. Ecce scripture vtilitas. s. effectus fidei ad hoc enim ordinatur tota scriptura noui ꝛ veteris testamenti. Quā autē vtilitatē ex hac credulitate consequamur manifestatur cum subiungitur. Et vt credentes vitam. s. eternā in qua clare videbis qḋ nunc creditur habeatis nunc in spe ꝛ in futuro in re. vel vt credentes vitam habeatis. hic vitam iusticie que habetur per fidem iustus enim ex fide viuit ꝛ in futuro vitam spei que habetur per gloriā ꝛ hoc in noie eius. i. per fidem nois xp̄i qꝛ non est aliud nomen sub celo datū hoibus in q̄ oporteat nos saluos fieri virtute ergo nois xp̄i et saluatoris habetur vita eterna. Unde iohānes. Hec est vita eterna. vt cognoscant te verum deum ꝛ quē misisti iesum christum ¶ Finis itaqꝫ. i. finalis causa euangelii est sane credere perfecte diligere sacramentis insigniri et horum iustum finalis causa est vita eterna. Ad hec quippe adipiscenda fuit intētio scribere et predicare euangelia. Ueteris quidem testamenti intentio est nouum figuris ꝛ enigmatibus demonstrare euangelii autem ad eterne beatitudinis gloriam mentes hūanas accendere. Fides ergo catholica 4. vniuersalis omnibus est necessaria ad vitam et salutem eternam. Fidei succedit spes et spei succedit beatitudo caritas autem etiam fide et spe decedentibus permanet et augebitur et ideo maior his esse dicitur. Que vero credenda sunt ex simbolo haberi pñt. Est enim simbolū cōpendiosa collectio omniū ad salutem spectantium. Sūt autem tria simbola primum apostolorum secundū nicenum consilii. tertium athanasii. Primum factum est ad fidei instructionē. secundū ad fidei explanationē. tertiū ad fidei defensionē. De primo ergo in q̄ est fidei fundamentum hic videamus solum quia de hoc magis est ad propositū. Ubi sciendū q̄ si respectus habeatur ad eos qui ediderunt hoc symbolum tunc articuli sunt duodecim secundum numerum duodecim apostolorum. ¶ Si autem cōsideremus q̄ radicaliter sunt credenda tunc articuli sūt quattuordecim quorū septem spectant ad diuinitatem. et septem ad humanitatem et hec signata sunt i septem stellis et in septem candelabris aureis in quorum medio ambulabat filius hominis. Sunt igitur septem articuli fidei qui pertinent ad diuinitatē. Primus est vnū deum esse qui notatur ibi. credo in vnū deum. Credere deum est credere deum esse. s. quia est. credere deo est credere verbis eius et sacris scripturis credere in deum est credendo deum fide cū affectione seu fide per dilectionē operantē in ipsum tendere et ire ac membris eius incorporari. ¶ Secundus est patrem esse deum q̄ notatur ibi patrē qḋ hꝑsonaliter tenetur pater vero essentialiter tenet vbi agitur de paternitate adoptionis qua paternitate ipsa trinitas pater est bonorū vel creationis qua paternitate tota trinitas pater est. tā bonorū q̄ malorum omnipotentem appropriate q̄uis et filius sit omnipotens ꝛ spūssanctus q̄a potentia appropriate attribuitur patri sicut sapia filio ꝛ bonitas spiritui sancto. Creatorem celi ꝛ terre. vbi per celum et terrā intelligitur tā spūalis q̄ corporalis creatura. Creare quippe seu creatorē esse potius sonat potentiam q̄ sapientiā vel bonitatē quia operatio egredit a potentia et ideo appropriate attribuitur creare hic patri sic omnipotentia cū tamen creat oia pater per filium cooperante spiritusancto quia indiuisa sunt opera trinitatis et tote tres persone vnus sunt creator. ¶ Tertius est filium esse deum qui notatur ibi et in iesum christum que duo nomina frequenter coniunguntur in nouo testō. qꝛ vnū. s. ihs qḋ interpretatur saluator exprimit eius diuinitatem nam ingitum deus saluator est reliquū. s. xp̄s quod interptatur vnctus exprimit eius humanitatem quia ingitum homo vnctus est pre consortibus suis filiū eius vnicū. s. naturalem adoptiuū deus et alius ingitum homo sꝫ vnus xp̄s in duabus naturis. s. deitate et humanitate ꝛ tribus substantiis. s. deitate anima et carne vnicus est filius dominum nostrū sicut enim pater dn̄s est oium et omnipotēs ita ꝛ filius qḋ intelligat s̄m deitatem quia q̄uis humanitati christi collata sit omniū scientia nō tamen omnipotentia ¶ Quartus est spūsanctum esse deum qui notatur ibi credo in spiritū sanctum ꝛ circūloquitur hec vox spūssanctus qꝫ tenetur ditionaliter tertiā personā in trinitate quādo

autē in vi oratiōis tenetur essentialiter sumi et cōuenit trinitati. Sic ergo patet ꝙ p̄dicti q̄ttuor articuli sunt de diuine essentie vnitate et personarum trinitate. Quint⁹ est credere remissionē peccatoꝝ his qui sunt in ecclesia q̄ notatur ibi. Sanctā ecclesiam catholicā sanctorū cōmunionē .i. credo sanctā ecclesiā catholicā siue militantē siue triumphantē esse cōmunionē .i. congregationē vel societatem sanctoꝝ. Vel sic credo sanctā ecclesiam adhuc i terris militantem. et credo sanctorū cōmunionem .id est. associationē in celo .i. esse ecclesiā triumphantē quasi diceret credo vtrāq3 ecclesiā. Est autem sancta ecclesia in tres diuisa. vna est in mundo que est adhuc in timore et expectatiōe. alia est in celo q̄ est sine timore ⁊ expectatione. tertia est in purgatorio q̄ medio modo se habet qr est in expectatione cū adhuc gloriā p̄ntem non habeat ⁊ tn̄ sine timore qr habet liberum arbitriū in bono confirmatum. Catholicon grece latine sonat vniuersale. Et dicit̄ vniuersalis duabus de causis .s. qr vniuersaliter predicatur per quattuor p̄tes terre. ⁊ q̄r articulos habet veros vniuersaliter q̄bus nullū falsum potest subesse. Remissionē peccatorū .i. credo remissionē peccatoꝝ fieri .s. per deum in baptismo triplici scʒ fluminis et flaminis ⁊ sanguinis siue post baptismū in penitētia. Sextus est credere resurrectionē mortuoꝝ qui notatur ibi carnis resurrectionē. In qua resurrectiōe credendū est ide3 corpus qd̄ per mortē cecidit ad eundē sp̄m .i. ad eandē aīam rediturum Septimus est bonorū remuneratio sub quo cōprehēdit̄ et maloꝝ punitio q̄ notatur ibi. vitā eternā .q. d. credo vitam eternā premium bonorū et mortē eternā suppliciu3 malorū. Et isti tres vltimi articuli ad diuinitatem pertinent quia per virtutē diuinitatis fit peccatorū remissio. que est anime viuificatio et corporū resurrectio atq3 corporum simul et anime glorificatio. ¶ Alij septē sunt articuli qui ptinent ad humanitatē xp̄i. Primus est credere filium dei conceptū de spiritusancto. qui notatur ibi. qui conceptus est de spiritusancto .i. operatione spiritussancti. Vno eīm eodeq3 momento segregata fuit illa caro assumpta a reliqua carne virginis operatione spiritussctī. et aīata aīa rationali et deitas vnita ei. Unde ly de non denotat substantiā cause materialis sed potius efficientis. Quāuis eīm incarnatio filij sit opus totius trinitatis qr qd̄ operatur vna persona operantur omnes eo ꝙ sunt indiuisa opera trinitatis tamen ipsa gratia mediāte qua natura humana vnitur diuine est donū appropriatū spiritusancto. qr hec gratia appropriate procedit a caritate siue a benignitate dei que spiritusancto appropriat̄. nō eīm de⁹ inq̄ntum potēs vel inq̄ntū sapiēs sed inq̄ntū bonus et benignus nostrā redemptionē operat⁹ est per incarnationē. Et tangitur hic natiuitas xp̄i in vtero scilic3 qua natus est de spiritusancto. Scd̄s est filium dei natū ex maria virgine qui notatur ibi. natus ex maria virgine scʒ natiuitate ex vtero. Tertius est filium dei pro nobis mortuū in cruce. qui notatur ibi passus sub pontio pylato .i. sub potestate pylati pontij genere crucifixus ad distinguendū passionem eius a passionibus aliorū qui i patibulis suspenduntur et citius moriuntur. mortuus vera morte per dissolutionē anime a corpore: diuinitate tamē sem̄g cōiuncta vtriq3 et sepultus non tn̄ vt alij corrupt⁹ et incineratus. Quartus filium dei descendisse ad inferos scd̄m aīam q̄ notatur ibi descēdit ad inferna. descendit tm̄ in aīa deitate vnita qr corpus in sepulcro quieuit deitate etiā ei vnita. Quintus filium dei resurrexisse qui notatur ibi tertia die resurrexit a mortuis. vt per synodochen pars ponatur pro toto vt videlʒ pars illius parasceues qua mortuus est computetur pro die vna ⁊ nox sequens cum die sabbati sequentis pro alia. et nox sequētis dominice cuius mane surrexit pro tertia. Isti duo articuli dicunt totum ꝙ christus nobis meruit per morte3 suam: hoc autem est redemptio in anima que completa est per fracturam inferni in descensu ad inferos. ⁊ redemptio in corpore que completa est in resurrectiōe per gloriam corporis sui. ¶ Sextus eundem ascendisse ad patris equalitatem. qui notatur ibi ascendit ad celos scilic3 inq̄ntum homo et scd̄m humanitatem. quia vbiq3 est s̄m diuinitatem. Sedet ad dexteram dei patris omnipotentis conregnans patri in equalitate s̄m deitatē et fruens potissimis bonis patris s̄m humanitatē pacifice gloriatur et omnia quiete cū patre iudicat et disponit. Septimus filiū dei iudicaturu3 bonos et malos qui notat̄ ibi. inde ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos. Inde .i. postmodū. vel inde .i. de celis quos ascendit. venturus in die iudicij iudicare viuos et mortuos ad litterā quia tunc viui et mortui reperiuntur iudicandi. Illi tamen viui morientur sed statim in momento resurgent iudiciū cum resuscitatis recepturi. Isti quattuordecim articuli colligūtur de simbulo qd̄ ap̄li condiderunt. Articulum primu3 et scd̄m de diuinitate posuit petrus. andreas tertiū. bartholome⁹ quartū. symon quintū. thadeus sextum. mathias septimū. Item primū et scd̄m articulū de xp̄i humanitate posuit iacobus maior. iohannes tertium. thomas quartum. matheus quintum. iacobus minor sextū. philippus septimū. Si autē queratur an teneamur aliqua credere que non sunt articuli dicendū est ꝙ sic. Oportet eīm credere deo qd̄ est credere verbis eius ⁊ sacre scripture. Sane est circa hoc sciendū ꝙ pars diuine scripture q̄ est testimonialis et euangelica in libroꝝ quaternario cōtinet̄. sunt eīm q̄ttuor euāge. quasi q̄ttuor testes ꝙ hō ille q̄ dictus est iesus fuit xp̄s in lege p̄missus rex et dn̄s oīm saluator hoīm fili⁹ dei. Diuidunt̄ ergo inter se libri quattuor euangelistarū qr matheus intendit principalit̄ declarare illum hoīem fuisse xp̄m et ideo in principio dicens liber generationis iesu xp̄i nō expressit filij dei sed filij dauid filij abraham. Et in sequētibus subdit generatio xp̄i sic erat. Hinc eīm ꝙ figura hominis inter quattuor animalia euangelistas representātia. designat matheum quia maxime immoratur circa hominē xp̄m ostendēdo iesum fuisse illum qui promissus fuerat in tota serie scripturarū. Unde quasi de homine exorsus est scribere dicens liber generationis iesu xp̄i ⁊c̄. Marcus vero principaliter intendit declarare illū hominē fuisse regem et dominū omniū sicut in daniele habetur ꝙ in dieb⁹ quattuor regnoꝝ suscitaret deus celi regnū quintū quod non corrumpetur cuius potestas erit potestas eterna. Hinc est ꝙ marcus designatur per leonē qui est rex et domin⁹ alioꝝ animaliū. Unde et in eo auditur vox leonis in deserto rugientis et clamantis. hinc est etiā ꝙ maxime circa miracula immoratur et circa resurrectione3 et parum ponit de doctrina xp̄i qr principaliter intendit potestatem eius et dominiū et virtutē explicare que in resurrectione et miraculis maxime elucescunt. Lucas vero intendit principaliter declarare illū hominē fuisse saluatorem hominū et ideo in principio introducit gabrielē dicentem vocabis nomen eius iesum: ipse eīm saluu3 faciet populu3 suum a peccatis eoꝝ. et in scd̄o capitulo subdit verbum angeli ad pastores. natus est vobis hodie saluator in ciuitate dauid. Hinc est ꝙ maxime immoratur circa gesta et facta xp̄i que sonant in clementiā et salutem et in remissionē peccatorum. Et propter hoc in referendo passionem maxime explicauit verba dulcia et clementia xp̄i. vt est illud pater dimitte eis qr nesciunt quid faciūt. et illud hodie mecū eris in paradiso. et illud pater i manus tuas cōmendo sp̄itū meum. ⁊ ipse solus refert quomodo factus est sudor eius tanq̄ gutte sanguinis decurrentis in terrā quasi in signum balnei salutaris et medicinalis. Hinc etiā est ꝙ per figuram vituli qui aptus est ad immolandū designatur. Unde et a zacharia sacerdote initium sumpsisse legitur. Johannes vero principaliter intendit declarare illum hominē fuisse dei filium ⁊ verum deum. Et ꝙ hec sit conclusio quam ipse intendit ipsemet explicat circa finem sui euangelij vbi ait. Hec autē

scripta sūt vt credatis quoniā iesus est christus filius dei et vt credentes vitā habeatis in nomine eius. Hinc est ꝙ incip t a christi deitate dicendo In principio erat verbum ⁊ fere in quolibet euangelij capitulo semper infert illum hominem fuisse filium dei. Hinc est etiā ꝙ per aquilam figuratur quia assumptis pennis aquile ad altiora volans de verbo dei disputat et philosophatur. Sic igitur quatuor libri euangeliorū habent pro subiecto idē s. hominem iesum ⁊ de illo subiecto quatuor declarare intendunt. Matheus quidē ꝙ fuit christus in lege promissus iohānes vero ꝙ est verus deus ⁊ dei fili⁹. Lucas aūt ꝙ est verus saluator hoim. Marcus vero ꝙ est rex et etiam imperator omniū. Et hoc probant per facta ⁊ dicta que testificātur illū hominē fecisse in conspectu discipulorum suorum et multitudinis iudeorum. Et sic quatuor euangelia distinguūtur non penes quatuor subiecta sz penes predicata de eodem subiecto. Et ordinantur scdz ordinem editionis librorū non fm ordinem originis vel dignitatis materie ¶ Incipit ergo matheus partem testimonialem scripture diuine et probat hominē iesum messyam et christum in scripturis pmissum fuisse. Et hoc sibi maximē congruebat quia in iudea hebreo sermone ⁊ fratribus iudeis ad christū conuersis scribebat. Intendit ergo minorem vnius rationis probare ac si ita velit arguere. Ille homo in quē cōcordant voces oīm prophetarum quantū ad omnia q̄ prophetata fuerunt de illo. qui dicebatur messias et xp̄s ille siquā homo fuit vere xp̄us. Non eīm est possibile ꝙ omnia concurriant in aliquā personam que de xp̄o dicta sunt quin illa persona sit christus. Quis ergo due vel tres conditiones predicte in prophetis possent alicui persone conuenire nō tū omnes alioquin vana et absq3 vlla vtilitate reuelatio pphetica precessisset in nullo enim nos introduxisset ad christum sed potius errandi materiā prebuisset. Propter quod saluator dicebat ꝙ necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege prophetis ⁊ psalmis de me. Ex quibus patet ꝙ ille vere debet dici xp̄s in quem consonant omniū prophetarum voces. Sed modo sic est ꝙ in illum sacrum hominē qui dictus est iesus concordauerunt voces omniū prophetarum q̄ntum ad concursum omniū conditionū quas de christo predixerant ergo homo ille fuit christus. Hāc aūt minorem intendit probare euangelista matheus q̄ntum ad viginti duas cōditiōes in genere quas de futuro christo predixerunt prophete et intēdit sic arguere in illo homine qui dictus est iesus testis sum ego q̄ omnia concurrerunt que prophete predixerant futura esse in vero christo siue q̄ntum ad propagationem regiam ⁊ dauiticam siue q̄ntum ad grauidationem et genitionem virgineam siue q̄ntum ad apparitionem sydeream et adorationem magiamsiue q̄ntum ad nominationem floridam et nazaream siue q̄ntum ad acclamationem precursoris preuiam siue q̄ntum ad obsequium angelorum et ministrationē sedulam siue q̄ntum ad conuersationem primariā in galilea ⁊ in terra zabulon et neptalim siue q̄ntum ad expositionem decalogi et legislationem autenticam et nouam. siue q̄ntum ad multiplicem operationem deificam ⁊ miraculorum chorusicationē mirificam siue q̄ntum ad conuersationem pacificam ⁊ humilimam siue q̄ntum ad eruditionem parabolicam et doctrinam figuratiuam siue q̄ntum ad nutritionem prouidam ⁊ benignam ex panibus multiplicatis siue q̄ntum ad detestationem veridicā omnis ypocrisis et cerimoniarum siue q̄ntum ad colligationem geminam duarum naturarum diuine scz et humane in vno homine siue q̄ntum ad ecclesiasticam dispositionē et hierarchicam ordinationem vnius noui regni ecclesie siue q̄ntum ad ostentationem pauperrimam et sessionem super pullum asine siue q̄ntum ad excecationem iudaicam quo ad phariseos et populi seniores siue q̄ntum ad reseratione m prophetie archanorum et futurorum siue q̄ntū ad institutionem mirabilem ⁊ insolitam nouorum sacramentorum siue q̄ntum ad tolerantiam amare et salutifere passionis siue q̄ntum ad suscitationem magnificam et resurrectionem stupidam siue q̄ntū ad conuocationē multimodā oīm gentium linguarū et apostolorum. Hec et vtique verificata sunt in hoc homine sacro iesu que prophete predixerant de christo. ergo ipse est verus christus nec est alius expectandus. Marcus vero apostoli petri discipulus qui in ytalia euangelium grece scripsit probat de illo felici homine qui dictus est iesus ꝙ fuit rex et dominus omniū et excedens vere in potestate et virtute oēm hominē et omnē creaturam quod patet quia nō tractat nisi de precipuis et excellentioribus miraculis eius et fere in quolibet capitulo concludit magnitudinem potentie et virtutis in eo et istam conclusionem semper infert in toto euangelio suo usq3 ad euāgelium in ascensione ei⁹ in celum et sessione a dexteris dei et ꝙ discipuli profecti predicauerunt vbiq3 domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Sic ergo patet ꝙ est cōclusio quam marcus in euangelio suo intendit hominem scz iesum esse et fuisse virtutum dominū et imperatorem et regem omniū. Nā in hac conclusione finit euangeliū ⁊ ipsam interserit in suo processu quasi per totum. Hanc autē conclusionem suo testimonio probat narrādo facta illi⁹ hominis intēdendo vnū talem sylogismum. Ille hō cui⁹ virtutē ac potestatē extendi vidim⁹ ad omnē spiritū creatū et increatū s. ad spiritū propheticū et diuinū ⁊ angelicū et apostaticū et quam extendi vidimus ad languores et infirmitates corporum et quam extēdi vidimus ad remissionem peccatorū et ad infirmitates aīarū et quā extēdi vidimus ad totam legē mosaycam et sabbatū immutandum et quam extendi vidimus ad transferendum virtutem et potentiam in alterū vt ille similiter operetur virtuose et quam extēdi vidimus sup mare et ventum et super aque et aeris elementū et quam extendi vidimus ad mortis vinculū et quorumcunq3 viuentium siue hominū siue brutorū ⁊ quā extēdi vidim⁹ ad multiplicandū corporalē cibum et alimēta panum et quam extendi vidimus ad dispensandum super omnē statum humanū et quā extendi vidimus ad restituendum auditum ⁊ loquele instrumentum et quam extendi vidimus ad illuminandū tam spiritualē q̄ corporalem visum et quam extendi vidimus ad naturā passibilem et impassibilē cōmutandum et quā extendi vidimus non solū in propinquū sed etiā ad oēm distantē locum dum tū inuenire fidelē hominē et credulum et quā extendi vidimus ad interpretandū mandata legalia et superaddendū perfectionis consilia et quā extēdi vidimus ad regnum et thronū dauid obtinendū iuxta miraculorum clamorem populi et iuxta testimonium qd fuerat per prophetas predictum et quā extendi vidimus ad cōuicendū potentiam et oēm aduersariorum astutiam et machinationē et quā extendi vidimus ad precognoscendum oēm futurorū euentum et totū seculi decursū vsq3 in finem et quā extendi vidimus ad tolerādum summe fortiter ⁊ magnanimiter oīe aduersum ⁊ precipue mortem amarissimam q̄ est vltimum terribilium et quā extendi vidimus ad reuoluendum proprium monumentum et inde egrediendum cum tamē vere mortuus fuisset et quam extendi vidimus ad aperiendum celum et ad sedendum super regale et generale glorie solium et ad dexteram patris. Ille vtiq3 homo vere fuit rex virtuosissimus et dn̄s oīm. Sed hō ille qui dictus est iesus habuit conditiones p̄dictas igitur ipse fuit oīm dn̄s ⁊ rex virtuosus. Hanc minorem seriose marcus deducit et q̄ntum ad viginti conditiones ei⁹ in euāgelio suo pbat. Lucas autē apl̄i pauli discipul⁹ qui in achaie bithinieq3 partibus euang. grece condidit intendit istam conclusionem s. ꝙ homo ille qui dictus est iesus fuit saluator hoim et medicus aīarum qd congruebat quia erat arte medicus vt dicit hiero. Hinc est ꝙ in primo capitulo introducit angelū dicentē vocabis nomē eius iesum i. saluatorem et zachariam et dicentem salutē ex inimicis

Hieronimus

micis nostris: et de manu omnium qui oderunt nos. et angelum euangelizantem natus est nobis hodie saluator: et symeonem dicentem viderunt oculi mei salutare tuum et vbique per totum euangelium semper agit de illo homine sub ratione qua saluator est et medicus animarum. Unde solus ipse narrat de maria magdalena. et solus ipse ponit multas parabolas ad pietatem et misericordiam et remissionem peccatorum pertinentes per quod patet quod sua intentio principalis fuit probare conclusionem predictam. Intendit igitur probare eam per talem rationem et syllogismum. Homo ille cuius ingressus et introductio. cuius conuictus et conuersatio. cuius conatus et recollectio. cuius affectus et eruditio cuius discessus per mortem et consummatio cuius regressus a mortuis et resurrectio fuit per modum cuiusdam spiritualis antidoti et medicine salutaris omnium hominum vtique homo iste censendus est saluator hominum et medicus animarum sed ita fuit in illo homine qui dictus est iesus ergo ipse fuit spiritualis hominum medicus et saluator. Minorem istius questionum ad sex conditiones positas in maiori intendit lucas deducere in suo euangelio et probare. Primo enim probat quod huius hominis introductio et ingressus fuit per modum cuiusdam saluatoris mundi et medici spiritualis. et tractat de triplici introductione istius hominis. prima quidem in vterum maternum per conceptum secunda in mundo per natiuitatem et ortum tertia ad totum populum circa annum tricesimum. Secundo probat quod huius hominis conuersatio et conuictus cum hominibus fuit per modum veri saluatoris et ostendit qualiter iste homo per sui conuersationem et conuictum exemplarem visus est homines medicare et saluare describens eum fuisse exemplar omnis penitentie. exemplar omnis deuotionis et latrie. exemplar mititatis et patientie. exemplar liberalitatis et beneficentie exemplar humilitatis et beniuolentie: exemplar veritatis et existentie contra omnem ypocrisim. exemplar omnis perfectionis et superexcellentis vite. exemplar compassionis et misericordie atque clementie. et ex his octo conditionibus patet qualiter sua conuersatio et conuictus fuit ad medicandum et saluandum mundum. Tertio probat quod illius hominis totalis conatus et recollectio fuit ad saluandum homines et tribuendum eis spiritualem medicinam et ostendit qualiter homo ille conatus est ad salutem vocare et reducere homines per seipsum et per alios scilicet per duodecim apostolos et lxxii discipulos. Quarto probat quod hominis huius affectus et eruditio ostendit ipsum fuisse omnium hominum saluatorem quia tota sua eruditio ordinabatur ad pellendum peccata et morbos animarum et ponit plures morales eruditiones summe accommode ad hominum salutem et curationem seu remotionem a vitiis pertinentes. Quinto probat quod illius hominis discessus et consummatio per mortem fuit vere medicinalis et veri saluatoris mundi. Unde introducit eum dicentem hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur et hic est sanguis meus qui pro vobis fundetur et plura alia verba clementie superius dicta. Sexto probat quod istius hominis regressus ad nos et resurrectio fuit veri saluatoris mundi. Unde ostendendo quod ipse erat vere iste qui omnium gentium erat medicus et saluator inducit quod sicut scriptum est oportebat pati et resurgere christum a mortuis tertia die et predicare in nomine eius penitentiam et remissionem omnium peccatorum in omnes gentes. Johannes vero qui in asya euangelium grece scripsit introducit istam conclusionem quod homo ille qui dictus est iesus fuit vere filius dei. quod non debet intelligi quod sit filius dei per adoptionem et gratiam habens humanam naturam immo habens in se vere illum qui ab eterno fuit filius a patre genitus in substantia diuina nec debet etiam intelligi quod sit homo ille filius dei per conuersionem deitatis in carnem sed debet intelligi per assumptionem carnis a filio dei. Hanc conclusionem probat multipliciter et deducit et intendens rationem vnam et vnicum syllogismum ad eam probandam sic arguit. Homo ille qui est vel emedia persona intrinseca in trinitate et est deo equalis in auctoritate et est deo equalis in efficacia et salubritate respectu hominum. et est deo equalis in elapsu et immensitate. et est deo equalis in modo operandi et actiuitate et est deo equalis in reficiendo mentem et in cordis facietate et gratia. et est deo equalis in instruendo et in vere doctrine claritate. et est deo equalis in duratione et eternitate. et est deo equalis in honore et gloria. ac cultu seu latrie et adorationis dignitate. et est deo equalis imo idem cum patre in essentia et maiestate. et est deo equalis in beniuolentia ad homines et pietate. et est deo equalis in dominio et regni solennitate. et est deo equalis in amicitia et caritate et est deo equalis in insistentia mutua in seinuicem et limitate et est deo equalis in conferenda gratia hominibus et influenda sanctitate et est deo equalis in sapientie et scientie luminositate et est deo equalis in beatitudine et eterna felicitate et est deo equalis in patientia et longanimitate et est patri equalis in producendo spiritum et inspiratiua fecunditate ille vtique homo est vere filius dei. Nam iste. xvii conditiones intermedie probant ipsum esse verum deum prima vero conditio et vltima ostendunt ipsum esse verum deum qui est filius dei quia he due proprietates competunt filio. Sed homo iste qui dictus est iesus habuit supradictas xix conditiones vt manifesta experientia iohannem et alios discipulos edocuit ergo ipse vere est filius dei. Probat et quod iohannes istas. xix conditiones fuisse in homine qui dictus est iesus tum quod ipse vere expertus est et ceteri discipuli qui fuerunt cum eo tandem conclusionem diffuse probatam infert recolligit et concludit dicens Hec autem scripta sunt vt et vos credatis quia iesus est christus filius dei viui et ponit vlteriorem finem ad quem ordinatur ista conclusio subdens et vt credentes vitam habeatis in nomine eius Ultimo vero tanquam tabellio et notarius publicus concludit quod ipse (est discipulus ille qui testimonium perhibet de his et scripsit hec et scimus quia verum est testimonium eius.) Ponitque conditionem suam de familiaritate quia recubuerat (in sinu eius in cena) illius hominis et idcirco multa secreta didicerat vnde predicta probantur et notarius ille autenticus redditur et sollennis Ad hanc partem sacre scripture testimonialem et euangelicam ascendendum est per ascensum scalarem et celicum Sunt enim euangelia scala iacob quia eis innititur dominus et ibi reperitur vbique videntur angeli ascendentes et descendentes quia diuina opera quibus voluit nobis condescendere et nos in celum erigere ibi per euangelistas quasi per veras quattuor cherubin secundum hiero. differunt. De quo ascensu scriptum est in genesi quod vidit iacob in somnis scalam et cacumen eius tangens celum et angelos dei ascendentes et descendentes et dominum ipsi scale innixum.

Hieronimus.

Oratio.

Domine iesu christe qui nos per scripturam et doctrinam euangelicam vocare dignatus es ad fidem catholicam vt credentes vitam habeamus eternam nunc quidem in spe et in futuro in re et hoc in nomine tuo per fidem nominis tui quia non est aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri: presta michi immerito et omnium infimo vt corde credam ad iustitiam et ore confitear ad salutem et opere ostendam ad vite fructum et vtilitatem quatenus te miserante ad eterne beatitudinis gloriam nunc mente accendar et tandem re ipsa peruenire merear iesu mundi saluator Amen.

De penthecosten. Capitulum lxxxiiii.

Actuum. ii.

Die vero penthecostes id est quinquagesima a resurrectione sed decima ab ascensione domini narrat dominus iesus patris de promisso suo quod discipulis fecerat de spiritusancto mittendo. Patre ergo gratum hoc habente mittunt spiritum sanctum vt ad discipulos descendat eosque repleat et consoletur roboret ac instruat ac cumulum virtutum et gaudiorum eis conferat. Et statim paratus spiritussanctus subi-

Beda

so venit et sup eos descendit. Notandū autē scdm bedā. q dñs iesus eundē spiritū veritatis a se mittendū esse predixit et eundez mox a patre procedere subiungit non quia idem spūs aliter a patre pcedat q a filio mittit aut alio tempore a pre procedat q eū a filio mittit sz ideo filius eū a se mittit a pre dicit pcedere vt aliā oronis aliam esse suam personā designet atqz in eadē distinctione glorificā vnam esse operationem ac voluntatē suā cū pris voluntate et operatione denunciet. Cū em eiusdē spūs grā datur hoibus mittit pfecto spiritus a patre mittit et a filio. pcessio pcedit a patre pcedit et a filio q et eius missio ē ipa pcessio q ex pre pcedit et filio. Venit et sua sponte qz sicut coequalis est patri et filio sic eandē hz voluntatē communē cū pre et filio hec Beda. Penthecoste interpretatur quinquagesima et est grecū vocabulū sicut parasceue et scenophegia iudei em admixti grecis qui inter eos sicut cetere nationes cōuersabantur grecis crebro vocabulis vtebantur. Est autē penthecoste equiuocum ad quinquagenam et eius sollennitatem septem diebus protelatā Tria em erant festa diebus septem durantia. s. pascha penthecoste et scenophegia (Cū ergo cōplerent dies penthecostes) i. quinquagene a resurrectiōe et inchoarent dies penthecostes. i. illius solennitatis septē diebus protelande erant pariter in cenaculo mōtis syon vbi cena facta fuerat discipuli fere centum viginti vtriusqz sexus congregati in oratione perseuerātes et pmissionē sancti spūs expectantes Duodenarius ille apostolorum nūerus iaz erat decuplatus. Et hora diei tertia (factus est repente de celo) i. de aere (sonus) quia fragor quidam insonuit (tanq aduenientis spūs) i. flatus (vehementis) vt tanq sit nota similitudinis acsi diceretur venit spūs i similitudine venti vehementis vel tanq spūsancti vehementis vt tanq sit expressiuum veritatis qz vere spiritussanctus dicit vehemens qsi vehens nos a mente et a mentis affectibus alienans vel quasi ve adimēs. i. eternam damnationem auferens Pōt ergo ad sonū et ad spūsanctū referri quod dictum est (tanq aduenientis spūs vehementis) quia equiuocū est ad vtrunqz. Venit in sono ad terrendū rebelles et in flatu qui ab interiori pcedit ad viuificandum deuotorum affectus (Et repleuit) sonus ille vel spiritussanctus (totā domū vbi erāt sedētes) i. oēs in domo sedentes implentes qd dictū fuerat eis a dño sedete in ciuitate quoadusqz induamini virtute ex alto Hec enim dona non nisi in vnū cōgregatis per consensum et ad superiora subleuatis per desiderium venire potuerunt. Et lingue diuise sunt velut ignis (et apparuerunt illis dispertite lingue tanq ignis) i. radiosi ignei in modum linguarum

Gregorius

insidentes capitibus singulorum Vt ait grego. Bene in igne spiritus apparuit quia ab omni corde quod replet torporem frigoris excutit et hoc in desiderio sue eternitatis accendit Vnde et orige. Deus noster ignis consu-

Origenes

mens est qdiu in nobis sunt que consumi digna sunt cū autem consumpta fuerint iam non erit ignis consumens

Hieroni.

sed illuminans vnde etiam hiero. Ignis duplicem naturam habet quoniam et lucet et vrit sic et deus lucet iustis et peccatores incendit Insuper et septem dona spiritussancti congrue demonstrantur in igne. Spiritus em sanctus instar ignis primo purgat per donū timoris secundo liquefacit per donū pietatis tertio decorat per donum scientie. quarto consolidat per donum fortitudinis quinto eleuat per donū consilij. sexto illuminat per donum intellectus septimo dulcorat per donum sapientie. Primus effectus ignis patet in veste salamādre secundus in cera terti9 in metallis quartus in lateribus quintus in vaporibus sextus in lucernis septimus in cibis (Et) sic repleti sunt omnes spiritusancto et deinde (ceperunt loqui varijs linguis) secundum impetuz eiusdē spiritussancti et (prout ipse spiritussanctus dabat) eis pnunciare et eloqui) qui diuidēs singulis prout vult et spirans vbi vult qū vult qtum vult quomodo vult et qbus vult radioso lumine scie omnem eos veritatem edocuit et inextinguibili caritatis ardore ad omnē dilectionem accendit et inuincibili vi fortitudinis in omi virtute firmauit inspirans illis oīm linguarum noticiam iuxta qd legitur in sapiētia. Spūs dñi repleuit orbem terrarū et hoc qd continet oīa s. hō cōuenientiam hñs cū oi creatura et propter quē facta est oīs creatura scientiā habz vocis linguarū. Ac si diceretur. Spūsanctus replens orbē terrarū dedit discipulis sciam linguarum vt linguis oīm gentiū loqrentur. Tūc em ecclia in vna gente erat cumqz loquerentur linguis oīm significabat q ecclia crescendo per omnes gentes linguis omniū locutura esset qz iam ecclesia linguas oīm habet. Vbi ergo iaz omnes lingue loquebātur omnes lingue crediture ostendebantur Ipsa aūt species creature in q spūsanctus visibiliter descendit ad quem vsum tunc in aplos descenderit expressit vt scz ori verbum intellectui lucem et affectui ardorem et cordi robur ministraret. ¶ Lingua enim verba explicat ignis vero illuminat calefacit et restaui roborat Sed ad alium vsum s. ad relaxandum peccata datus fuit quando post resurrectionē suā dñs aplis insufflauit et dixit. Accipite spūsanctū quorum remiseritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta erunt

Ubi notandū q spiritussanctus bis missus est super xpm et bis super discipulos. Super xpm quidem in specie columbe in baptismo et in specie nubis in transfiguratione quia gratia xpi q datur per spūsanctū deriuāda erat ad nos per propagationē gratie in sacramentis et sic descendit in specie columbe que est animal fecundum et per doctrinam et sic descendit in nube lucida. Unde et ibi ostēditur doctor ipsum inquit audite Sup apostolos autem primo descendit in flatu ad significandum propagationem gratie in sacramentis cuius ipi ministri erant vnde dicitur quorum remiseritis peccata remittuntur eis secundo in linguis igneis ad significandū ppagationē gratie per doctrinā. Unde postq (repleti sūt omnes spiritusancto) statim (ceperunt loqui varijs lin-

Gregorius.

guis) Vnde ergo fm grego. scriptum legimus apostolos manifesta donatione spiritumsanctū accepisse. primum dño consistente in terra per insufflationē postmodū presidente in celo in varijs linguis per ignem quia caritas q in cordibus per spiritumsanctum diffunditur duobus pceptis scz dilectione dei et proximi impletur In terra datur spiritus vt diligatur proximus e celo datur spiritus vt diligatur deus Et sicut vna est caritas et duo precepta ita vnus spiritus et duo data Et quia p dilectionez primi peruenitur ad dilectionē dei recte primo dat spiritus in terra et postmodū e celo Sicut enī ait iohannes Qui non diligit fratrē suum quē videt deū quem non videt quomodo diligere pōt. Insuper etiā datus est aplis spiritussanctus aū passionē ad purgandū qū fuerunt baptizati et ad faciendū miracula quod pdicandum sunt missi et dictū est eis egros sanate et demones eijcite mortuos suscitate. Unde hiero. Ego quidem audacter pnūs-

Hierōnimus

cio apostolos ex eo tempore quo crediderunt dño semper spūsanctum habuisse nec absqz eius gratia signa facere potuisse sed eū pro modulo atqz mensura recepisse Primo autem die resurrectionis eius acceperunt gratiam sancti spiritus q peccata dimitterent et baptizarent ac spiritum adoptionis credentibus traderent. Die vero penthecostes eis amplius repromissum est videlicet q virtutem ex alto reciperent qua et euangelium christi cunctis gentibus predicarent Vñ leo papa. Non igitur am-

Leo papa

bigamus q cum in die pēthecostes impleuit discipulos domini spiritussanctus non fuit huius inchoatio muneris sed adiectio largitatis. Nam et patriarche et prophete et sacerdotes omnesqz priorum temporum sancti sunt eiusdem spiritussancti sanctificatione vegetati et sine hac gratia nulla vnq sunt instituta sacramenta nullaqz celebrata mysteria vt eadem semper fuerit virtus carismatum

quibus nō eadem fuerit mensura donorum hec Leo. Et
sciendum q̄ spiritussanctus datur seu mittitur visibiliter
et inuisibiliter. Uisibiliter cum in aliquo signo visibili de
monstratur. Est autem in quintuplici specie demonstra
tus. primo in specie columbe super christū baptizatum.
scdo in specie nubis lucide super christū transfiguratum.
tertio in specie flatus quando insufflauit et dedit spiritū
sanctū ipso die pasce. quarto in specie ignis et lingue. in
qua duplici specie apparuit hodierna die. Inuisibiliter
autē mittitur cum ad sanctificandū creaturam mētibus
castis illabitur. Unde dicitur. Spiritus vbi vult spirat et
vocem eius audis. Sed nescis vnde veniat aut quo va-
dat. Nec mirum. quia dicit bern. De verbo inuisibili per

Bernardus.

oculos non intrauit quia non est coloratum sed neq̧ per
aures quia non insonuit. neq̧ per nares quia nō aeri mi-
scetur sed menti. neq̧ per fauces quia non est mansum s.
comestum vel haustum. nec tactu comperi illud q̄ palpa
bile non est. Queres igitur cū sint inuestigabiles vie eius
vnde illud adesse nouerim. Nempe ex motu cordis intel
lexi presentiam eius et ex fuga viciorum carnalium q̧ com
pressione affectuum aduerti potentiam virtutis eius. et
ex discussione siue redargutione occultorum meorū ad-
miratus sum profunditatem sapientie eius et ex quan-
tulacunq̧ emēdatione morum meorum expertus sū bo
nitatem mansuetudinis eius. et ex omni reformatione et
renouatione spiritus mentis mee percepi vtrunq̧ spe-
ciem decoris eius. et ex contuitu omnium horum simul ex
pauit multitudinē magnitudinis eius hec bern. Unde et

Crisostom⁹.

crisosto. Si quādo boni aliquid cogitamus sciam⁹ quia
spiritussanctus habitat in nobis. si vero aliquid mali si-
gnum est q̄ spiritussanctus recessit a nobis. Unde etiam

Augustinus

augusti. Primis temporibus cadebat super credentes
spiritussanctus et loquebantur linguis quas nō didice
rant quomodo spiritussanctus dabat eis pronunciare.
Signa erāt tempore oportuno. Oportebat enim ita signi
ficare in omnibus linguis spiritūsanctū quia euangeliū
dei per omnes linguas cursurum erat toto orbe terrarū.
Significatum est illud et transiit. Si ergo per hec mira-
cula non fiat modo testimonium presentie spiritussancti
vnde fit. vnde cognoscit quisq̧ accepisse se spiritūsctm.
Interroget cor suū si diligit fratrem manet spiritus dei
in illo. Uideat probet seipsum coram oculis dei. Uide-
at si est in illo dilectio pacis et vnitatis et dilectio eccle-
sie toto terrarum orbe diffuse. Non attendat eum solum
diligere fratrem quem attendit ante se. Multos enim frā-
tres nostros non videmus et in vnitate spiritus illis co
pulamur. Quid mirum quia nobiscum non sunt. In vno
corpore sumus vnum caput habemus in celo. ergo si vis
nosse quia accepisti spiritūsanctum. interroga cor tuum
si est tibi dilectio fratris securus esto. non potest esse di-
lectio sine spiritu dei quia paulus clamat. Caritas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui
datus est nobis. Hec augustin⁹. Missio ergo spiritussan
cti inuisibilis fit in habitatione creature rationalis s̄ mis
sio visibilis fit ad inhabitationem demonstrandam aliis
¶ Et notandum q̄ spūmsctm alicui inesse certitudinaliter
scire non possumus. q̄r spūs vbi vult spirat et nescis vn
veniat aut quo vadat. Cōiecturaliter tn̄ possumus colli
gere aliqua signa et effectus ex quibus vtcunq̧ coniicere
possumus spiritūsanctū alicui adesse vel inesse. et hoc dif
ferenter ſm triplicē statum s. incipientiū, pficientiū et p-
fectorū. Nam ſm cuiuslibet status exigentiā spūsctus
diuersimode in hoibus operatur. Et scdz hoc diuersimo
de signa accipiunt. Nam spūsctus spirat inhabitat et re
plet. Spirat quo ad incipiētes inhabitat q̄ ad pficientes
et replet q̄ ad pfectos. Signa aūt spūsscti q̄bus spirat q̄

Bernardus.

ad incipiētes scdm bern tria sunt. Primum est dolor de
culpa pterita q̄r spūsctus odit sordes nec habitare pōt i
corpore subdito peccatis. Scdm est firmū ppositum ca-
uendi futura cum effectu qd̄ nullatenus haberi potest co

natu ppaio sine spiritusctō per graciā assistente et infirmi
tatē nostrā adiuuante. Tertium est promptitudo boni q̄a

Grego.

ſm Grego. amor dei qui est spiritussctūs nunq̧ est ocio-
sus operatur enī magna si est ¶ Quo ad pficientes vero
sunt tria alia signa quibus coniicit spiritūsctm eos inha-
bitare. Primum est frequens et iustis cōscientie examina
tio nō solum de pctis mortalibus imo de venialibus q̄r
sicut spūssanctus opponitur peccato mortali ita feruor
caritatis qui est a spiritusancto opponitur pctō veniali
vt ipm ab aīa expellat ne spūisancto displiceat. Scdm
signū est concupiscentie diminutio q̄nto enī in proficien
te caritas semper augetur tanto cor a tpalibus elongatur.

Augusti.

Unde dicit aug. Quia caritatis venenū est concupiscentia
temporalium et nutrimentum caritatis est diminutio cu
piditatis. Tertiuz signuz est studiosa mandatoruz obser
uatio quia obseruatio mandatorum sine vera dilectione
esse non potest. Et ponit de hoc exemplum aug. Quis
est inquit qui dicit diligo impatorem s; odio leges suas
Si ergo te dicis diligere deū mādata eius obserua Quo
ad pfectos autez sunt alia tria signa ex quibus coniectu
ratur spūssanctus eos repleuisse. Primū est diuine veri
tatis manifestatio cum enī spiritussanct⁹ sit spūs veri-
tatis ppriuz est sibi docere omnē veritatē et ideo in q̄cū
q̧ fuerit spūssanctus per aliq̄s reuelationes diuinorum
secretoꝝ se pādit et ei tanq̧ amico secreto cōicat. Scdm
signuz est nichil timere nisi solum deuz. perfecta enī ca-
ritas foras mittit timorē hec enī nichil penale habet ti-
mor autē penā habet. Unde apls vbi spūs dñi ibi libertas
libertas autez nō stat cuz timore seruili. Tertium signuz
est desideriū dissolutionis vt vicz hō ex vehementia diui
ni amoris cupiat dissolui et esse cum xpo quia spiritussan
ctus leuat mentē ad desiderium supernoꝝ. Felix ergo
anima q̄ cupit dissolui et esse cum xpo quoniā certissimū
habet signū q̄ spūssanctus eā repleuerit. Preter pdicta
autē signa sūt alia tria per q̄ quis pōt coniicere se spmsā
ctum habere. Ideo enī spūssanctus in triplici signo ap-
paruit scz in spē nubis sup xpm trāsfiguratū in spē colū
be sup xpm baptizatuz et in spē ignis super aploꝝ colle
gium congregatum. Primuz ergo signuz est abundātia
lacrimaruz et ideo apparuit in specie nubis sicut enī ad
ueniente austro nubes resoluuntur in pluuias sic adue-
niente spiritusācto mentes resoluūtur in lacrimas. Se-
cundum signū est dimissio iniuriarum ideo apparuit in spe
cie columbe q̄ felle caret Tertium signum est desideriuz
supernorum ideo appuit in spē ignis sicut enī ignis sur-
sum tendit sic spiritussanctus corda sursum eleuare fa-
cit (Erant autē iudei viri religiosi in hierusalem et in iu
dea habitantes) et preter illos multi alii fere (ex oī natio
ne q̄ sub celo est) superuenientes q̄a multis captiuitati
bus iudei dispersi fuerant et modo ordinante deo ad di
em festū oēs conuenerant. Audito ergo fragore et sono
venti qui supra cenaculum in aere sonuerat. intm̄ q̄ per
totam ciuitatem audiri poterat conuenerunt omnes ad
discipulos et mirati sunt (quia audiebat vnusquisq̧ lin-
gua sua illos loquentes) Alii autem irridebant eos dicē
tes quia musto pleni essent id est vehementer ebrii. quia
vehementior est ebrietas de musto q̄z de vino defecato.
Et q̄uis hoc irridendo dicerent tamen verū erat q̄r non
vino veteri qd̄ in nuptiis fuit sed musto grē spūalis erat
impleti de quo dicit alibi. nemo mittit vinum nouum in
vtres veteres. Tunc surrexit petr⁹ cum vndecim osten-
dens eos non ebrios cum esset hora diei tertia et nōdu;
esset tempus comedendi. nec solebant inebriari ieiuni s;
potius spiritusancto repletos et prophetarum esse a ios-
hel spūsancti aduentū super hoies tunc ergo xpo q̄ ascē
derat dedit dona i spmsctm hoibus. q̄r omnia nostra bo
na desursum sunt quo ipse ascendit. Tunc impleuit quod
ante passionē pmiserat dicens. Si ego nō abiero para-
clitus non veniet ad vos si autē abiero mittam eum ad
vos. Si carni carnaliter adheseritis capaces spūs non

erītis Deus⁹ ē. Non potestis plene capere spm̄ q̄diu secundū carnem sū vobiscum. Unde ille qui iam ceperat spiritū ait. Et si noueramus sm̄ carnem xpm̄ sȝ nunc iaȝ non nouimus. ¶ Ubi attendant carnalibus desiderijs et delectationibus dediti verbū bern. dicētis. [Bernar.] Si apostoli carni adhuc dulce adherentes que sola sancta quia facti sanctorū erat spiritu sctō repleti nequiuerāt donec tolleretur ab eis tu carni tue que sordida est et diuersarū spurciciarum fantasijs repleta astrictus et conglutinatus illum veracissimum spiritum te posse putas suscipere nisi istis carnalibus consolationibus funditus renunciare tē ptaueris. Reuera cum inceperis tristicia implebit cor tuum sed si pseuerraueris tristicia tua conuertetur in gaudium. Tunc enim purgabitur affectus et voluntas renouabitur vel noua creabitur et erit vt qui prius difficilia immo impossibilia videbantur cū multa percurrant dulcedine et auiditate hec bern. Si ergo delectatiōes spūs desideras delectationes carnis respuere debes q2 vt ait greg [Gregori⁹] si carni quodlibet abscindim⁹ mox in spiritu quod delectat inuenim⁹. Sed heu pauci sunt spirituales hodie et delectatiōes spiritus delectationibus carnis preferentes licet multi deferant habitū spiritualem. ¶ Possunt autem spirituales et carnales cognosci ex verbis apli dicentis Qui secundū carnē sunt q̄ carnis sunt sapiunt qui vero scdm̄ spm̄ que spiritus sunt sentiūt. Spūaliter tñ ex quibusdā probatur hō vere spūalis vicȝ si tancito ꝛ tantū fugit locum vbi ledi pōt in spū sicut vbi offendi pōt i corpe ꝛ si tā libenter studet medicari spūi sicut corpori quia q̄nto dignior est spiritus corpore tanto magis cauendum ē spiritui q̄ corpi a lesione. Itē si cibus spūalis siue sit oratio siue predicatio scriptura siue lectio siue corpus christi siue diuinū officiuȝ tantū delectat et confortat spiritū sicut corporalis cibus corpus et si tam inuitus negligit tps cibi spūalis sicut tps cibi corporalis. Itē si tā diligēs est circa ipm̄ sicut homo carnalis circa carnem. Sollicitieiñ sunt hoīes carnales vt in singulis tpibus habeant necessitates corpis in victu et vestitu hyeme et estate cōpetētibus ita spiritualis homo sollicitari debet qua gratia indigeat et aduersitate ꝛ qua in prosperitate qua egeat ad amicos et qua ad inimicos quō habeat se solus cuȝ deo et quō inter homines conuersando et sic de ceteris Sed quis est hic et laudabimus eum. q̄ uis enim aliqui huius temporis viri bona operentur dimidiū tñ opis sunt Quia alij largitatis grām sunt adepti sȝ carnis incōtinēti ꝛ sunt lubrici. Alij vero corpore quidē sunt casti: sȝ auaricie estibus sunt cupidi. Alij autē gratiam lenitatis habentes sed rancore animi sunt pusillanimes. ¶ Alij vero non recordando iniurias suas cito ignoscunt sed minus caute cor custodiendo citiusq3 irascendo rixas prouocāt Alij quod deus singulis largiendo donauit in hoc q̄si pprio labore acquirētes gl'iantur Alij corp⁹ in abstinentia affligant sed superbiā auariciā inuidiā et alia nephanda admittunt vel detrahendo primo quasi carnes illo⁹ cū sanguine comedunt. Et sic in multis hodie qui optimus in eis est quasi paliur⁹ et rectus q̄si spina de sepe. Sciendū autem q̄ p'ia sunt necessaria hoī volenti pficere ꝛ in vita spūali deo seruire. Primū ē clara et pfecta noticia suorū defectuum et infirmitatū Scdm̄ est ira magna ꝛ feruēs contra suas naturales malas inclinationes ꝛ volūtates Tertiuȝ est timor magnus quē dȝ hr̄e de offensis hactenus contra deum factis Quia nō est certus an bñ sat fecerit et si cum deo paceȝ fecerit Quartuȝ est magnus timor et tremor quidȝ ꝛ esse in ipso ne per suā fragilitatē relabatur iterū in similibus vel maioribus peccatis Quintum est fortis disciplina aspera correctio ad regendum quinq3 sensus corpales ꝛ totū suum corpus subiugandū in obsequiū iesu xpi. Sextum est vitare virtuose omneȝ personā et oēm aliā creaturaȝ q̄ impellit eū non solū ad peccatū sed etiam ad aliquā imperfectionē spūalis vite sicut vituȝ demonē infernalem. Septimum est dulcis et continua recordatio bñficiorum dei q̄ hactenus recepit et quotidie recipit a dño iesu christo cuȝ gratiarū actiōe Octauum est nocte et die stare in oratione Nonuȝ est q̄ portet super se crucem xpi q̄ quatuor habet brachia quorum primuȝ est mortificatio mortaliuȝ viciorū scdm̄ derelictio oīm bonoruȝ tpaliuȝ tertiū precisio oīm affectuum carnaliuȝ amicoruȝ quartum sui ipius contempt⁹ et abominatio et annichilatio. Discipuli itaq3 spiritusscti virtute docti et illuminati accensi et adiuti confortati roborati consolati et omni gaudio repleti cum pauci eēnt et simplices totum mundum concusserunt et p magna pte subiecerunt partimq3 verbis ignitis partim per facta exemplis partim miraclis prodigijs per totū mūduȝ ecclesiā plātauerunt q̄ et eiusdem spūssancti virtute purgata illuminata atq3 perfecta amabilis facta est spōso eiusq3 paranimphis vt speciosa nimis miraq3 varietate circundata sathane vero et angelis eius terribil'. vt castrorum acies ordinata (Profecti) quidē sunt non [Marcialis.] tam passibus peduȝ q̄ passibus virtutum scdm̄ supradictum xpi mandatuȝ non imediate post ascensionem sed post sancti spūs acceptionē nec statim accepto spūssancto diuisi sunt per mundū sed perdurauerunt adhuc circiter duodecim annis in iudea et deinde solēnis diuisio eorum facta est per orbē vniuersum cuȝ ateu⁹ tm̄ in iudea predicassent sicq3 (pfecti) ꝛ diuisi (predicauerūt) itē ligenda credenda agenda et appetenda (vbiq3) per orbem vniuersum (dño) sine quo nichil facere poterāt) cooperante) hoc est virtutem opa ministrante (et sermoneȝ confirmante sequentibus signis) vt in virtute nomīs ihū xpi imperarent oībus creaturis ꝛ morbis. Nam vt pdicationis eorū doctrina credibilis fieret et firma adhibita sunt signa et miracula sermo enī qui super naturā ꝛ rōnem est non nisi signis confirmari pōt. Unde greg Preceptum obedientia sequitur obedientia signa cōmitant [Gregorius.] Sicut vero tunc confirmata est predicatio signis ita nūc quēlibet predicatorē sermoneȝ cōfirmare oportet signis bone operationis. Unde theoph. Sciendū autē ē ꝛ hoc [Theophil⁹.] q̄ nunc sermo per opera cōfirmat sicut in aplis tunc opera confirmabant sermonē sequentibus signis. Fiat autē o xpe vt nostri sermones q̄s de virtute dicimus p opa cōfirmētur et actus vt tandē simus pfecti te cooperante in oībus verbis et operibus quia te decet et sermonis et operum gloria cū sis virtus dei ꝛ sapia in secula seculorum. hec theoph. Et tunc impleta est pphetia que ait in omnem terrā exiuit sonus eorum ꝛ in fines orbis terre verba eorum. Seminauit quidē igneus ac sanctificus spūs in apostolorum corda sermones ꝛ vt sapiēs adinuētor duodecim tybias fidei in organo positas nouo flatu impleuit diuersisq3 spiritualibus currens in fistulis apostolicis cunctis verba diuine virtutis sparsit omnes gentes delectabilē inuitauit ad sonū et trinitatis predicauit mysterium. Igitur effectus et fructus non modicus ex hoc subsecutus ostendit q̄ magna veneratione sit digna solennitas hodierna. Unū greg ¶ Pensate fratres carissimi post incarnationē vnigeniti filij dei qualis sit hodierna solennitas de aduentu spiritussancti. Sicut enī illa ita quoq3 [Gregorius.] et hec est honorabilis. In illa quippe deus in se permanens suscepit hominem in ista vero homines venienteȝ desuper susceperunt deum. In illa deus naturaliter factus est homo in ista homines facti sunt per adoptioneȝ dij Pensate q̄nta sit ista solennitas habere in cordis hospicio aduentum dei ¶ Tergat ergo sordes praui operis qui deo preparat domum mentis hec greg. Et notandū q̄ non statim post ascensioneȝ sed post decem dies misit spiritūsāctū primo vt apostoli ieiunijs et orōnib⁹ se aptos ei⁹ aduentui pararent secundo q̄ hi spūmsctm̄ perciperēt. qui decem precepta explerent. Misit autē quinq̄gesimo die a resurrectione vt sicut populus iudeorū post liberationem suaȝ ab egypto quīquagesimo die accepit legem

timoris ita populus fidelis post liberationem suam a mūdo quinquagesimo die acciperet legē amoris. In iubileo etiā anni quinquagesimo anno recepit populus iudeorū libertate amissam et hereditatē ita hac die recepit pplus xpianus libertatē amissam et paradisi hereditatē. Dies ergo penthecostes erat apud iudeos celebus quia tunc descendit dñs super montem synai in flāma ignis et cunctis audientibus dedit legē eis. Ita quinquagesimo die a pasca spiritussanctus in monte syon super discipulos in linguis igneis descendit et legē nouaz gratie spūalis eorū mentibus impressit vnde beda. Hec nimirū solennitas non tm̄ carminibus consecrata est euangelicis verū etiā legalibus iam olim est presignata mysterijs ac domino iubente per omnes annos sacris obseruata ceremonijs. Liberati quippe ab egyptia seruitute filij israel per immolationē agni paschalis exierunt in desertū vt veniret ad terram repromissionis perueneruntqz ad montem synai et descendens dñs in igne sup montē quinquagesimo die pasce peracta legis decalogum eis disposuit ergo in memoria date legis statuit eo die per annos singulos sacrificiū sibi de frugibus eiusdem anni ad altare deferri. que autē sit agni paschalis immolatio: que egyptie seruitutis absolutio cūctis legētibus liquet qr videlz pasca nrm immolatus est xps et ipse verus est agnus qui abstulit pcta mundi q sui sanguinis precio nos a pctōrum seruitute redemit. ue resurrectionis exemplo nobis spem vite eterne libertatis ostendit. Quinquagesimo ergo die post occisionē agni data est lex descendente dño sup monte in igne. et quinquagesimo eque die post resurrectione nostri redēptoris data est gratia spūssancti discipulis in cenaculo constitutis Et hic aūte altitudo cenaculi et ibi cacumen montis sublimitatē preceptorum et donorum indicat celestiū et quia nemo infimis adhuc desiderijs inherens vel diuinis obtemperare mandatis vel superius possit dignus existere donis. Hec beda. Sic ergo spiritussancti missio fuit in legisdatione prefigurata et festu penthecostes qd modo peragitur ab ecclesia olim qsi figuraliter pagebat a synagoga Quinquagesima ergo die postqz iudei de egypto exierunt et precepta in monte synai a dño receperūt ita quinquagesima die postqz nos fuimus ab inferno liberati receperūt discipuli gratiā spiritussancti. Istud etiā prefiguratū fuit in superabundātia olei quod datū est paupercule vidue per precem helisei. qui misericordia motus super pauperculā impetrauit ei abundantia olei abundantia. Per viduā istā designatur ictā ecclesia que oblato sponso suo xpo videbat tanqz vidua: sz dñs misericordia motus dedit ei olei abūdantiā. hoc est spūssancti gratia et linguarū intelligentiā. Istud miraculū de intelligentia linguarū quasi per figura deus premonstrauit in eo qr in edificatione turris babel diuersas linguas creauit. Tunc eīm vnā linguā in diuersas mutauit: modo vnicuiqz intelligentiā omniū illaruz dedit. Nec miraculū istud nunc fecisset si diuisionē linguarū tūc nō premisisset. Et sicut tunc per linguas confudit edificantes ita nunc per linguas confudit iudeos qui multū cōfusi fuerunt qñ tā grāde miraculū audiuerant. In hac ergo solennitate laudemus totis viribus dñm exultemus et letemur in ea. qr inde fructū non modicū nos qui adfide venimus consecuti sumus. Non solū aūt hoibus gaudiū in hac solēnitate puenit sed et b virginis gaudiū inde crementū accepit de qua ansel. sicait. Sed et gaudiorū suorum magnitudo non nichil incrementi accepit cum veniente sup discipulos spū sancto morum ad predicationē illorum fidem filij sui tanta hominum multitudo suscepit. Ibi nāqz excepto gaudio quod de salute generis humani in istorū conuersione concipiebat intellexit filiū suum nō frustra mortuū cū ia efficaciter videbat operari fidē nostra eius etiā in eis qui actores illius extiterant. Genus humanū ad salutez vocari videbat cuius rei gratia filiū de se incorporatū et in cruce passum aā intellexerat quapropter letabat qr spes quā aā cōceperat iā in rem verā transibat. Gaudebant et gaudent homines qr qd amiserunt cētuplicati precij feuore receperūt corruerunt serui resurgunt fratres et filij. hec ans. Et qñuis precipue et specialiter in solennitatibus: nichilominus tm̄ spet omnibus momentis oibus deum laudare debemus Nam vt dicit greg. Mirū est qr hō semp deū nō laudat qr quelibet creatura ad deū laudandū nos inuitat. Ad hoc autē nobis valde est necessaria spūssancti grā. vnde bern. si quis torpet de dei laude certissime sciat qr in se expenmentū qr non habeat in se spm̄ sctm̄ qr vbi spūssctūs inhabitat laudez dei excitat Inuocāres ergo spm̄sctm̄ vt laudem deum ad hoc enim facti sumus vt deum sine fine laudemus sicut superni ciues semper deum laudant et continue vbi sp sūt dies leticie et nunqz deest solēnitas et grāruz actio et vox laudis. Scriptum est enim Beati qui hītant in domo tua dñe in secula se lau te Hoc maxime veri monachi faciunt qui die ac nocte psallunt vnde hieroni. Monachi debent habere puritatem martirum siquidem et ipsi martires sūt. Qd enī faciūt angeli in celis hoc monachi psallētes die ac nocte faciunt in terris hec hiero. Et maxime assit nos celestibus qñuis adhuc in terris peregrini simus. vñ bern nichil ita pprie quēdā terris repñtat celestis habitationis statum sic alacritas laudantiū deū dicēte scriptura Beati qui ha in do tua dñe in se. se lau te hec bern. Festinemus igitur et nos ingredi in illam requiē vbi tanta supabundat indesinens leticia et ad priam nostram totis conatibus suspiremus. Dēsti in seculo qr pegrinamur a dño qui eīm nō pegrinatur a corpore suo pegrinat a dño Multo aūtē melius est dissolui a corpe et adherere deo Odiamus ergo huius miseri et putridi corpis nri compagem et ei curam in desiderijs non faciamus qd hoc nos detinet carceratos et pegrinos a tāto bono qr sm aplm qñdiu in hoc corpore sumus pegrinamur a dño dicamus qz cum eodē aplo cupio dissolui et esse cum xpo. Et iterū Infelix ego homo quis me liberabit de corpe mortis huius Desideremus eius dissolutionē et eaz continue a dño postulemus qr per nos eā consequi non valemus Et interim saltem moriamur mundo et pompis ac concupiscencijs eius et abstrahamus nos corde forti et perseuerantia ab his rebus caducis et amiserijs breuibus et lenibus harum reruz visibiliuz solaciunculis q aīas nras vicijs inficiunt et virtutes a nobis excludunt qr sz gregorius. concupiscens visibilia inuisibiles virtutes amittit Et scdm cris. nulla res sic pcedit virtutē sicut voluptas corporalis Unde et leo papa. Hoc maxime interiora hominis corrumpit qd exteriora delectat et tanto rationalis anima purgatior qñto fuerit substantia carnis afflictior. Et breuiter vt dicit august. cetera creatura vilescat vt solus creator in corde dulcescat. Nam secundū aplm vanitati creatura subiecta est et ideo amatores suos facit vanos et multos decipit incautos. O qñ felix quem miseria mundi vanitas non seduxit q nūc precipue multis illudit Unde cris. Semper quidem sed nunc precipue competenter dicitur vanitas vanitatum et oīa vanitas Hunc versiculū si saperent qui in potentia versantur in parietibus omnibus et vestibulo suis scriberent in domo in ianuis. in ingressibus et ante omnia in conscientijs suis vt semper eum oculis cernerēt et corde sentirent. Quoniam quidem multe sunt facies multe imagines false que decipiunt incautos. Istud oportet quotidie salutare canere et in prandijs et in cenis et in omnium conuentu vnūsquēqz proximo suo canere a proximo suo libenter audire. quia vanitas vanitatū est et oīa vanitas Hec crisostom. Amorem ergo rerum deficientium ad incorruptibilia transferamus et ad sublimia vocati celestibus delectemur Ut sancti gaudent inde gaudeamus bonum diuitias concupiscentes: per bonum emulationem ad ipsos tēdamus. Cum quibus nobis fuerit consortium deuotionis et erit communio dignitatis

Marginalia: Beda. — Anselmus. — Grego. — Bern. — Hieroni. — Bern. — Greg. — Crisosto. — Leo pa. — Augusti. — Crisosto.

Mentem nostrã semper in celis habeamus et ad domi-num multipharie nos vocantẽ toto corde et desiderio

Augusti.

tendamus Quia vt ait aug. Exultauit vt gygas ad cur-rendam viaz non enĩ tardauit sed cucurrit clamans di-ctis factis morte vita descensu ascensu vt redeamus ad eum et discessit ab oculis vt redeam⁹ ad cor ꝛ inueniam⁹ eum. Ad ipsum quoqz aspicientes et eum semper in cor-de retinentes pugnemus viriliter quia tota hec p̄ns vi-ta milicia est ac conflictus et pugna. Nam prospera ꝛ ad uersa feruor et tepiditas refectio et inedia. sopor et vigi-lia sollicitudo et pigricia fletus et leticia quies et labor. salus et infirmitas afflictio ꝛ voluptas et q̄ secunqz in h mundo sunt pugnant cõtra nos ꝛ insidiantur nobis. Et quia nunq̃ deest aduersarius nobis insidiando sit semp paratus noster animus resistẽdo quia certamen nostruz breue est premium vero eternuz. Nec vnq̃ a pugna ces

Leo pa.

semus quia quantumcunqz vicerimus semper tamen re-stat q̄ vincamus vn de leo papa. Donec licet sanctis suis quotidianam gratia diuina victoriam non aufert tamẽ dimicandi materiam quia et hoc ipsum de misericordia protegentis est qui nature mutabili ne de confecto p̄lio

Crisosto.

superbiret semper voluit superesse q̄ vinceret. Unde et crisostomus. Sancti et si a carne vinci nõ possunt quasi iam spiritales tñ percuti possunt quasi adhuc carnales hec cris. Igitur quicquid delectamẽti vel cruciat⁹ transi-torij occurrit statim hoc tanq̃ preteritum reputemus ꝛ ad id q̄d semper manet mentis oculos dirigamus. Naz omnia q̄ in mundo sunt velut vmbra velociter transeũt ita vt preterita sunt nec fuisse putentur Et ideo momen-taneum est et cito transit q̄d hic delectat et cruciat sed eternum est et sine fine manet q̄d ibi cruciat vel delectat

Bernar.

Nec tamen digna facere vel pati hic possumus ad ea q̄ ibi cõsequi vel euadere speramus vnde bernardus. Nõ sunt condigne passiones huius t̄pis ad peccata q̄ cõmisi-mus ad beneficia que accepimus ad penas inferni q̄s euasimus ad premia eterna q̄ expectamus hec bernar. Tanta quippe est preeminentia eterne glorie ad tem-porales ꝛ trãsitorias passiões vt diligens prospector de-beret potius eligere multis annis in fornace ignis ardẽ-tis velle torqueri et multa mala pati q̄ minimo premio in futuro sibi reseruato velle priuari quia labor est cum

Augusti.

fine et merces sine fine vñ aug. O aĩa mea si quotidie oporteret nos pati tormenta ꝛ perferre penas si ipsam ge-hennam longo t̄pe tolerare vt xp̄m in gloria sua posse-mus videre et sanctis eius associari nonne esset dignum pati omne q̄d triste est vt tanti boni tanteq̃ glorie p̄tici-pes haberemur. Insidientur ergo demones parẽt suas temptationes frangant corpus ieiunia premant vesti-menta labores grauent vigilie exiccent sindamet me iste inquietet me ille frigus incuruet conscientia murmuret calor vrat caput doleat pectus ardeat inflentur stomach⁹ palescat vultus infirmer tot⁹ deficiet in dolore vita mea et anni mei in gemitibus ingrediatur putredo in ossibus meis et subter me scateat vt requiescaz in die tribulatio-

Crisosto.

nis et ascendam ad populum accinctum nostruz. Unde et cris. Omnia agamus vt non a gloria excidamus. Ne-quaq̃ enĩ difficile si voluerimus nequaq̃ onerosum si at-tenderimus. ¶ Si enĩ sustinuerimus et conregnabimus. Quid est si sustinuerimus. Si tribulationes ferimus si p̄-secutiones si artam ambulauerimus viaz arta enĩ via est et laboriosa optione vero nostra leuior fit spe futurorum Transponamus igitur oculos in celuz et semp illa ima-ginentur et videamus. Si enĩ in illis semper conserua-bimur non a voluptuosis que hic sunt patiemur quid ne-qz tristicia vt grauia portabimus hec et his similia deri-debimus et nichil neqz nos subijcere neqz eleuare pote-rit soluz si desiderium illuc tenderimus si ad amorem illũ aspiciemus. ¶ Et quid dico quoniam non dolebimus in presentibus versutijs. Neqz enĩ videre ea putabim⁹ de reliquo tale enĩ est amor sp̄ualis. Eos deniqz qui nõ p̄n-tes sunt nobiscũ sed absit diliguntur autẽ s̄m vnãquãqz imaginamur diem magna enĩ amoris tyrannis ab omni-bus enĩ desistit et ei qui diligitur alligat animã. ¶ Si ita christũ amauerimus omnia que hic sunt vmbra oĩa ima-go videbuntur et somniũ. Et dicem⁹ et nos. Quis nos separabit ab amore christi. Tribulatio vel artatio. Non dicit pecunie vel diuitie vel pulchritudo hec eniz valde vilia et desiderabilia sed que videbantur esse grauia po-suit fames persecutiones mortes deinde ille quidem et hec vt nichil existentia expuit. Hec igitur omnia excogi-tantes et voluptatem voluptati cõparantes eligamus q̄ meliora sunt vt et futuris fruamur bonis hec crisostom⁹.

Oratio.

Iesu largitor donorũ oĩm qui in ignis specie su-per discipulos tuos misisti sp̄iritũ sc̄m precor et ob-secro piissime vt hec dona que discipuli tui de-tua sumpserunt largitate licet indignus sumam ad salu-tem meam te largiente. et mitte super nos seruos tuos spiritũ tue caritatis dilectionis et pacis qui corda nr̄a vi-sitet a vicijs purget virtutibus illustret in vinculo dile-ctionis astringat lumĩe tue cognitiõis illustret ꝛ ardore tue dilectionis inflammet condona nobis pctã et dona vitam eternam. Amen.

De laude diuina. Capitulum lxxxv.

T quia dictum est de

laude diuina qua semp deũ laudare debemus idcirco consequẽter de ea aliquãtulũ lat⁹ vi-deamus. Immensa quippe creatoris et conditoris tui beneficia que tibi o anima mea ab eo cuz te ex nihilo cre-auit et condidit collata sunt ad debitum continue dile-ctionis ac gratiarum actionis et laudis iugiter reddendũ te astringant. Ad hoc enĩ cum non esses sola et gratuita bonitate illius creata et ad similitudinem dei facta eo vt eum diligẽdo semper et sine fine collaudes Unde ansel.

Anselmus.

Euigila anima mea euigila adhere diuinis bonis inten-de sempiternis temporalibus derelictis. Considera in ip-so creationis exordio quid sublimitatis quid dignitatis conditor tibi contulerit et perpende quo amore qua ve-neratione colendus sit. Certe cum vniuersitatem rerum visibilium et inuisibiluz creans et ordinans humanam naturam facere disposuisset summo concilio de tue con-ditionis dignitate tractauit vtpote quã ceteris creatu-ris que in mũdo sunt altius honorare disposuit. ¶ Uide igitur sublimitatem sue creationis et retracta debituz reddendi amoris. Faciamus ait deus hominem ad ima-ginem et similitudinem nostram. Attende igitur diligen-ter quid sit ad imaginez et similitudinem dei te esse crea-tam. Agnosce aliud esse similitudinem aliud imaginẽ ver-bi gratia. Potest habere similitudinem quandam cũ ho-mine equus bos et cetere similes creature. imaginẽ vero hominis non habet nisi alter homo. Manducat homo. manducat et equus ¶ Ecce quedam similitudo ac com-munis inter naturas diuersas. imaginem vero hominis non imitatur nisi alter homo eiusdem nature cuius ima-go est. Dignior igitur est imago q̄ similitudo Similitu-dinem itaqz ad deum hoc modo habere poterim⁹ si euz esse bonũ considerantes nos boni esse studuerimus si euz iustum esse cognoscentes nos iusti esse contendamus si miam contemplantes nos misericordie operam demus Quomodo autẽ ad imaginẽ suaz attende. Deus semper meminit sui intelligit se amat se. ¶ Et tu ergo si pro mo-dulo tuo infatigabiliter memor fueris dei intellexeris deum amaueris deum eris ad imaginem eius quia hoc facere niteris quod semper facit deus. Ad memorandũ et intelligendum atqz amandum summum bonum totũ debet homo referre q̄d viuit. Ad hoc omnis cogitatio om-nis voluntas cordis retorqueatur arceatur confirmetur vt infatigabili affectu sis memor dei intelligas deum/

ames deum et tue creationis dignitatem qua ad imagi-
nem dei creata es salubriter exprimis. Ut quid te deus tā
preclaro cōditionis priuilegio sublimaret nisi tu suis lau
dibus indesinenter intendere velles. Ad laudandum igi
tur conditorem tuum creata es vt eius laudibus vacās
et hic iusticie merito in illum semper proficias et in futu
ro beate viuas laus enim eius et hic iusticiam et ibi bea-
titudinem tribuit. Sed si laudas ex toto corde lauda di-
ligendo lauda. Hec est enim sanctis laudandi proposita
regula de omni corde suo laudabit dominum et dilexit
deum qui fecit illum. Lauda ergo ex toto corde lauda et
quem laudas dilige quia ad hoc facta es vt laudes et di
ligas. Laudat namqz se ex toto corde non laudat quem ad
benedicendū deum prospera demulcent sed a benedicē
di munere aduersa restringunt. Laudat quoqz sed non
diligit qui in dei laudibus aliud q̄ ipsum laudando re-
quirit. Lauda igitur et digne lauda vt nulla in te cura.
nulla intentio nulla cogitatio. nulla sollicitudo mentis.
in quantum tibi virtus suppetit a laude dei sit vacua. Ab
eius laude nulla te huius vite prosperitas reuocet. nul-
la compescat aduersitas. Sic enim ex toto corde lauda-
bis dominum. Sed cum ex toto corde eum laudaueris
et diligens lauda nil aliud ab eo q̄ ipsum expetens vt
ipse sit finis desiderij tui. ipse premium laboris. ipse sola-
tium huius vmbratilis vite. ipse possessio illius beate vi
te. Ad hoc itaqz facta es vt eum sine fine collaudes quod
tunc vtiqz intelliges plenius cum eius beata visione sub
limata videbis te sola et gratuita bonitate illius cū non
esses de nichilo tam beatam et ad tam ineffabilem beati
tudinem creatam vocatam iustificatam glorificatam.
Talis namqz contemplatio infatigabilem tibi amorem
dabit eum sine fine laudādi ex quo et per quem et in quo
tantis et tam immutabilibus bonis te beatificatam gau
debis. Hec ansel. Non solum autem hec premissa sz ma-
xima quoqz redemptoris et saluatoris tui beneficia qui
bus te cum perdita esses redemit et saluauit ac multifa
rie multisqz modis visitauit et sublimauit ad laudandū
deum te prouocant multipliciter et obligant. Exerce er
go te in laude diuina quia ad hoc tibi membra sunt da-
ta vt deo laudes canas et gratias ei referas. Unde cris.

Crisostomus.

Nam et oculos et os ad auditum propterea in nobis po
suit deus vt omnia ipsi membra seruirent: vt que ipsius
sunt audiamus. que ipsius sunt loquamur. que ipsius sūt
operemur eiqz laudes canamus assiduas et gratias per
cuncta referamus per que hec omnia conscientie nostre
secrem mundemus. Hec crisostomus. ¶ Ut autem melius
in laude diuina te valeas exercere prius humilia te deo
valde et dic ex intimis precordijs tuis humiliter et de-
uote. O pater misericordiarū scio et vere cognosco q̄ me
peccatorem miserum magis deceret coram te iacere pro
stratum et cum fletu ac gemitu peccatorum veniam fla-
gitare q̄ te ore polluto laudare. Sed tamen de tua piis-
sima bonitate et ingenita dulcedine omnibusqz mortali
bus promulgata virtute confisus te laudare cupio ex in
timis precordijs obsecrans viscera miserationū tuarum
vt me vermem immundū. carnem mortuum. et cadauer
putridum non despicias domine deus meus. Nempe
virtutes celorum te condigne laudare nequeunt quanto
minus homo fragilis putredo et vermis. Bonorum qui
dem meorum non indiges sed tuam superexcellentē bo
nitatem tanto nobis manifestam facis quanto infinita
tibus nostris magis miserando condescendis et gratias
gratis ex sola liberalitate largiris. Umbram quidem nu-
titur apprehendere et sequitur ventum qui se ex cōdigno
laudare te existimat. Impossibile attemptat qui te ad
plenum laudare laborat. Nec tamen ideo a laude cessan
dum est sed michi pariterqz omnibus creaturis laudare
conuenit suum creatorem quia nulla creatura est que opi
ficem suum non laudat vel saltem laudabilem reddat.

Non ignoro dictum propheticum quia videlicet rectos
decet collaudatio: et quia nō est speciosa laus in ore pec
catoris et ideo ve michi quia quid dicam non habeo aut
quid respondebo michi cum ipse fecerim. Si enim iu-
stificare me voluero os meum condemnabit me. Sed
numquid ideo te non laudabo quia immundum me esse
cognosco. Nonne et vermes et rane immunde ex putre
dine generate coaxitantes in paludibus te suū creatorē
laudare cupiunt prout sciunt et possunt. Nam et si velut
alaudula et philomena dulciter cantare nesciunt sed nec
velut homo rōnalis te cognoscere possunt saltem hoc fa
ciunt qđ te cognoscentibus materiā tue laudis tribuunt
O vtinam cuncta suauia instrumenta musicalia celestes
quoqz armonie ac terrestres melodie de corde suo sur-
sum procederent et condignas laudes tam dulciter per
sonarent: vt oculis diuine maiestatis tue grate fierent
ac totam celestem curiā nouo quodam ex ineffabili gau-
dio letificarent. Sed quid dicam. Memetipsum domine
tua laude indignum esse cognosco q̄obrem precor vt
saltem cetere creature nobilitate p̄clare imperfectū me-
um dignentur supplere. Igitur opto et ex toto corde
desidero vt orbes planetarum ac celum sydereum limpi
dissimo lumine radiosū. Florifera q̄z germina virginali
decore conspicua pulcrisqz coloribus adornata necnon
etoia ignite caritatis desideria de cordibus te vehemen-
tissimo amore diligentium p̄cedentia te laudent et be-
nedicant in secula. Optarem etiā ex intimis precordijs
meis vt si iuuentus celerius consummata annositatem
mathusalē coeq̄ret q̄ vnusquisqz annus tā longeui tem
poris predicti et vnusquisqz mensis annorū eorundē et
vnaqueqz ebdomada hor mensium et quilibet dies eb-
domadarum et q̄libet hora ipsorū dierum et quodlibet mi-
nutum horarum predicti temporis ex persona mea collauda
rent tam deuote et effectuose q̄tum vnquam aliquis de
numero beatorum spirituum in splēdoribus sanctorū te
laudare in tanta duratione potuisset ac si hec omnia in
p̄pria persona cōpleuissem et q̄ huius laudis freq̄ns in
nouatio in sua infinitate oēs excederet species numero
rum Quid plura. Fac de me hoc qđ tibi placuerit quia
q̄diu est halitus in naribus meis a tue laudis preconio
non cessabo. Sed et cum virtus loquendi mortis hora
defecerit et meum iesum amplius pre debilitate profer-
re non valebo peto vt saltem nutus oculorum vel extē-
sio digitorum sit innouatio et confirmatio omnium desi
derabilium affectuū et verborum atqz operum p̄teritorum et
futurorū q̄ vsqz ad extremū iudicij diem tibi cum deuoto
famulatu offerre vellem si tamdiu viuere possem. In-
super dilecte hoc adijcio desiderans corde affectuoso vt
q̄si corpus meum fuerit in pulueres minutissimos reda-
ctum et lapide clausum q̄ de qualibet particula minu-
tissima vox amena laudis et glorie tue exurgat q̄ duris-
simū lapidem penetrans celorum altitudinem transcen
dat et vsqz ad extremam iudicij diem viue laudis preco
nium extollat donec in resurrectione beata corpus et
anima pariter vnita in tue laudis glorificatione eterna
liter copulentur. Sane q̄diu adhuc sum in hoc corporis
ergasculo a laude tua non tacebo. Nimirum videmus q̄
plerisqz inter dulcissimas nemoris auiculas et cincinnan
tes philomenas corui quoqz crocitātes assunt in hoc eo
dem modico quod acceperint creatori suo subseruientes.
Sic et ego peccator cū sim coruū ad manus habeo pectorū
et prout possum deū meū per ipsum laudo et glorifico inter
num Siquidem aliud de deo dulcius canere nescio nisi
hoc videlz q̄m suauis est dñs vniuersis. et q̄ miserico-
dia eius super oia opera eius. O deus meus misericor-
dia mea. In hoc letatur aīa. exhilaratur consciā et gaudio
immenso irrigantur oīa ossa mea. Hoc suaue canticum
aīa mea vsqz in seculū inter spirituale genus auriū cū le-
to corde dulci canit carmine. Quotienscūqz enim men-

noluo qualis aliquando fui qualia discrimina euasi. a quan
tis periculis me protexisti et a quibus malis me eripuisti
Dirupisti vincula mea sanasti vulnera putrida et laque-
os periculosos contriuisti et me dulciter ac paterne libe
rasti. Cum hec igitur et similia bona a te michi exhibita p̄
tracto mirum est quod in horum omnium affectuosa recordati
one meipsum pre amore portare valeo ardentissimis siqui-
dem amoris ignibus incandesco. ¶ O deus meus quamdiu
peccatorem sibi recalcitrantem patienter expectasti quoties
et quam paterne nunc quidem dulciter nunc vero dure me
ammonuisti ne scietem in benedictionibus dulcedinis
preuenisti filio prodigo et peccatis pregrauato ac gra-
tiis nudato in occursum veniens paterne occurristi ab
iterante vias prauas misericordem faciem nō auertisti
semper et vbique pius et misericors fuisti. Et quod his
omnibus maius est quod his omnibus bonis tam multiplicibus
ingratus semper extiti nec tu summa bonitas propter hoc destitisti
donec tandem me dulciter ad te traxisti. Ach summa et
inestimabilis pietas nunquid in his omnibus meipsum a lau
de continere potero. Nequaquam. Deus meus misericor-
dia mea pro his omnibus et aliis innumeris beneficiis opto
et desidero vt talis tanquam iocunda laudatio sit tibi ex
me qualis fuit beatorum spirituum laus cum in primo aspe
ctu tue diuinissime maiestatis gaudebant se eternaliter
in tua laude confirmatos malos vero a te sine fine detru
sos. Itemque tam magna tanque iocunda sit illa laudatio quan-
ta est animarum sanctarum cum a carcere purgatorii erepte
vultui glorie tue primo presentantur vt tuam iocundam faciem in-
tueantur et quanta erit laus in plateis celestis hierusalem post
finalem omnium resurrectionem quando electi a malis segregati
deum iocundo corde laudabunt ac de sua saluatione eter
naliter gloriabuntur. O amantissima sapientia bonitatis
immensa te precor vt omni mane diluculo cum ad te surre
xero et oculos aperuero simul quoque cor meum in tua lau-
de aperiatur ac quodam lucifero splendore et flameo ar
dore laudis tue facula immensa ex eo simul exurgat. Et
peto vt hec laus tam blande et suauiter resonet in corde
tuo paterno sicut sonare consueuit suo modo omnium
cytharedorum ac musicalium instrumentorum suauis mo
dulatio in corde iocundo statu iuuentutis florido. Et
in hac laudis facula simul ascendat tue laudis tam odo
rifera fumi virgula tam gratiosa ac si esset composita ex
omnibus aromatibus mirre et thuris et vniuersi pul-
ueris pigmentarii tam speciosa sicut cum vernali tem-
pore flores herbarum pullulant in campis coloribus pulcris et
arbores stant frondibus ornatis gratis odoribus. Sit
que laudis huius facula tam amorosa et deliciosa vt in eam
oculi tui delectabiliter ferantur totaque celestis aula re-
sultet et hec iugiter sine intermissione feruidissimo estu
et rapidissimo colore tui amoris exurgat ex corde per
deuotam meditationem ex labiis per feruidam locutionem
et ex omnibus operibus meis per sanctam ac celestem conuersatio
nem. Et hec laudis facula sua virtute omnes inimicos re-
pellat gratiam augeat finem beatum obtineat et gloriam
eterne beatitudinis acquirat vt finis huius temporalis laudis
sit initium eterne laudis patrie celestis. Ut autem ad dei
laudem magis prouoceris abstrahe quaeso mentem tuam a
terrenis et eleua eam ad celestia toto conatu quo poteris
ac considera quomodo illius celestis curie ciues delectantur iu
bilant et exultant in deo continue singulorumque gaudia
rememorans tandem prout poteris et permitteris ipsis le
tantibus et iubilantibus te ingere et immisce. Exclama
Anselmus. ergo corde toto et dic ex intimis cum Ansel. Deus meus
quid melius quid amabilius te estimaui super terram vt ab-
straherem cor meum a te ad concupiscendum quicquam in mun-
do absque te. Cur amaui quare concupiui in omni vita mea
quicquam preter te iesum deum meum. Quare distuli cur in
termisi vllo tempore te iesu versare in corde. te tota men
te amplecti et delectari in tua dulcedine. Cur non om-
nia desideria mea ad te conuerti quo abierunt quando te
se solum non audierunt omnia interiora spiritus mei. Ubi eram
quando tecum mente non eram. Quo defluxerunt quando non te solum
habuerunt desideria mea. Iam ex hoc nunc omnia deside
ria mea incalescite et affluite in dominum iesum. currite que
satis hactenus tardastis properate quo pergitis querite
te quem queritis. Iesum queritis nazarenum crucifixum. Ascen
dit in celum non est hic. Amantissimus dominus habitat confi-
denter et flagellum non appropinquabit tabernaculo eius. Su
per altitudinem celorum super omnem excellentiam angelorum
propria virtute ascendit. super solium singularis glorie in
dextera patris tui coeternus et consubstantialis sedet et di
uino amictus lumine coronatus gloria et honore vt decet
vnigenitum dei serenus in leticia plenus omnipotentatu do
minus in celo et in terra. Ibi adorant eum omnes angeli dei.
et vniuersa multitudo ciuium celestis syon. In ipso vnani-
miter letantur omnium corda in eius desiderabili facie pa
scuntur omnium oculi beatorum in ipsum vndique confluunt
desideria omnium sanctorum. Ipsi iubilat ipsi applaudit ip-
sum magnificat tota vranica ciuitas gloriosa per omnem
modum in splendoribus eius. Exulta et lauda habitatio sy
on: quia magnus in medio tui sanctus israel. Per ipsum cen-
tena decies millies millena assistunt in centuario vrani-
ci templi intendentes vultum maiestatis claro et inflexibi-
li visu ac personantes armoniam incessabilis ymni in glori
am trine et simple diuinitatis. Per ipsum milia milium
ad complenda patris mysteria alacri discursu iugiter me
ant inter celum et terram quasi apes negociose inter aluea-
ria et flores disponentes omnia suauiter. populus accin
ctus nesciens labem vel inobedientie moram. Per hos quip-
pe summa nostre salutis administrantur negocia summa-
que superni consilii ad nos deferuntur archana per hos sa
nitates mortalium procreantur per hos consistunt regna
et imperia mundi. Inter quos precipuum nouimus micha
elem signiferum nobilem celi ciuem qui stat pro acie dei viuen
tis extendens rumpheam propugnationis ac voce terrifica
tonans quis vt deus super eos qui ex aduerso sunt. Exultate in
nobili filio vestro vos illustres patriarche quia impleta est
in eo omnis expectatio vestra et ipse sublimis est valde et
benedicentur in ipso vestro videlicet semine omnes gentes sic
enim pollicitus est sermo diuinus. Gaudete in iesu propheta
magno vos prophete viri veraces qui mirifice et gloriose
impleta videtis omnia que de ipso annunciatis in ipso san
cto et fideles inuenti estis per ipsum in cunctis sermonibus
vestris. Gaudete in domino iesu meo magistro vestro vos incliti
et proceres celi beati apostoli gaudete in christo ipso et iterum
dico gaudete cum christo familiari leticia. Ecce enim
quem vidistis in medio vestri esurientem et sitientem fatiga
tum et his similia carnis infirma tolerantem ab omnibus
reprobari et cum sceleratis reputari quomodo viuit quo
modo regnat quomodo ei omnia sub pedibus sunt quam glorio
sus in suo diuino lumine fulget et sui gaudii sue que ineffa-
bilis glorie nunc vos socios habet qui olim permansistis
cum ipso in temptationibus suis et vexationum eius con-
sortes fuistis. Adorate nunc dulcia illa genua que se curua
uerunt ante vos vsque ad terram sedentibus vobis ad sa-
cratissimam cenam. Adorate nunc sacrosanctas illas manus
quibus puluerem pedum vestrorum rex regum leuare et ererge
re dignatus est. Gaudete in iesu principe militie vestre
vos martires gloriosi quia ipsum pro quo tradidistis in mor
tem animas vestras ipsum in quo iesum filium dei possidetis premium
certaminis vestri. Gaudete in iesu summo doctore verita
tis o venerandi confessores et doctores qui quem olim do-
ctrinis sacris et operibus iustis confessi estis coram hominibus
nunc confitetur vos coram patre suo et sanctis angelis eius
gaudete in iesu virgine et virginum sanctificatore vos paradisi
cole virgines vos angelis similes quia ecce quem amastis quem
optastis quem ardentibus desideriis expetistis pro cuius a
more terrenos sponsos et omnem ornatum seculi postposuistis sum-
mi regis filium nunc videtis nunc tenetis nunc in eius ca-
stis amplexibus quiescitis et diuelli a vobis nulla insidia

tolis fraudulētia potest. Uerū autē inter oēs celicolas uberrimū tibi gaudiū sit o maria virginū virgo singularis rosa celice amenitatis preluciduz sidus inter primevas lucernas diuini luminis susceptivas in iesu tuo dulcissimo filio sola pre oībus gaude gaudio magno qz quē vt homē peperisti et propriis vberibus enutristi ipsum cum angelis et vniuersis ciuibus celi adoras vt deū visū et verū. Gaude felix mr̄ qz quē vidisti in ligno crucis pendentē vides in celo regnātē cū gl'ia magna vides oēm altitudinē celestiū terrestriū et infernoꝝ maiestati eius inclinatā et omē robur inimicoꝝ eius attritū. Gaudia gaudiorū sint tibi dn̄a pulcritudo sctōꝝ. Dn̄a dilectissima mr̄ ihū q̄ sursum es festiuitate agēs iubundā et indeficientē in visiōe pacifica tui iesu libertatis tui autoris. Et tu nunc rursuz eleuare aīa mea qn̄ potes cōtactu et sacris tangere millibus letantū in dn̄o iesu. Hinc fidei et spei vehiculo pergere ibi p caritatis ardorē cōuersare vbi xp̄s est in dextera dei sedens. Intēde mētis oculū in lumine vult' eius. lustra ac deosculare gratulāda deuotiōe singula loca felicius plagarū eius de quib' egressi sunt preciosissimi liquores sanguinis sacri q̄ te apparlauit vnigenit' dei et sanctificauit in vitam eternā. Hec anselmus. Oratio.

Gratias et laudes tibi ago dn̄e deus meus mia mea qui me dignat' es creare et redimere atqz ad tui cognitione pducere et p sacri baptismatis ablutionē in filios adoptiōis aggregare. Te laudo te glorifico q̄ me sepe p multa defluentē vicia ad emēdationē expectasti ac de tribulatiōib' et piculis multis liberasti: tibi grās ago p̄ceptis in me gr̄tie donis q̄ deprecor vt misericordit̄ pficias meqz in viā salutis eterne dirigas et ad tuā visionē feliciter pducas. Amen.

De assumptiōe et laude btē virg. Ca. xxxvi.

Ermālit autē bea

ta virgo q̄diu vixit in monte syon pdicto vbi est cella in q̄ post ascensionē filij sui morabatur orōni vacādo et ea q cognouerat reuoluendo. Est etiā ibi alia cella btī iohānis euāglīste que fuit prima ecclesia mundi in q̄ celebrauit primā missam in cōspectu btē virginis et q̄diu ipa vixit post ascensionē filij. Quo quide ipe q̄tis doloris et amoris ardorib' estuauerit testatur hieron. q de ea sic ait. Ceterū rogo cogitate attentius et ppendite diligētius quibus afficiebatur beata et intemerata virgo dolorib' post xp̄i ascensum ad celos expletis oībus q̄ de ipso erant ab angelis predicata et a pphetis multifarie multisqz modis presignata diuinis declarata oraculis virtutibus exhibita et que humanitatis sunt ostēsa pfagus. Queso si qua sunt in vobis viscera pietatis cōsiderate quo cruciabatur amore quove desiderio estuauit hec virgo dū reuolueret aīo cuncta q̄ audierat q̄ viderat q̄ cognouerat. Puto qz quicqd cordis est quicqd mentis quicqd virtutis humani si totum adhibeas non sufficiet vt cogitare valeas q̄nto indesinēter cruciabatur ardore p̄ij amoris. q̄tis mouebat votis repleta spūsctō quātis celestiū secretoꝝ transportabat incitamētis. Fortasse ergo pre nimio amore in loco quo sepultus dicitur interdū eā habitasse credim' quaten' ppis pasceret internus amor obtutib'. Sic namqz loc' medius est hinc inde cōstitut' vt adire posset eius ascēsiōis vestigia et locum sepulture ac resurrectiōis seu oīa in quib' passus est loca inuisere nō q̄ iam viuentē quereret cum mortuis sed vt suis solaretur aspectib'. Et iō q̄ sepe locorū recreabatur visitatiōib' et quem genuerat fideli spū mentis cōplexabatur amplexib'. Ceterum q̄uis sane angelus gabriel intactā custodiuit et iohēs virgo virginē seruauit vsqz deseruiuit obsequiis nō q̄ exim' ille sctōꝝ chorus aplorū eā deseruerit inter quos post resurrectionē intrās et exiēns familiarius cōtulit de xp̄i incarnatione. et ad exemplū humane vite cōuersatio eius post ascensionē xp̄i generaliter cū aplis fuit quousqz dispsi sunt. hec hiero. Est aūt in monte syon magna et deuota eccl'ia in q̄ solebant esse cum abbate canonici regulares s̄m regulā btī augu. dn̄o seruiētes infra quā est cella in qua habitauit btā virgo diebus vite sue post ascensionē filij sui et pprie illā cella est et alia cella in qua migrauit ad celū per angelos assumpta. Cuius dormitioni oēs apl'i dicuntur interfuisse et in vallis iosaphat medio eam sepelisse. Ibi eīn sepulcrū eius multū venerabile ostendit qd in maxima reuerentia etiā apud sarracenos habetur. Hec aūt vallis licz adhuc sit valde pfunda multū tn̄ est impleta. Sepulcrū eīn virginis gloriose tunc erat in superficie ipsius vallis nunc est longe sub terra licz q̄ etiam ecclesia eiusdē cuz sit valde alta et testudinata cum ipso sepulcro petit' sit sub terra et vallis desuper tota plana. In supficie tamen vallis est edificiū modicum quasi vnius capelle qd post q̄ quis intrauerit descendit per gradus quinquaginta in ecclesiam ad sepulcrum vbi est pulcerrimū altare marmoreum et cripta ac desuper edificata ecclesia pulcerrima rotunda et tabulatu lapideo discreta in honore ipsius beate virginis dedicata cuius in superiorib' q̄tuor hn̄tur altaria et in inferiorib' vnum in oriētali plaga et ad dextera monumentū vacuuz cernitur in quo sancta maria aliqn̄ pausasse dicitur sed a quo vel qn̄ sit ablata nescitur. Hanc ecclesiam intrantes vident ad dexterā insertaz parieti petrā in qua dn̄s nocte q̄ tradebatur orauit vestigia genuū q̄si cere molli impressis. Et solebāt in ea esse monachi nigri cum abbate s̄m regulā beati bn̄dicti dn̄o seruientes. Sed q̄ ordine btā virgo hinc ad supna transierit regna nulla catholica narrat hystoria. Nec inuenitur apud latinos aliqs tractatoꝝ de eius morte aliqd aperte dixisse cum nec ipse q̄ hanc ante crucem dn̄i accepit in suam iohānes euangelista de hoc posteris aliquid referendū scriptis legitur mādasse. Nullus eīn hoc fideli' narrare potuit si illud deus manifestare voluisset q̄ ille vtiqz qui hanc nutriendā suscepit. Restat ergo vt homo mēdacium nō fingat aptius qd deus voluit manere occultum. Hec hiero. Monstratur aūt sepulcruz eius cernentibus nobis vsqz ad p̄ns in valle iosaphat medio q̄ vallis est inter montez syon et montez oliueti posita vbi in eius honore fabricata ē ecclesia miro tabulatu lapideo in quo sepulta fuisse ab oībus ibidē predicatur sed nunc vacuū cernentibus oñditur. Hec idcirco dixerim qz multi nostrorum dubitant vtruz assumpta fuerit simul cum corpore an obierit relicto corpore. Quō aūt vel quo tpe aut a quib' personis sanctissimū corpus eius inde ablatuz fuerit vel vbi transpositum vtrū ve surrexerit nescitur q̄uis nōnulli astruere velint eā iam resuscitatam et beata cum xp̄o imortalitate in celestibus vestiri. Verū tn̄ quid horū veri' censeatur ambigimus. Melius tn̄ deo cui nichil impossibile est cōmittim' q̄ aliqd temere diffinire velimus autoritate nostra qd probam'. Hec hiero.

De hoc aug. in quodam sermone longo inter cetera sic dicit non tn̄ asserēdo. De sanctissimo corpore ppetue virginis marie eiusqz sacre aīe assumptiōe loqui suscipientes hoc ipsuz dicimus qz in scripturis postq̄ dn̄s eam in cruce discipulo cōmendauit nichil de ea reperitur preter qd lucas in actibus cōmemorat dicens. Hij omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum maria mr̄e ihū. Quid ergo de morte qd de assumptiōe eius dicenduz est vn̄ scriptura nichil cōmendat nisi querendum ratione qd sentiat veritati. Fiat ergo ipsa veritas sine q̄ nec valet autoritas. Memores igitur cōditionis humane mortez illa beatissime temporalē dicere non metuimus sed si eam dicimus resolutam in cōem putredinez vermē ac cinerem librandum est si tante cōueniat sanctitati tante aule dei prerogatiue. Scimus eīn dictū primo parenti quia puluis es et in puluerem ibis. Hanc conditionē caro xp̄i euasit q̄ corruptionem nō sustinuit

Hieronim'.

Hieron.

Augusti.

Excipitur ergo ab illa generali sentētia de virgine scripta
natura. Mulieri dixit deus. Multiplicabo erumnas
tuas in dolore paries. Erumnā sancta maria sustinuit cu
ius animā doloris gladius pertransiuit sꝫ sine dolore ge
nuit. Maria ergo excipitur a quibusdā generalib⁹ quā tā
ta attulit dignitatis prerogatiua. Si ergo eā dicim⁹ mor
tem subisse nec tñ vinculis retineri nunquid impiū erit.
Si voluit dñs integrā matrē virginitatis seruare pudo
re et cur non velit incorruptā seruare a putredinis feto
re. Nunquid non pertinet ad benignitatē dñi matris ser
uare ho norē qui legē soluere nō venerat sꝫ adimplere. Qui
eam in vita pre ceteris illā gratia sui concept⁹ honorauit
pium est credere eam in morte singulari saluatione ꝛ spi
rituali gratia honorasse. Putredo ꝛ vermis humane est
opprobriū conditionis. Ab hoc opprobrio cum iesus sit
alienus natura sancte marie virginis excipitur quē iesus
de ea sumpsisse probatur. Caro enī iesu xpi caro est sancte
virginis marie quā supra astra transuexit honorans om
nem humanā naturā et multomagis maternam. Si na
tura matris est filius cōueniens est vt sit ꝛ filij mater. non
quātū ad vnitatem persone sꝫ quātū ad vnitatē corporalis
nature. Quantū igit intelligo quātū credo. sancte marie
anima excellētiori quadā prerogatiua a filio honoratur
possidēs corpus suum qd genuit glorificatum. Et quare nō
suū per quod genuit si nō obuiauerit nec dum tanta per
specta auctoritas. Vere credo et per qd genuit quia sctī
ficatio dignior est celo quā terra. Tam preciosum thesaurum
dignius est celum seruare quā terram. Tantā integritatē
merito incorruptibilitas non putredinis vlla resolutio se
quitur. Illud sacratissimū corpus in escam vermibus tra
ditū quia sentire non valeo dicere pertimesco quā esti
mationem procul propellit incomparabilis gratie mu
nus qꝫ me dicere multarū scripturarum consideratio in
uitat. Confitendum igitur censeo mariā ad eternitatis
gaudia assumptam benignitate christi honorabiliusqꝫ su
sceptā ceteris quā gratia honorauit pre ceteris atqꝫ ad
cōmunē humanitatem non esse adductam post mortem
putredinis videlicer vermis et pulueris que suum ꝛ om
niū genuit saluatorem. Si elegit diuina voluntas inter
igneā flammas puerorum vestimenta seruare illesa. cur
abnuat in matre propria quod elegit in veste aliena Io
nam seruare in ventre ceti incorruptum voluit sola mise
ricordia mariā incorruptam non seruabit gratia. Serua
tus est daniel intemperantissima fame leonum non ser
uanda est maria tantis donata meritis virtutum. Hec er
go cuncta que dicimus quia naturam seruasse cognosci
mus in integritate quoqꝫ marie plus gratiam quā naturā
potuisse non dubitamus. Christus ergo letari facit mari
am anima et corpore in proprio filio nec vllam sequi cor
ruptionis erumnā quā nulla secuta est tantū pariendo fi
lium integritatis corruptio vt sit semper incorrupta quā
tanta perfudit gratia sit integriter viuens que omnium
integram genuit vitam. Si ergo dixi vt debui approba
christe et tui. Si vero vt non debui ignosce obsecro tu et
tui. hec aug. Sic ergo non est credendū qꝫ maria mortua
non fuerit sed mortua est. ac tamen caro eius nō corru
ptuit Anima coniuncta est iterato corpori mortuo. et ita
assumpta est in celum cum corpore glorificato. Vera au
tem ꝛ indubitata de eius assumptiōe sententia hec esse ꝓ
batur vt secundū apostolū siue in corpore siue extra cor
pus ignorantes assumptā tñ et exaltatā sup oēs choros
angelorū credamus. Vnde hiero. Hec est dies preclara
in qua vsqꝫ ad troni celsitudinē intemerata mater ꝛ vir
go processit atqꝫ in regni solio sublimata post xpm glo
riosa resedit. ¶ Sic itaqꝫ vbiqꝫ confidenter de illa sancta
dei canit ecclesia qd de nullo alio sanctorum fas est cre
dere vt vltra angelorum vel archangelorum merita tran
scenderit qꝛ ꝛ si similitudo promittitur sanctis veritas dene
gatur. Ad cuius profecto exequias quātum fas est crede
re famulabantur angeli et vniuerse celi congratulabant

Hieroni.

curie quia credendum est militiā celorū cum suis agmi
nibus festiue obuiam venisse genitrici dei eamqꝫ ingēti
lumine circumfulsisse et vsqꝫ ad thronum olim sibi etiā
ante constitutionem mundi paratum cum laudibus et
cāticis spiritualibus perduxisse nulli dubium omnem il
lam celestem hierusalem tunc exultasse ineffabili leticia
tunc iocundatam esse inestimabili caritate tuncqꝫ cum
omni gratulatione iubilasse. Quoniā festiuitas hec que
nobis reuoluitur annua illis omnibus facta est cōtinua
Nec immerito. Creditur enī qꝫ saluator olim ipse quātum
datur intelligi per se totus festiuus occurrit et cum gau
dio eam secū in throno collocauit qꝛ si gaudium sit in ce
lis de quolibet peccatore cōuerso multomagis putādū
est pro tante virginis exaltatione et glīa qꝛ exultatio sit
in supernis. Cuius nimirum festiuitas oīm supnorū est
glorificatio celicolarūqꝫ congratulatio presertī qꝛ eius ce
lebritas laus et fauor ē saluatoris vñ credimus vt supra
dictum est qꝫ nō hunc tñ diem solennē ducunt pro eius
amore annuū verum continuū etiam et eternū iocūdita
tis et leticie venerationis obsequio cū oī tripudio amo
ris et gaudij. Nec immerito omnis illa celestis ciuitas
congratulatur et veneratur matrem cui⁹ ip̄ adorat filium
regem aī quē tremunt ptātes ꝛ curuat omne genu. Quā
si diligenter aspicias nichil virtutis est nichil speciosita
tis et glorie qd non ex ea resplēdeat. Et ideo si placet rex
et tanta virgo placeat et opus virtutis cui⁹ vita oīm di
sciplina est cuius mores instituta sunt oīm ecclesiarum q
precellit cūctis supereminet vniuersis propterea quicūqꝫ vir
go sibi ab ipsa optat premiū et implorat auxilium dꝫ imi
tari exemplum hec hiero. vñ et bern. Preciosū hodie mu
nus terra nostra direxit in celum vt dando et accipien
do felici amicitiarum federe copulentur humana diuinis

Bernardus.

Illo enī ascendit fructus terre sublimio vnde data opti
ma descendūt. Ascendens in altū virgo sancta maria da
bit ipsa quꝫ dona hoībus. Siquidē nec facultas ei deesse
potest nec voluntas. Regina celorum est misericors est
mater vnigeniti dei. Nichil enī sic pōt potētis seu pietatis
magnitudinē cōmendare. Nisi forte aut nō creditur dei
filius honorare matrē aut dubitare qs pōt oīno in affe
ctum caritatis transisse marie viscera in quibus ipsa q ex
deo caritas nouē mensibus corporaliter requieuit. Et hoc quidē
propter vos dixerim fratres vt tñ interim silea beneficia
que pro ipsius glificatione consequimur si eam diligim⁹
gaudebim⁹ vtiqꝫ qꝛ vadit ad filiū nisi forte qd absit inuen
tici gratie omnimodis inueniamur ingrati quē enī in ca
stellū huius mundi intrantē prius ipsa susceperat ab eo su
scipitur hodie sctām ingrediēs ciuitatē. Sꝫ cū quāto ho
ras honore cū quāta exultatione cū quāta gloria. Nec in
terris locus dignior virginalis vteri templo in quo dei fi
lium maria suscepit nec in celis regali solio quo beatam
mariā hodie filius sublimauit. Felix nimirum vtraqꝫ su
sceptio ineffabilis vtraqꝫ qꝛ vtraqꝫ inexcogitabilis est. Vt
quid enī hodie ea in ecclesijs christi euāgelica lectō reci
tatur in q mulier bñdicta i uisceribꝰ excepisse itelligit sal
uatorē. Credo vt hec quā celebram⁹ exceptiōe aliqñtenꝰ
estimet imo vt iuxta illius inestimabilē cogitatur ꝛ ista
Quis etiā si linguis hoīm et angelorū loqꝛ explicare va
leat quēadmodū superueniēte spū obūbrāte virtute al
tissimi dñs maiestatis quē non capit vniuersitas creatu
re in terra virginea sese clausit viscera factus hō. Sꝫ et il
lud quis cogitare sufficiat qꝫ gloriosa regina mūdi hodie
processerit et quāto deuotionis affectu tota in eius occursū
celestium legionū prodierit multitudo qs explicare quat
quibus ad thronū glorie canticis sit deducta quā placido
vultu quā serena facie quā letis amplexibus suscepta a filio
et super omnē exaltata sit creaturā cum eo honore quo
tāta mater digna fuit cū ea gloria que tantū decuit filiū
Felicia prorsus oscula labijs impressa lactantis cui vir
gineo mater applaudebat in gremio. Verum nūqd nō
feliciora censebimus que ab ore sedentis in dextera pa

tris hodie in btā salutatione susceperit cū ascenderet ad thronū glorie epithalamiū canēs et dicēs osculetur me osculo oris sui. Xpi generationē marie assumptionē qs enarrabit. Quāto enī grē in terris est adepta pre ceteris tantū et in celis obtinet glorie singularis. Qd si oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hois non ascendit q̄ preparauit de⁹ diligētibus se, et qd de rebus certū est diligenti pre oibus quis loquit. Felix plane maria et multiplicitet felix siue cum eū excipit saluatorē siue cū a saluatore suscipitur hec bern. Vn etiā ans. Cū xps matrem in regnū suum assumeret et ei magnificentiam glorie decreuisset ostendere cui⁹ precor dignitatis z honoris apparatibus intendebat tota curia angelor. Quibus vocibus exultationis atqz salutis resonabant vniuersa tabernacula antiquorū patrū ipsi curie tūc nuper associator. Certe crediderim oēs illi⁹ patrie ciues festiuiori solio z sublimioris decoris nitere ad aduentum matris dñi sui preparari ac noua quadam et ineffabili iocunditatis gratia pro tante rei expectatiōe cōmbilare. Et quid mirū. Ipse iesus deus et dñs oīm filius ipsius castissime virginis et dñe rerum ipse ei sicut vnice sui matri totus festiuus occurrere volebat ne et aliquis de familiarib⁹ suis se a tanti gaudij immēsitate subtraheret. Vtiqz moris inter homines esse scit vnūquēqz bonū seruū cuiusqz prepotētis dñi eo maiori gaudio in aduentu amici sui exultare quo ipm dñm suū cognoscit aduentantē amicū magis amare. Cum vero de aduentu parentū dñi sui agitur de quo tū speciali dilectione nullus vlla dubitatione tenetur ille nimirū magis felicem se estimat qui maiori iubilo festiuiori occursu leticie frena relaxat. Si ergo hec ita se hñt apud hoies quibus si qua bonitas est longe tñ supernorum ciuiū bonitati impar est p̄replex aīo quo pōt q̄ gaudio qua festiuitate qbus cōcentib⁹ iubilant oēs beatorū spirituū ordine eoqz et vnicā matrem dñi sui aduentarez ipm dñm deum suum ei videbant oīmē gloria sua decoratum velle occurrere. Stipatus vaqz mille milibus imo innumerabiliū angelorū agminibus deus ipse huic piissime matri sue de hoc mundo migranti occurrit eāqz sup oēs celos exaltatam cuncte secū creature genitureꝰ dominaturā in throno glorie cōuocauit. O dies tāti occursus gloriosa et felix dies tā preclare exaltationis. Beata et celebris dies tam sublimia glorificationis festiua z oī seculo admirabilis. Dies enī illa non solum te dña ineffabiliter sublimauit sed celum ipmqz qd penetrasti necnō cuncta que in eo sunt noua et inestimabili gratia decorauit. Noua quidē gratia celum decorauit qz priorē gloriā ei⁹ ex presentia tua vltra q̄ dici possit aut cogitari magnificauit nam tu dña illuc ascendens noua illud ac precellēti virtutum tuarum dignitate irradias immensaqz miserationum et gratiarū luci perlustras. Eadē quoqz dies tui ascensus eos qui ciues celi ab initio creature esse meruerūt solita festiuiori exultatiōis gaudio induit. Quia nāqz per gloriosum fructum fecunde virginitatis tue videre semiruitam ciuitatem suam reintegrari vere in tuo aduentu per quē tantū bonum meruerunt gaudij sui magnitudo iure debuit augmentari. Terram etiam dies exaltationis tue o beatissima feminarum mira gratia irrigauit quia dum te quam de se et in se aliorum hominum lege progenitā nouit vsqz ad creatoris omniū thronum exaltati recognoscit antique maledictionis penā quam in peccato primorū filiorum suorum semetipso excepisse sciebat iam per tante benedictionis tue abundantiam se euadere indubitanter credebat. Quid amplius dicere possum dña. Immensitatē quippe gratie et glorie tue cōsiderare cupienti sensus deficit lingua fatescit. Quemadmodum enī oīa que in celo sunt per glorificationē tuam ineffabiliter decorantur ita per eandē glorificationē cuncta que in terra subsistunt ineffabiliter sublimantur. Singula nēpe immense dignitatis decus pfecerunt cū per tuā beatā et integerrimā virginitatē deum suū quē non

cognouerant agnoscere et cognitū colere atqz amare meruerunt qsi oēs celos ascēdere ac in dextera dei sui benedicti filij tui exaltare cognouerunt. In eo etiā didicerūt se eidē deo suum totū debere qd sunt qsi cū que inter illa et de illis vna fuisti tantam dignitatis eminentiam meruisti. Nichil igitur aut idolis homines aut velle alie rerum species idolorū cultoribus se debere intellexerunt vbi et singularem actorem sui ex castissimo vtero tuo ad restitutionē prime creatiōis sue pgenitū susceperunt: et te per quā amissam dignitatē suā recuperauerūt oī creature tā sublimiter ppositā inspexerūt. Quas igitur laudes qualisue grarū actiones nō solū humana sz etiā oīs creatura huic sacratissime virgini debet. Purissima nāqz sanctitas ac sanctissima puritas piissimi pectoris eius oēm omnis creature puritatem seu sanctitatem incomparabili sublimitate transcendens hoc promeruit vt operatrix perditi orbis dignissime fieret. Vn quid laudis pro tam ineffabili bono ipse per eā reparatus mundus ei iure debeat cor alicuius sub carne mortali viuentis estimare nullatenus sufficit vtiqz cuncta q̄ deus fecit et vtiliter bona in eo statu quo condita fuerunt esse desiterunt et per hanc beatissimam virginem in statum pristinū restituta sunt. Sicut ergo deus sua potentia cuncta pareando pater est et dominus omniū ita beata maria suis meritis cuncta reparando mater est et dña rerum. Deus est enī deus oīm singula in sua natura propria iussiōe constituendo z maria est dña rerū singula congenite dignitati p illam quā meruit grām restituēdo. Et quēadmodum deus ex sua substātia genuit eū per quē cunctis originē dedit ita maria de sua carne peperit illū qui in decorem prime creationis omnium cuncta restituit. Item nulla rerum species nisi per dei filium facta substitit ita lex debite damnationis neminem deserit nisi quem ab ea filius marie absoluit. Quis igitur ista recto sensu et corde sincero perpendens plene percipere queat excellentiam dñe huius per quā tam ineffabili gratia et tam inestimabili electione erectus est mūdus. Quis inqz mirā et oīm rei pter hanc inauditā mulieris illius grām oculis mentis aspiciens nō obstupescat et non mō elinguis verū etiam tante rei cōprehensione prorsus immunis fiat. Quapropter ea q̄ nobis sunt impenetrabilia intermittentes precibus impetrare nitamur vt qd intellectu capere nequim⁹ salutari effectu obtinere mereamur p has ergo rationes impossibile est vt aliquis hō ad eam cōuersus et ab ea respectus damnetur. Nanqz ipsa genuit eū per quē mortua reuixit p quē z hoies ex pctō saluantur quia non est iustificatio nisi quam ipsa in vtero fouit nō est salus nisi quā ipsa peperit. Ipsa e ergo mat iustificatis et iustificatoris ipa est mater saluātis et saluatoris. Igit mat dei qui sol⁹ dānat q̄ solus saluat quē solū timemus in q̄ solo sperāmus ē mat nra. Iudex z saluator nr ē frater noster. Quo ergo desperem⁹ cū salus siue damnatio nra ex boni fratris z pie mris pēdeat arbitrio. Nūquid sustinebit bon⁹ frat punire fres suos q̄s redemit bona mater danari filios suos quor ipsa redemptorē genuit dulcis mater rogabit dulcē filium suū piū fratrē nostrū filiuz pro filiis vnigenitū p adoptatis. Pius fili⁹ libēter audit et matrē p filiis. vnigenit⁹ pro his q̄s adoptauit. dñs p his quos liberauit. hec ansel. Exultem⁹ igitur z nos miseri cum celicolis et creaturis vniuersis prout possumus ac talem et tantam virginem pro nostro modulo laudare studeam⁹. Unde hiero. Ad hec nos prouocans et instans inter cetera sic ait. Idcirco letamini et laudate q̄ si deum ore prophetico in suis sanctis laudare iubemur: multo magis eum in hac celebritate beate virginis matris eius oportet cū hymnis et cāticio diligentius extollere et dignis deo iubilare preconiis ac mysticis honorare muneribus. Nulli dubiū quin totum ad gloriā laudis eius ptineat quicqd digne genitricis sue impēsum fuerit ac solenniter. Profecto quicqd humanis pōt dici verbis

minus esta laude celi qua diuinis ē et angelicis excellen-
tijs predicata et laudata preconiis. A prophetis quidez
pnunciata a patriarchis figuris et enigmatibus pfigna-
ta ab euangelistis exhibita et monstrata. Ab angelo ve-
nerabiliter atqꝫ officiosissime salutata. Tamē et si ad hec
nemo idoneus inuenitur vocis oibus cessare non debet
etiam quilibet peccator a laudibus ꝗuis explere nō ꝗat
quo sentitur. Uñ et sermo diuinus cū de pctōre ageret in
ps. Sacrificium inquit laudis honorificabit me et illic iter
quo ostendaz illi salutare dei. Ecce patenter dicat. Illic
iter est laudis ad laudem sine fine mansurā sed nemo ap
prehendit illud nisi ego premonstrauero. Propterea qr
iter salutis nostre in laudibus est saluatoris hortor vos
et commoneo in hac sacra solennitate genitricis dei ma-
rie nolite cessare a laudib⁹. Et ꝗuis speciosa laus nō sit i
ore peccatoris noli cessare quia inde promittitur tibi ve-
nia sit omnibus vt laudes. Alioquin iuxta modulū in-
genij nostri deuz laudare in sanctis suis studeamus quo
modo eum iuxta multitudinē magnitudinis eius lauda
re poterimus. Omnino hoc pretermittendum non ē qꝺ
impleturi sumus quandoqꝫ secundū ꝙ dicit. Beati q ha-
bitant in domo tua domine in secula seculorū laudabūt
te. Interim vero quia immensus est quod voce nō possu
mus nec facundia valemus exequamur votis et medul-
lis pechiero. ¶ Assumptio beate virginis fuit olim prefi
gurata quādo arca domini in domū regis dauid est trāſ
lata. Rex dauid coram arca cytharisauit et eam cum ma
gno iubilo in domū suaz adduxit. In archa māna celi cō
tinebatur et conuenienter per eam beata virgo designa-
tur quia panem angelorum quem homo manducauit. ip
sa generauit. Archa de ligno cethim imputribili erat fa-
cta figurans ꝙ maria in putredinez non est redacta. Rex
dauid qui coram archa subsiliendo cytharisauit regem ce
li et terre christū prefigurauit qui vt creditur matri sue ꝑ
sonaliter occurrit et eam cum magno iubilo in domū su-
am introduxit. Assumptio etiam marie olim fuit Iohan-
ni in pathmos insula prefigurata. Nam mulierē quādaz
admirabilem in celo videbat que sole amicta erat et ma-
ria circundata diuinitate in celuz ascendebat. Luna sub
pedibus eius esse videbatur per quod ꝑpetua stabilitas
marie designatur. Luna enī instabilis est et non diu ma-
net plena et designat mundum et omnia terrena. Hec in
stabilia maria contēnens sub pedibus conculcauit et ad
celum vbi omnia stabilia sunt anhelauit. Coronam etiam
in capite suo mulier hēbat que in se stellas duodecim cō
tinebat. Corona consueuit esse honoris signum et signat
honorē gloriose virgini cōdignū. Per duodecim stellas
apostoli intelliguntur qui in discessu marie omnes affuis
se dicuntur. Mulieri sunt date ale ad volandū per quas
intelligitur assumptio tā corporis ꝗ anime. Festiuitas au
tem huius sancte assumptionis figurata fuit olim in ma-
tre salomonis. Salomō enī rex in throno glorie reside-
bat et matri sue thronū ad dexterā poni faciebat. In quē
ipsā a dextris suis locauit et qꝺcunqꝫ petierat sibi non ne
gauit. Sic et christus matrem suaz a dextris suis locauit
et omnia quecūqꝫ voluerit ab eo impetrabit. O felix ma
ria et omni laude dignissima. O virgo maria dei genitrix
gloriosa. O sublimis puerpera que deū autorez celi et ter
re quez oīs creatura non capit tuo imaculato vtero clau-
sum gestasti. Quid nos tantilli quid actione pusilli quid
in tuis laudibus referamus cuz etiaz si omniū nostrū mē
bra verterentur in linguas te laudare nullus sufficeret.
Quid dicaz pauper ingenio cū de te quicquid dixero mi
nor laus est ꝗ dignitas tua mereatur. ¶ Quid ergo de te
dicā quid referā cū non sufficiat lingua carnis tuas enar
rare virtutes. O maria tui recordatio nominis melle dul
cior nectare suauior fessos recreat mestos letificat opp-
sos releuat errantes ad viā salutis reuocat et peccatores
ne desperent sue suauitatis odore confortat. Sicut enim
tpe vernali cū ad alta celi sol incipit ascendere et terris fe
cundis radiorū suorum luminositatem infundit, re vegeta
bilia cuncta hyemali glacie constricta incipiunt reuiui-
scere animantia quoqꝫ et volatilia in antris et specub⁹ ac
diuersis quibusqꝫ latibulis abscondita ad tante lucis no
uitatem respirare incipiunt ac vires resumere et cordis
leticiam cātibus et plausibus letabūdis ostendere. homi
nes quoqꝫ senes cum iunioribus eius in aduentu exhi-
larātur et tota superficies terre decore induitur et applau
dit ac congratulatur. ¶ Sic nobis accidit cuz sole amicta
virgo fecunda regina celi preelecta vt sol fines cordis no
stri ingreditur et memoria eius mentibus nostris rutilā-
tibus absqꝫ nube infunditur continuo nāqꝫ dulcie om-
nis ad tante lucis imensitatez resoluitur arida cuncta ro
re celestis gratie irrigantur fugantur tenebre lumen no-
uum exoritur et gaudiorū nobis materia imensa cumu-
latur. O nomen admirabile. O nomen delectabile. O no
men grande sacramentis et diuinis plenū mysterijs. O
nomen gloriosum. O nomen celeberrimū. O nomen sb
lime ante tempora vniuersa in dei predestinatione cōpo
situm et in tempore digne persone ꝯm rem cōuenienter i
positū. O nomē qꝺ nominatur sepius et frequẽtatur dulci⁹ in
cōsilio et cōgregatiōe iustorū et qꝺ versatur clemētius in
ore peccatorū. Quis enī vnqꝫ criminū veniaz petijt nisi
mediante maria. Omnes mariā inuocant. Omnes ma-
riam nominant. Mariam pre omnibus amant. Ois etaſ
sexus et professio mariā studiose redamat. Cum enī sū-
mum regez peccando ꝑdimus cū angelos et sanctos om
nes offendimus cum etiam nobis ipsis graues sumus et
omnino nescimus quid agere debeamus hoc solum re-
stat miseris vt oculos cordis et corporis ad te leuemus
consiliū querentes petētes auxilium. Unde ansel. Nihil
certe vtilius post deum memoria matris dei nichil salu-
brius meditatiōe ꝑꝫ amoris quo feruebat in memoria et
contemplatione filij sui nichil iocūdius sapore pertracti
gaudij eius quo multipliciter pascebatur in eodem et per
eundem filium suum. Sepe quidem vidimus et audiui-
mus plurimos hominū in suis periculis recordari nois
ipsius beate marie virginis et illico ois piculi malū eua-
sisse. Uelocior est enī nōnunqꝫ salus memorato nomine
eius ꝗ inuocato nomine dñi iesu vnici filij eius. Et id q-
dem non ideo fit ꝙ ipsa maior eo sit aut potentior nec eñ
ipse magnus aut potēs est per illam sed illa ꝑ ipsū. Qua
re ergo salus promptior in recordatione eius ꝗ filij sui
sepe percipiatur dicam quod sentio. Filius quidem eius
dñs est iudex omniū discernēs merita singulorū. Dum
igitur ipse a quouis suo nomine inuocatus non statim ex
audit profecto iusto iudicio id facit. Inuocato autem no
mine matris sue et si merita inuocantis nō merentur me
rita matris intercedunt vt exaudiatur. Hec deniqꝫ hu-
manus vsus quotidie probat cum quis proposito ami-
ci nomine ab alio impetrat efficaciter quod simpliciter
sua pce nequaqꝫ ipetrare valebat. Itaqꝫ si tā vtilis est in
subueniendo memoria nominis matris dei non mirū si
magis affert fructuz frequēs meditatio sancti amoris ei⁹
si plenam iocunditatez dabit dulci studio cogitata et re
cogitata imensitas gaudij eius. hec ansel. ¶ Tibi ergo o
spes nostra gaudium et leticia cordis nostri ego pecca-
tor in vocem salutationis et laudis cupiens prorumpere
teqꝫ ex intimo cordis cum gemitu et lacrimis et deuota
cordis genuflectione affectuosissime matrem gratie salu-
tare et laudare cum mente pertracto viros illustres qui
te ab initio laudauerunt pre stupore deficio et vltra spi-
ritum non habeo. Sed cum ad meipsum redeo hec intra
me reuoluo dicens. ¶ Salue o pia mater dei et virgo quā
laudat orbis terre et plenitudo ei⁹ celi celorum et ois virt⁹ eorum
qcqꝺ de preconio tuo lingua dicere potuit calam⁹ scribe
re valuit cor potuit cogitare oib⁹ illis simul collectis et cōscri
ptis et in vnum manipulū congestis cētuplicata et infini-
cies multiplicata corde deuoto aureo cum decore melli

Anselmus.

fluo sapore et odore aromatico tibi porrigo ad laudan-
dum et glorificandū te virgo beata nunc et in eternum. (Augustinus)
vide aug. Accipe itaqz quascūqz meritis tuis impares
gratiarū actiones et laudes. et cum susciperes vota cul-
pas nostras orando excusa. Admitte nostras preces in-
tra sacrarium pie exauditionis et reporta nobis antido
tum reconciliationis. Sit per te excusabile quod per te
ingerimus. fiat impetrabile qđ fida mente poscimus. ac
cipe quod offerimus impetra qđ rogamus. excusa quod
timemus. q2 nec potiorē meritis inuenimus ad placan-
dum iram iudicis q̄3 te que meruisti mater existere eius-
dem redemptoris et iudicis. Succurre ergo miseris. iu-
ua pusillanimes refoue flebiles. ora pro populo interue
ni pro clero intercede pro monachorum choro. exora pro
deuoto femineo sexu. Sentiant omnes tuum iuuamen
quicunqz deuote celebrant tuam assumptionē. Sit tibi
compassio super afflictis. sit plus affectus super celorum
peregrinis. Et cum te semper letam esse inspicis. fletus
quoqz nostros ad deum ipsa admittas eiqz vt proprium
filium pro nobis interpelles precamur. Nos enī adhuc
in hac terra affligimur iniuriis lacessimur obprobriis af
ficimur esurimus. sitimus somnū patimur. in carcere re
tinemur. Tu vero in celestibus regnis prelata cūctis es
virginum choris. Tu agnū quocunqz perrexerit sequeris
tu virgineos choros et ab incentiue carnis illecebris ali-
enos per albentia lilia rosasqz vernantes ad fontem pe-
nis vite potandos inuitas. Tu in illa beatorum felicissima
regna primi ordinis dignitate indempta. plantis rosci-
dis oberrans inter paradisi amenitatem gramineosqz et
crocos tenero poplice pergis. feliciqz palma violas im-
marcessibiles carpis. Tu concinnis sine fine choris cun-
cta angelicis archangelisqz sociata indefessa voce sctūs
clamare non cessas. Tu in cubiculo regis beatitudine gē-
mis ac margaritis ornata existis. Tibi thronus ab ange
lis est collocatus in aula regis eterni. teqz ipse rex regū
vt matrē veram et deo carā sponsam pre omnibus dili-
gens amoris amplexu associat. Nec mirum si dignetur
tibi adgaudere deus regnans in celis quem tu paruu-
lum ex te hominem natum totiens osculata es in terris.
Has ergo tuas felicitates possidens conuertere ad nos-
tram miseriarū salutem. Inter hec fratres carissimi to-
to mentis affectu beatissime virginis intercessionib9 nos
cōmittamus. Omnes patrocinia omni nisu imploremus
vt dum nos supplici eam obsequio frequentamus in ter
ris ipsa nos sedula prece commendare dignetur in celis
Neqz enī dubiū est eam que meruit pro liberandis pro-
ferre preciū posse plus sanctis omnibus liberatis impende
re suffragiū. Sed quid nobis prodest hanc interpellare
vocibus nisi etiā humilitatis eius exempla teneamus.
Curemus ergo dilectissimi fratres vt cum huius diei fe-
stiuitati interesse cupimus vestimentis humilitatis atqz
caritatis induti appareamus. Non nos inuidia aliene
felicitatis torqueat nō ira vsqz ad diuisionē dilaniet nō
cupiditas a nobis xp̄m excludat non seculi nos tristicia
exurat. nō prosperitas eius incaute decipiat nō luxuria
inquinet non immundicia polluat. non elatio corrumpat.
nō superbia inflet. vt cum nos virtutibus ornatos. cari-
tate cōiunctos humilitate fundatos. beata dei genitrix
maria sue nos interesse festiuitati perspexerit ardentius
subuenire festinet apud filium et dnm̄ suum iesum xp̄m
deum saluatorē nostrū qui coronis perennis regni clari
ficat sanctos suos et est eterna laus et expectatio omnibus
electis suis. hec aug. Unde et ansel. Rogamus ergo te
dn̄a per ipsam gratiā qua te pius et omnipotēs deus sic (Anselmus.)
exaltauit et omnia tecū possibilia donauit. quatenus id
apud ipsum nobis obtineas vt plenitudo gratie quā me
ruisti in nobis sic operetur qđ participium beati premij
eius nobis misericorditer quādoqz donetur. Ad hoc qp-
pe deus noster per te factus est frater noster vt quem ad
modū ipse dignatus est cōsors fieri nostre humanitatis:
sic nos mereamur consortes fieri sue diuinitatis. Inten-
de ergo piissima dn̄a vt nobis ad effectū proueniat pro-
pter qđ deus noster ex tuo castissimo vtero factus homo
inter homines venit. Nec sis quesumus exoratu diffici-
lis q2 proculdubio idem benignissimus filius tuus erit
ad concedendū quicquid voles promptus et exaudibi-
lis. Tu modo itaqz velis salutem nostrā et vere nequa-
q̄3 salui esse nō poterimus. Quid ergo stringes larga vi-
scera misericordie tue contra nos dn̄a vt nolis saluari nos
Certe deus noster teste ppheta misericordia nostra est.
tu eiusdem dei nostri absqz dubio vera mater es. Si tu
ergo que deles et reuera misericordie mater denegas no
bis effectum misericordie cuius tam mirabiliter facta es
mater quid faciemus cum idem filius tuus aduenerit cū
ctos equo iudicio iudicaturus. Siquidem licet ipse fili9
tuus sit per te factus frater noster vtiqz tamen vbi volū
tatem tuā sue videlz dulcissime matris magis porrectā
aduerterit illuc seruata equitatis ratione a qua te nulla-
tenus discrepare velle videbit iudicij sui sententiam siue
